UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

BX1756
.A1
A4
1702
c.1

# INSTITUTIO CONCIONATORUM TRIPARTITA,

SEU

## PRÆCEPTA ET REGULÆ AD PRÆDICATORES

verbi divini informandos:

*Cum Idæis, ſive Rudimentis Concionum per totum annum.*

Auctore R.P.F. NATALI ALEXANDRO, in Sacra Facultate Pariſienſi Doctore Theol. & emerito Profeſſore, Ordinis FF. Prædicatorum.

EDITIO SECUNDA,

*Batavicâ longè auctior & correctior.*

PARISIIS,

Apud JOANNEM ANISSON, Typographiæ Regiæ Præfectum.

M. D. CCII.

*CUM PRIVILEGIO REGIS.*

46268

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

ALERE FLAMMAM VERITATIS

UANL

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1080046097
FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON
132623
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
14/10/82 MICROFILMADO Rollo-10

REVERENDISSIMO PATRI

ANTONINO

# CLOCHE

DOCTORI THEOLOGO,

ORDINIS FF. PRÆDICATORUM

Generali Magiſtro.

INSTITUTIONEM CONCIONATORUM, *Te annuente ac favente, in lucem editurus*, REVERENDISSIME PATER, *id operis nemini convenientius dicandum exiſtimavi, quàm Tibi totius Ordinis Prædicatorum ſummo Archimandritæ ac Generali Magiſtro. Id Reverendiſſimæ Paternitati tuæ debitum obſerv antiæ meæ pignus; id grati ani-*



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mi pro amore in me tuo perenne monumentum. Hæc mihi tamdiu exoptata opportunitas palam ſignificandi quam impenſe colam egregias illas virtutes, eximiaque merita, quorum gradibus ad ſupremam Ordinis Præfecturam aſcendiſti: doctrinæ ornamenta, veritatis amorem, & invictam in ejus defenſione conſtantiam: Regularis obſervantiæ ſtudium, quam auctoritate, vigilantiâ, exemplo, viſitationibus conſervas & promoves: ſacrarum litterarum cultum, quarum ſtudia ſuſtentas & foves: prudentiam incredibilem, qua & Ordinem moderaris, & majoribus negotiis parem eſſe capaciſſimæ tuæ mentis intelligentiam, ſolertiam, induſtriam, providentiam, cautionem probas. Nobilem, generoſumque animum tuum, vel me ſilente, Fratres non ſolum no-



ſtri, ſed & extranei certatim prædicant: humanitatem ſingularem, morumque ſuavitatem omnes ſuſpiciunt, laudant, diligunt, qua omnibus places, licèt uni Deo placere ſtudeas. Tantorum ſplendor meritorum, REVERENDISSIME PATER, urbis & orbis oculos in te convertit, ſummorum Pontificum, purpuratorum ſacri Collegii Patrum, Regum ac Principum magnam exiſtimationem, omnium amorem tibi conciliavit. Nemo omnium eſt qui te norunt, qui ſplendidioribus dignum infulis non prædicet, dum religioſa humilitate ac modeſtia magis emines. Defenſioni catholicæ veritatis, purique Dei cultûs, in Religionis arce; exercitationi perpetuæ virtutis, ac pietatis in ſanctitatis domicilio; ſtudiorum incremento, ac ſanioris doctrinæ propagationi, coram doctrina-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum omnium ſummo & univerſali Judice, pervigili ſollicitudine incumbis, ut maximi Cardinalis HIERONYMI CASANATE, cujus in Eccleſiam meritorum, & in Dominicanum Ordinem beneficiorum memoriam nulla unquam delebit oblivio, piiſſimum ac munificentiſſimum Teſtamentum exequaris. Bibliothecam viginti mille & amplius voluminibus inſtructam, & novis deinceps libris ex annuo cenſu ab Eminentiſſimo Principe relicto ſemper amplificandam, in publicum uſum & commodum, in Minervio magnificè adornas. Scholas aperis, in quibus unus puruſque ſancti Thomæ textus, ſecundùm ſupremam ejus voluntatem, à duobus Ordinis Profeſſoribus legatur, honorifico Minervali liberaliter donatis. Collationes denique à ſex Doctoribus Domini-



canis, variarum gentium & Academiarum orbis Chriſtiani, Romam vocatis, & Mæcenatis Eminentiſſimi nobili providentiâ, generoſâ munificentiâ in perpetuum tempus ſuſtentandis, haberi curas; ut ad fidei dogmata contra emergentes hæreſes & errores propugnanda; ad Moralem Evangelicam & Eccleſiaſticam Diſciplinam contra noviſſimorum temporum deplorandas corruptelas vindicandam; ad Theologiæ Myſticæ puritatem ab illuſionibus quibuſvis defendendam, Te tuiſque Succeſſoribus ducibus, ſemper parati ſint; totique de Scriptura, de Traditione, de Angelico Doctore armati. His, & aliis negotiis, Ordinis regimen, Eccleſiæ utilitatem ſpectantibus occupatum Te diutius interpellare nolim, REVERENDISSIME PATER:

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Satis ſit mihi paternas manus humiliter exoſculari; ſummam in te venerationem, obſervantiam, obedientiámque meam profiteri; orare ut litterarium iſtud munuſculum gratum habeas; Deo ſupplicare ut Te vegeta ſenectute multos annos conſervet, Ordini & Eccleſiæ magis magiſque profuturum; illum ſemper ornaturum, ab iſta (ut ſperamus & optamus) ornandum. Vale. Lutetiæ Pariſiorum, Kalendis Maiis, anno primo ſeculi à Chriſto nato decimi ſeptimi.*

*REVERENDISS. PATERNIT. TUÆ,*

Humillimus, obſequentiſſimúſque filius ac ſervus,
F. NATALIS ALEXANDER.

# PROLOGUS.

Cum Ordo Sancti Dominici divinâ providentia ad Evangelii prædicationem ſit inſtitutus, & ab Eccleſia approbatus; ſacri hujus Inſtituti Profeſſorem verbi divini prædicationi incumbere, aut certè Concionatores ſtudiis ſuis juvare convenit. Hac ratione impulſus, *Inſtitutionem Concionatorum* tripartitam in lucem edo. Prima pars præcepta & Regulas ad Prædicatores verbi divini informandos proponit, non à me quidem excogitatas, ſed à Sanctis Patribus, Auguſtino præſertim, & à Sancto Carolo Borromæo traditas. Pars altera, quæ Theologiæ Dogmaticæ ac Moralis, à me nuper editæ, accommodatio eſt ad Conciones, idæas ac rudimenta Sermonum pro ſingulis Dominicis totius anni, & Feriis Quadrageſimalibus, complectitur. Tertia, Concionum argumenta pro Feſtis præcipuis Deiparæ Virginis & Sanctorum exhibet. Qui jam ſub prælo ſunt Commentarii in ſanctum Evangelium Jeſu Chriſti ſecundùm quatuor Evangeliſtas, in quibus ſenſum litteralem & moralem ſeorſim expono, uberiorem ſacrarum Concionum materiam Evangelicis Operariis ſubminiſtrabunt. His in Operibus eloquentiam fortè deſiderabunt Oratores Chriſtiani: ſed hanc illis Spar-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. Cyprianus Epiſt. 1. ad Donatum.

tiam ornandam relinquo. *Exilis ingenii anguſta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fœcundi ceſpitis culmis ingraveſcit: aggrediar tamen facultate, qua valeo; nam & materia dicendi facit mecum. In judiciis, concione pro roſtris, opulentâ facundiâ, volubili ambitione jactetur: cùm verò de Domino Deo vox eſt; vocis pura ſinceritas non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus. Denique accipe non diſerta, ſed fortia; nec ad audientiæ popularis illecebram culto ſermone fucata, ſed ad divinam indulgentiam prædicandam rudi veritate ſimplicia: accipe quod ſentitur antequam diſcitur; nec per moras temporum longa agnitione colligitur, ſed compendio gratiæ maturantis hauritur.*

---

*Approbatio Domini* DE PRECELLES, *Doctoris & Socii Sorbonici, Regiique librorum Cenſoris.*

Legi librum cui titulus eſt, *Inſtitutio Concionatorum*, in quo nihil reperi quod fidei aut bonis moribus adverſetur. Datum Pariſiis die 28. Aprilis 1701.

C. DE PRECELLES.

---

*Approbatio Theologorum Ordinis.*

Nos infra ſcripti in Sacra Facultate Pariſienſi Doctores, & Ordinis F F. Prædicatorum Profeſſores, legimus *Inſtitutionem Concionatorum tripartitam*, Auctore R. P. F. Natali Alexandro; quam publica luce dignam cenſemus, ut Fidei, Chriſtianæque morum Diſciplinæ omni ex parte conſonam. Datum Pariſiis in Majori Conventu & Collegio noſtro S. Jacobi, die 26. Aprilis 1701.

F. JOANNES BAPTISTA PAJOT, Provincialis.

F. GABRIEL DESLONDES.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *Summa Privilegii.*

CAutum eſt auctoritate Regis, ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ſuæ ditioni ſubjectis, *Inſtitutionum Concionatorum*, intra octo annos, à die publicationis horum exemplarium numerandos, abſque P. Alexandri permiſſu imprimat aut divendat. Qui ſecus fecerit multâ indictâ, pro ut amplius in diplomate regio continetur, mulctabitur. Datum Pariſiis die nona Maii anni Domini milleſimi ſexcenteſimi nonageſimi ſeptimi. Signatum, de mandato Regis,

BULTEAU.

*Deſcriptum in Regiſtro Typographorum & Bibliopolarum Pariſienſium die 29. Maii, an. 1699. Signatum* C. BALLARD, Syndicus.

Abſolutum hoc opus prodit in lucem anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo primo, die decima quarta menſis Maii.

# INDEX,

## CAPITUM ET SERMONUM ARGUMENTA INDICANS.

### PARS PRIMA.

CAp. I. *Qui verbi Dei Prædicationi deſtinandi* p. 1.
Cap. II. *De ſcientia Concionatoris, libriſque ab eo legendis.* p. 5.
Cap. III. *De materia ſacræ Concionis.* p. 15.
Cap. IV. *De forma concionis, & eloquentia.* p. 20.
Cap. V. *De Concionatoris officio in inſtituendis Fidelibus ad ſanctiſſimum Sacramentorum uſum.* p. 29.
Cap. VI. *De Concionatoris officio in vitiis perpetuò reprehendendis, praviſque conſuetudinibus è medio tollendis.* p. 33.
Cap. VII. *De Concionatoris officio in excolendis virtutibus.* p. 36.
Cap. VIII. *De decore in concione ſervando.* p. 41.
Cap. IX. *De Concionatoris elocutione.* p. 45.
Cap. X. *De pronuntiatione, & corporis motu.* p. 49.
Cap. XI. *De præparatione Concionatoris.* p. 51.
Cap. XII. *De diſciplina virtutum, & vita innocentia Concionatoris.* p. 57.

### PARS SECUNDA.

Ideæ Concionum pro Dominicis totius anni, Feriis Quadrageſimalibus & Chriſti Domini Myſteriis.

DOminica I. Adventûs. *De extremo judicio.* p. 68. & ſeq.
Dominica II. Adventus. *De Fide in Chriſtum Dominum neceſſaria.* p. 73. & ſeq.
Eadem Dominica. *De adventu Domini. Quis venit? Ad quid venit? Quando venit?* p. 80. & ſeq.
Dominica III. Adventus. *Inanis gloria, ſancti Præcurſoris exemplo fugienda: humilitas ejus imitanda eſt.* p. 85. & ſeq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dominica IV. Adventus. *De vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ, & Prædicatorum verbi Dei. Item, de baptiſmo. Poſtremò de Pœnitentia. Triplicis argumentum concionis hæc una ſubminiſtrat.* p. 89. & ſeq.

In Nativitate Domini. *Stabulum & præſepe cuna ſunt ubi Vita naſcitur, ut nos à morte liberet. Præſepe Cathedra eſt Verbi docentis, ut nos ab errore liberet. Præſepe & ſtabulum caſtra ſunt ubi Triumphator Iſrael contra dæmonem pugnat, ut nos ab ejus tyrannide ac ſervitute liberet.* p. 93. & ſeq.

Dominica infra Octavas Nativitatis Domini. *Quomodo Chriſtus ſit poſitus in ruinam & reſurrectionem multorum? Quid agendum ut Chriſtus nobis ſit in reſurrectionem, & non in ruinam?* p. 100. & ſeq.

In Circumciſione Domini. *Sanguinis ſui primitias Chriſtus offert Patri in Circumciſione ſua. Pater Æternus novum nomen Filio ſuo imponit, ſcilicet nomen Jeſu. Eſſe debemus homines novi ut nos ipſos Deo offeramus, novo ineunte anno. Circumciſio ſpiritualis nos efficit homines novos.* p. 106. & ſeq.

In Epiphania Domini. *De vocatione gentium. Agendæ ſunt Deo gratiæ ob vocationem noſtram ad Fidem. Deus in ſpiritu & veritate adorandus. Offerenda Chriſto munera. In aliam denique viam nos dare debemus, ſi verè ſumus converſi.* p. 111. & ſeq.

In eadem Solemnitate. *De ſuperſtitionibus & vanis obſervantiis vitandis.* p. 118. & ſeq.

Dominica infra Octavas Epiphaniæ. *De ſancta liberorum educatione, & de illorum erga parentes obſervantia.* p. 122.

Eadem Dominica. *Tres cauſæ cur amiſſus Jeſus à quærentibus non invenitur.* p. 127. & ſeq.

Dominica I. poſt Octavas Epiphaniæ. *Ut nuptiæ ſanctæ ſint, ad eas vocandus eſt Jeſus. De matrimonio contrahendo non eſt deliberandum ſine Jeſu. Ad nuptiarum ſolemnitatem vocandus eſt Jeſus, ut illis benedicat. In conjugalis vita ſocietate præſens ſemper Chriſtianis conjugibus debet eſſe Jeſus, ut ſui ſtatus & vocationis officia Chriſtiana impleant. Conjugibus præſens ſit Jeſus, ut in pace vivant.* p. 131. & ſeq.

Eadem Dominica. *De ſpiritualibus nuptiis Animarum noſtrarum cum Chriſto Jeſu.* p. 136. & ſeq.

Dominica II. poſt Octavas Epiphaniæ. *In lepra, peccati mortalis deformitas. In lepræ curatione, peccati curatio conſideranda.* p. 139. & ſeq.

Eadem Dominica. *De officiis dominorum erga ſervos, & ſervorum erga dominos.* p. 144.

Eadem Dominica. *Fides noſtra debet eſſe ſimplex, humilis, abſconſa,*

ſa,



*ſa, ut Fides centurionis.* p. 145.

Dominica III. poſt Octavas Epiphaniæ. *De tribulationibus ſeu rebus adverſis. Res adverſæ & tribulationes ſunt portio diſcipulorum Chriſti in hac vita. In iis ad Deum confugiendum, & Chriſtus per fidem excitandus eſt in cordibus noſtris.* p. 146. & ſeq.

Dominica IV. poſt Octavas Epiphaniæ. *Parabola boni ſeminis & zizaniorum explicatur. Zizania in agro Eccleſiæ frumento ſunt admixta, boni malis permixti. Cur à Chriſto tolerentur uſque ad conſummationem ſæculi? Cùm Deus zizania, id eſt malos toleret, debemus & nos tolerare, ſi boni ſumus: Si non toleramus, zizania evadimus.* p. 156. & ſeq.

Dominica V. poſt Octavas Epiphaniæ. *Parabola grani ſinapis, & fermenti, explicatur. Initium & progreſſum Chriſtianæ Religionis & veræ Eccleſiæ ſignificant.* p. 162. & ſeq.

Dominica Septuageſimæ. *Vineæ & operariorum, quos ad illam colendam pater-familiàs conduxit, parabola explicatur. Nullam excuſationem habemus, ſi vineam nobis à Deo commiſſam, id eſt, Animam noſtram non colamus.* p. 165. & ſeq.

Eadem Dominica. *Vir ſapiens & juſtus nihil incultum in ſe relinquit. In vinea ſpirituali quomodò laborandum?* p. 169. & ſeq.

Dominica Sexageſimæ. *Parabola ſeminantis explicatur. Verbum Dei, ſemen bonum eſt. Corde bono & optimo excipiendum. Varia impedimenta ne ſemen illud cœleſte fructum afferat.* p. 171. & ſeq.

Dominica Quinquageſimæ. *De Cæcitate cordis. Quàm grave malum? Ut ſanetur, ad Jeſum clamare & accedere neceſſe eſt. Poſt receptam veri lucem, illi gratias agere, & illum ſequi, ut cæcus Evangelicus ab illo illuminatus.* p. 175. & ſeq.

Die Cinerum. *De cineribus & Pœnitentia. Cineres ſunt inſignia & quaſi inveſtitura Pœnitentiæ. Cineres ſunt typus & figura Pœnitentiæ. Cineres ſunt motivum & incitamentum Pœnitentiæ.* p. 181. & ſeq.

Feria V. poſt Cineres. *Tria in Evangelio hujus diei admirabilia; Fides centurionis, ſervi paralitici curatio; prædictio vocationis gentium ad fidem. Fides Centurionis, effectus eſt ſingularis miſericordiæ Dei erga ipſum. Curatio ſervi paralytici, effectus eſt omnipotentiæ Salvatoris, & Fidei centurionis. Vocatio Gentium ad fidem, ſolius gratiæ Dei opus eſt. Fides centurionis imitanda. Deo gratias agendæ ob noſtram ex Gentibus vocationem.* p. 189. & ſeq.

Feria VI. poſt Cineres. *De inimicorum dilectione. Ad eam tria nos movere debent. 1. Auctoritas Dei jubentis. 2. Magnitudo*

c

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dominica IV. Adventus. *De vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ, & Prædicatorum verbi Dei. Item, de baptiſmo. Poſtremò de Pœnitentia. Triplex argumentum concionis hæc una ſubminiſtrat.* p. 89. & ſeq.

In Nativitate Domini. *Stabulum & præſepe cunæ ſunt ubi Vita naſcitur, ut nos à morte liberet. Præſepe Cathedra eſt Verbi docentis, ut nos ab errore liberet. Præſepe & ſtabulum caſtra ſunt ubi Triumphator Iſrael contra dæmonem pugnat, ut nos ab ejus tyrannide ac ſervitute liberet.* p. 93. & ſeq.

Dominica infra Octavas Nativitatis Domini. *Quomodo Chriſtus ſit poſitus in ruinam & reſurrectionem multorum? Quid agendum ut Chriſtus nobis ſit in reſurrectionem, & non in ruinam?* p. 100. & ſeq.

In Circumciſione Domini. *Sanguinis ſui primitias Chriſtus offert Patri in Circumciſione ſua. Pater Æternus novum nomen Filio ſuo imponit, ſcilicet nomen Jeſu. Eſſe debemus homines novi ut nos ipſos Deo offeramus, novo ineunte anno. Circumciſio ſpiritualis nos efficit homines novos.* p. 106. & ſeq.

In Epiphania Domini. *De vocatione gentium. Agendæ ſunt Deo gratiæ ob vocationem noſtram ad Fidem. Deus in ſpiritu & veritate adorandus. Offerenda Chriſto munera. In aliam demum viam nos dare debemus, ſi vere ſumus converſi.* p. 111. & ſeq.

In eadem Solemnitate. *De ſuperſtitionibus & vanis obſervantiis vitandis.* p. 118. & ſeq.

Dominica infra Octavas Epiphaniæ. *De ſancta liberorum educatione, & de illorum erga parentes obſervantia.* p. 122.

Eadem Dominica. *Tres cauſæ cur amiſſus Jeſus à quærentibus non invenitur.* p. 127. & ſeq.

Dominica I. poſt Octavas Epiphaniæ. *Ut nuptiæ ſanctæ ſint, ad eas vocandus eſt Jeſus. De matrimonio contrahendo non eſt deliberandum ſine Jeſu. Ad nuptiarum ſolemnitatem vocandus eſt Jeſus, ut illis benedicat. In conjugalis vitæ ſocietate præſens ſemper Chriſtianis conjugibus debet eſſe Jeſus, ut ſui ſtatus & vocationis officia Chriſtiana impleant. Conjugibus præſens ſit Jeſus, ut in pace vivant.* p. 131. & ſeq.

Eadem Dominica. *De ſpiritualibus nuptiis Animarum noſtrarum cum Chriſto Jeſu.* p. 136. & ſeq.

Dominica II. poſt Octavas Epiphaniæ. *In lepra, peccati mortalis deformitas. In lepræ curatione, peccati curatio conſideranda.* p. 139. & ſeq.

Eadem Dominica. *De officiis dominorum erga ſervos, & ſervorum erga dominos.* p. 144

Eadem Dominica. *Fides noſtra debet eſſe ſimplex, humilis, animoſa,*



*ſa, ut Fides centurionis.* p. 145.

Dominica III. poſt Octavas Epiphaniæ. *De tribulationibus ſeu rebus adverſis. Res adverſæ & tribulationes ſunt portio diſcipulorum Chriſti in hac vita. In iis ad Deum confugiendum, & Chriſtus per fidem excitandus eſt in cordibus noſtris.* p. 146. & ſeq.

Dominica IV. poſt Octavas Epiphaniæ. *Parabola boni ſeminis & zizaniorum explicatur. Zizania in agro Eccleſiæ frumento ſunt admixta, boni malis permixti. Cur à Chriſto tolerentur uſque ad conſummationem ſæculi? Cùm Deus zizania, id eſt malos toleret, debemus & nos tolerare, ſi boni ſumus: Si non toleramus, zizania evadimus.* p. 156. & ſeq.

Dominica V. poſt Octavas Epiphaniæ. *Parabola grani ſinapis, & fermenti, explicatur. Initium & progreſſum Chriſtianæ Religionis & veræ Eccleſiæ ſignificant.* p. 162. & ſeq.

Dominica Septuageſimæ. *Vineæ & operariorum, quos ad illam colendam pater-familias conduxit, parabola explicatur. Nullam excuſationem habemus, ſi vineam nobis à Deo commiſſam, id eſt, Animam noſtram non colamus.* p. 165. & ſeq.

Eadem Dominica. *Vir ſapiens & juſtus nihil incultum in ſe relinquit. In vinea ſpirituali quomodo laborandum?* p. 169. & ſeq.

Dominica Sexageſimæ. *Parabola ſeminantis explicatur. Verbum Dei, ſemen bonum eſt. Corde bono & optimo excipiendum. Varia impedimenta ne ſemen illud cœleſte fructum afferat.* p. 171. & ſeq.

Dominica Quinquaſimæ. *De Cæcitate cordis. Quàm grave malum? Ut ſanetur, ad Jeſum clamare & accedere neceſſe eſt. Poſt receptam veri luminis, illi gratias agere, & illum ſequi, ut cæcus Evangelicus ab illo illuminatus.* p. 175. & ſeq.

Die Cinerum. *De cineribus & Pœnitentia. Cineres ſunt inſignia & quaſi inveſtitura Pœnitentiæ. Cineres ſunt typus & figura Pœnitentiæ. Cineres ſunt motivum & incitamentum Pœnitentiæ.* p. 181. & ſeq.

Feria V. poſt Cineres. *Tria in Evangelio hujus diei admirabilia; Fides centurionis, ſervi paralytici curatio; prædicta vocationis gentium ad fidem. Fides Centurionis, effectus eſt ſingularis miſericordiæ Dei erga ipſum. Curatio ſervi paralytici, effectus eſt omnipotentiæ Salvatoris, & Fidei centurionis. Vocatio Gentium ad fidem, ſolius gratiæ Dei opus eſt. Fides centurionis imitanda. Deo gratias agendæ ob noſtram ex Gentibus vocationem.* p. 189. & ſeq.

Feria VI. poſt Cineres. *De inimicorum dilectione. Ad eam tria nos movere debent. 1. Auctoritas Dei jubentis. 2. Magnitudo*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*præmii. 3. Efficacia exempli.* p. 193. & ſeq.

Dominica I. Quadrageſimæ. *De tentationibus. Si ſpectentur ex ex parte Dei, nobis utiles ſunt. Si ex parte Diaboli, omnes periculoſæ ſunt. Si ex parte cordis noſtri, quandoque utiles, quandoque noxiæ ſunt, prout illis reſiſtimus, vel conſentimus.* p. 198 & ſeq.

Eadem Dominica. *Chriſtus nobis deſignat ubi pugnandum ſit; quando pugnandum; quibus armis, & quomodo pugnandum adverſus dæmonem. Ubi? In ſolitudine. Quando? toto vitæ tempore. Quibus armis? jejunio & abſtinentia.* p. 201. & ſeq.

Feria II. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ. *De judicio univerſali. Terribile judicii univerſalis ſpectaculum. Qua ratione ad judicium nos præparare debeamus?* p. 205. & ſeq.

Feria III. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ. *De Templorum profanatione. Quinam faciunt domum Dei ſpeluncam latronum?* p. 210. & ſeq.

Feria IV. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ. *De pœnitentia Ninivitarum & Chriſtianorum comparatâ.* p. 213. & ſeq.

Feria V. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ. *De oratione, cujus forma in Cananæa muliere exhibetur. Conditiones orationis exponuntur, quarum aliæ ſpectant orantem; aliæ res quæ in oratione petuntur; aliæ modum orandi.* p. 217. & ſeq.

Feria VI. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ. *Probatica piſcina, figura erat Sacramenti Pœnitentiæ, quod levacrum eſt multò excellentius piſcina illa veteri. Utriuſque diſcrimina. Pœnitentes in piſcinam illam ſalutarem opportuno tempore mittendi ſunt à conſcientiæ Moderatore, cùm in ipſis debitas diſpoſitiones agnoverint ad Sacramenti virtutem, fructumque percipiendum, illis ſimiles quas Chriſtus poſtulat in paralitico Evangelii.* p. 220. & ſeq.

Dominica II. Quadrageſimæ. *Chriſtus in Transfiguratione ſua nobis oſtendit. 1. Finem ad quem tendimus, ſcilicet beatitudinem & gloriam æternam. 2. Viam quâ ad beatitudinem & gloriam, pervenimus, ſcilicet crucem, paſſiones, tribulationes.* p. 224. & ſeq.

Eadem Dominica. *De Chriſti Jeſu magnitudine, & noſtris erga illum officiis. Illum audire debemus ut juſtitiæ doctorem; illi parere ut Domino & Legiſlatori; illum imitari ut exemplar, quod nobis in monte monſtratum eſt.* p. 228. & ſeq.

Feria II. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ. *De Pœnitentia ad mortem uſque non differenda: ne in ſummum nos conjiciamus periculum carendi tempore ad agendam Pœnitentiam neceſſario; carendi gratiâ neceſſaria; carendi voluntate viribuſque neceſſariis.* p. 230. & ſeq.

Feria III. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ. *De reverentia Sacerdotibus debita. Miniſtri ſunt divinæ auctoritatis: illos ergo colere & obſervare debetis. Sunt interpretes & præcones divinæ veritatis: audire ergo illos docili & obedienti animo debetis; doctrinam ſalutis tradentes. Imagines ſunt divinæ ſanctitatis, ſi dignè miniſterio ſuo vivunt. Sanctos igitur Sacerdotes imitari debetis; ſi verò rectè doceant, & malè vivant (quod abſit) ſecundum opera eorum nolite facere.* p. 235. & ſeq.

Feria IV. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ. *De ambitione fugienda, cujus mater ignorantia; comes præſumptio; filia, cæterorum hominum contemptus, æmulatio, invidia: ut in filiis Zebedæi, & illorum matre videre eſt. Una dignitas Chriſtianis deſiderio digna, dignitas eſt filiorum Dei: una gloria par ejus votis, gloria æterna.* p. 239. & ſeq.

Feria V. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ. *Æternæ ſaluti admodum periculoſa eſt conditio divitum. 1. Ob ſuperbiam, quâ ut plurimum efferuntur. 2. Ob voluptates & delicias, quibus indulgent. 3. Ob duritiem cordis in pauperes immiſericordis. Id in Divite epulone oſtenditur.* p. 242. & ſeq.

Feria VI. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ. *De Pœnis damnatorum. Reprobi à Deo per vim & neceſſariò ſeparabuntur, quia ſponte ab illo in hac vita receſſerunt. Alligabuntur creaturæ cruciantis, quia creaturis delectantibus in hac vita adhæſerunt. Numquam carebunt ſupplicio; quia numquam voluerunt cavere peccata.* p. 247. & ſeq.

Dominica III. Quadrageſimæ. *De bono & malo uſu linguæ. Quidam tacent cùm loquendum eſt, illi ſcilicet qui peccata ſua non confitentur, quorum corda poſſidet dæmonium mutum. Quidam aliter loquuntur quàm loquendum eſt, ut blaſphemi ac maledici, qui Judæos imitantur de Chriſto dicentes, in Beelſebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Quidam loquuntur ut loquendum eſt, qui ſcilicet lingua ſua utuntur ad laudem Dei, & ædificationem proximi, ut pia mulier quæ vocem de medio turbarum extollit in Chriſti Jeſu laudem.* p. 251. & ſeq.

Eadem Dominica. *De frequenti in eadem peccata prolapſione.* p. 255.

Feria II. poſt Dominicam III. Quadrageſimæ. *De invidia. Morbi illius gravitas maxima; cura difficilis: Remedia;* p. 256. & ſeq.

Feria III. poſt Dominicam III. Quadrageſimæ. *De correptione fraterna. Fraternæ correptionis officium imperat caritas: dirige-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*vt debet prudentia cum manſuetudine conjuncta : ſuſcipere debet correptionis medicamentum docilis humilitas.* p. 260 & ſeq.

Feria IV. poſt Dominicam III. Quadrageſimæ. *De Lege Dei. Nullam excuſationem preferre poſſunt, qui Legem & mandata Dei tranſgrediuntur : ſiquidem Mandatorum Dei obſervantiam ſuadent : 1. Auctoritas & beneficentia Dei, Chriſtique jubentis. 2. Facilitas illa adimplendi. 3. Felicitatis æterna, iis qui illa obſervant, promiſſio.* p. 266. & ſeq.

Feria VI. poſt Dominicam III. Quadrageſimæ. *De dono Dei mulieri Samaritana revelato & collato. Gratia donum Dei merè gratuitum eſt : aſſiduè ergo petenda eſt à Deo in oratione. Gratia voluntatem noſtram ſuaviter allicit, movet, ac regit : ipſi ergo fideliter cooperandum eſt. Gratia efficaciſſimè & invictiſſimè in nobis & nobiſcum operatur omne bonum : Ad illam ergo humiliter referendum eſt quicquid boni agimus.* p. 269. & ſeq.

Dominica IV. Quadrageſimæ. *De preparatione ac diſpoſitionibus ad ſacram Euchariſtiæ communionem, miraculo multiplicationis quinque panum à Chriſto Domino ſignificata.* p. 275. & ſeq.

Eadem Dominica. *De honorum fuga. Evangelium & Chriſti gratia docent : 1. Generoſius contemni honores & dignitates terrenas, quam deſiderari & quæri. 2. Utilius recuſari plerumque quam acceptari. 3. Glorioſius eſſe illas promereri quam poſſidere.* p. 279. & ſeq.

Feria II. poſt Dominicam IV. Quadrageſimæ. *Templis noſtris major debetur reverentia, quam Templo Hieroſolymitano. Ad templa igitur Dei cultui conſecrata adeuntes, auferte immodeſtiam & ſcandalum per honeſtum & modeſtum habitum ac ſitum corporis. 2. Auferte evagationes & diſtractiones per attentionem mentis. 3. Auferte peccatum, aut certè affectum peccati, per virtutem pœnitentiæ & contritionem cordis. Auferte iſta hinc, &c.* p. 282. & ſeq.

Feria IV. poſt Dominicam IV. Quadrageſimæ. *De cæco nato. In cæcitate cordis tria conſideranda. 1. Hominis ſpiritaliter cæci calamitas, ut timeatur. 2. Spiritalis cæcitatis cauſa, ut caveantur. 3. Remedia, ut quærantur & poſtulentur.* p. 288. & ſeq.

Feria V. poſt Dominicam IV. Quadrageſimæ. *Doloris modus adhibendus eſt in morte propinquorum & amicorum. Mors enim præ vita diuturna hominibus Chriſtianis in hoc mundo peregrinantibus optanda eſt. 1. Quia hominibus finis eſt miſeriarum & calamitatum. 2. Quia Chriſtianis finis eſt peccatorum. 3. Quia peregrinis finis eſt peregrinationis, & migratio ad cæleſtem patriam.* p. 292. & ſeq.



Feria VI. poſt Dominicam IV. Quadrageſimæ. *Peccatoris pravis habitibus & diuturna conſuetudine peccati implicati miſerior ſtatus eſt, quàm Lazari mortui quatriduani & fœtentis. Peccatoris hujuſmodi mirabilior converſio, quam reſurrectio Lazari.* p. 296. & ſeq.

Dominica in Paſſione. *De maledicentia ſeu detractione. Qui proximi famæ detrahunt, verè dæmonium habent, eorum lingua à diabolo moventur, eique ſerviunt ad peccati propagationem. Qui calumniam patiuntur, & quorum famæ detrahitur, patientiam & manſuetudinem Chriſti Jeſu debent imitari.* p. 301. & ſeq.

Eadem Dominica. *Sancti eſſe debemus corde, per intentionis puritatem : ore, per ſermonis veritatem : opere, per vitæ omnimodam integritatem. Ut opere ſancti ſimus, vita noſtra conformanda eſt vitæ Chriſti. Ut ſermone ſancti ſimus, ſermones noſtri conformandi ſunt ſermonibus Chriſti. Ut corde ſancti ſimus, intentio noſtra conformanda eſt intentioni Chriſti.* p. 304. & ſeq.

Eadem Dominica. *Quod eo die legitur Evangelium, docet : 1. Quid de Chriſto Jeſu credere. 2. Quid in Chriſto Jeſu imitari debeamus.* p. 307. & ſeq.

Feria II. poſt Dominicam V. Quadrageſimæ. *De peccatoris deſertione. Nihil utilius eſt & efficacius ad gratiam obtinendam, conſervandam, recuperandam, quàm timere : 1. Ne actualis gratiæ auxiliis fideliter non cooperemur. 2. Ne à gratia ſanctificante excidamus. 3. Ne gratiam ſemel amiſſam non recuperemus.* p. 311. & ſeq.

Feria IV. poſt Dominicam V. Quadrageſimæ. *De prædeſtinatione ſanctorum. Prædeſtinatio Sanctorum ad gratiam & gloriam ex miſericordia gratuita eſt : nihil igitur nobis tribuere debemus in negotio ſalutis noſtræ, ſed totum à Deo ſperare. Deus vitam æternam ſanctis ſuis dat in tempore propter bona eorum opera : igitur bonis operibus perſeveranter vacare debemus. Certiſſima eſt prædeſtinatio, nec deficere poteſt : & nihilominus timere debemus ne ex ovium Chriſti numero non ſimus.* p. 315. & ſeq.

Feria V. poſt Dominicam V. Quadrageſimæ. *De muliere peccatrice. Profanus & impudicus amor Deo graviſſimam infert injuriam. 2. Mala graviſſima infert homini. 3. Contra tam periculoſum hoſtem fortiter pugnandum ; ab ejus inſidiis ſollicitè cavendum eſt.* p. 320. & ſeq.

Eadem Feria. *Mulieres peccatrices ſunt, cùm vanitati ſerviunt, ac voluptati : Vanitati, cultûs immodeſtiâ & diſſolutione : Voluptati, vitâ molli, otioſa, & omnibus oblectamentis, quæ*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*honeſta ſecundum mundi genium ac mores vocantur, indulgentes.* p. 325. & ſeq.

Feria VI. poſt Dominicam V. Quadrageſimæ. *De mulieris peccatricis pœnitentia. Amor pœnitens cor ejus dolore contrivit, humiliavit, Deo conſecravit. 2. Amor pœnitens lacrymarum fontes ex ejus oculis manare fecit. 3. Amor pœnitens illam ad officia pietatis Chriſto exhibenda impulit.* p. 328. & ſeq.

Dominica in Ramis Palmarum. *De Regia Chriſti dignitate. Chriſtus omnia erga nos implet optimi Regis officia. Nullum erga Chriſtum Regem implemus ſubditorum officium.* p. 335. & ſeq.

Feria II. poſt Dominicam Palmarum. *De furto. Fures ſunt (ut Judas Iſcariotes) 1. Uſurarii, & quicunque ex mutuo aliquid ultra ſortem exigunt vel percipiunt. 2. Furti rei ſunt mercatores, qui rem pluris juſto pretio vendunt, aut minoris juſto emunt. 3. Furti & rapinæ rei ſunt, qui creditores ſuos fraudant, qui debita non ſolvunt cum poſſint; qui gravia debita contrahunt, cum ſciant ſe non eſſe ſolvendo. Sine reſtitutione nulla hujuſmodi hominibus ſpes ſalutis eſſe poteſt.* p. 339. & ſeq.

Feria VI. in Paraſceve. *De Paſſione Jeſu Chriſti Domini noſtri.* p. 347. & ſeq.

Dominica Paſchæ. *De Reſurrectione Chriſti. Tria in hoc Myſterio conſideranda. 1. Reſurrectionis Chriſti neceſſitas. 2. Reſurrectionis Chriſti gloria. 3. Reſurrectionis Chriſti fructus.* p. 350. & ſeq.

Dominica in Albis. *De pace. Vera pax fructus eſt Spiritus Sancti, quâ proinde peccatores frui non poſſunt. Pacem vulneribus ſuis, & ſanguinis ſui pretio nobis Chriſtus Jeſus comparavit.* p. 353. & ſeq.

Dominica II. poſt Paſcha. *Chriſtus bonus Paſtor. Omnes Paſtoris optimi dotes & caracteres in eo concurrunt. Nos oves ejus ſumus: dare igitur operam debemus ut nulla nobis ovium proprietas deſit.* p. 359. & ſeq.

Eadem Dominica. *Paſtorum erga oves; ovium erga Paſtores Eccleſiaſticos officia.* p. 364. & 365.

Dominica III. poſt Paſcha. *In hujus mundi peregrinatione, cujus tempus modicum eſt, conſolari & ſuſtentare nos debet ſpes certiſſima viſionis Dei, ad quam ſuſpirare & tendere totis viribus debemus. 2. In rebus adverſis, ærumnis, calamitatibus, quæ Chriſtianorum juſte viventium pars ſunt in hoc mundo, conſolari nos debet exſpectatio gaudii purißimi,*



*immenſi, perpetui, quod triſtitiæ noſtræ ſuccedet.* p. 361. & ſeq.

Eadem Dominica. *Gaudium mundi breve, inane, æterno luctu excipiendum. Gaudium ſpirituale in Deo & de Deo verum, ſincerum, perpetuum.* p. 371. & ſeq.

Dominica IV. poſt Paſcha. *Chriſtus Spiritum Sanctum promittit 1. Ut Conſolatorem Fidelium. 2. Ut Cenſorem & emendatorem vitiorum. 3. Ut Inſtitutorem rudium, & totius Eccleſiæ interiorem Magiſtrum.* p. 374. & ſeq.

Dominica V. poſt Paſcha. *De Oratione. Quid petere in oratione debeamus? Quomodo petere debeamus?* p. 384. & ſeq.

Eadem Dominica. *De efficacia orationis, quæ fit in Chriſti nomine.* p. 387. & 388.

Feriis Rogationum. *De ſupplicationibus publicis, ſeu proceſſionibus.* p. 389.

In Feſto Aſcenſionis Chriſti. *1. Myſterii fidei explicatur. 2. Aſcenſionis Chriſti cauſæ exponuntur. 3. Fructus & utilitates Aſcenſionis Dominicæ.* p. 390. & ſeq.

Dominica poſt Aſcenſionem. *Spiritus Sanctus teſtimonium Chriſto perhibuit. Apoſtoli Spiritu Sancto afflati teſtimonium Chriſto perhibuerunt. Chriſtiani omnes Chriſto teſtimonium reddere tenentur, non ſolum in perſecutionibus, ſed etiam in pace Eccleſiæ; non verbis tantùm, ſed operibus.* p. 395. & ſeq.

Dominica Pentecoſtes. *Explicatur excellentia Doni quod Chriſtus Eccleſiæ ſuæ tribuit mittendo Spiritum Sanctum, & admirabiles ejus effectus exponuntur. 2. Diſpoſitiones neceſſariæ ad recipiendum Spiritum Sanctum.* p. 402. & ſeq.

In Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis. *Sanctiſſimæ Trinitati gratias immortales agere debemus ob illius in nos beneficia; creationis, quæ Patri Æterno; Redemptionis, quæ Filio Dei; Renovationis & ſanctificationis, quæ Spiritui Sancto tribuitur. 2. Imitari debemus, quantum cum Dei gratia nobis poſſibile eſt, ſanctiſſimam Trinitatem; Dei perfectiones, ſummam divinarum Perſonarum concordiam.* p. 404. & ſeq.

In Feſto Sacratiſſimi Corporis Chriſti. *Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento nobis donat. 1. Ut verum cibum & potum Animarum noſtrarum. 2. Ut ſymbolum & principium noſtræ cum ipſo conjunctionis, & mutuæ illius in nobis, ac noſtræ in illo manſionis. 3. Ut æternæ vitæ pignus.* p. 409. & ſeq.

In Eodem Feſto. *Sancta Euchariſtia ſacrificium eſt. 1. Veteris Legis ſacrificiis longè dignius & excellentius. 2. Veteris Legis ſacrificiis efficacius. 3. Majores diſpoſitiones ex parte offerentium & adſtantium exigens.* p. 414. & ſeq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dominica I. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De Convivio Euchariſtico. Magnificum ſanctæ Euchariſtiæ convivium, quod Dei bonitas ab æterno decrevit; ſapientia diſpoſuit; omnipotentia ſtatuto tempore inſtruxit & executa eſt; liberalitas multiplicat; miſericordia & juſtitia diſtribuit; æternitas perenne facit.* p. 419. & ſeq.

Eadem Dominica. *De ſolemnibus proceſſionibus in Feſto & Octava Corporis Chriſti inſtitutis. Quas ob rationes inſtitutæ ſint? Qua pietate illis adeſſe debemus.* p. 430. & ſeq.

Eadem Dominica. *De frequenti Communione. Frequens Communio magnorum fons & origo bonorum. Quæ diſpoſitiones ad frequentem Communionem neceſſariæ?* p. 432. & ſeq.

Eadem Dominica. *Cœna magna ad quam multos Chriſtus invitat, regnum cœlorum eſt. Omnes homines ad eam invitati, & quodammodo vocatio à Deo. Vanæ excuſationes eorum qui non veniunt.* p. 436. & ſeq.

Dominica III. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *Laborandum ut aliquando beati ſimus; ſed ne ſit inanis labor noſter: 1. Debemus laborare in lumine fidei. 2. Laborare debemus in præſentia & verbo Chriſti. 3. Imitari debemus humilitatem S. Petri; Dei gratiam in nobis agnoſcendo, non merita noſtra, quæ in nobis nulla ſunt niſi Dei dona.* p. 452. & ſeq.

Dominica IV. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De juſtitiæ Chriſtianæ & Phariſaicæ diſcrimine: 1. Phariſæorum juſtitia ſimulata erat & fucata: juſtitia Chriſtianorum ſincera & ſimplex eſſe debet. Juſtitia Phariſæorum externa duntaxat: juſtitia Chriſtianorum interior ſimul & exterior eſſe debet. 3. Juſtitia Phariſæorum ſcrupuloſa erat minimorum præceptorum obſervatrix, maximorum verò neglectrix mandatorum: Chriſtiana juſtitia totam legem accuratè implet: magna præcepta obſervat, nec tamen minora negligit.* p. 456. & ſeq.

Eadem Dominica. *Explicatur quintum Decalogi præceptum, Non occides.* p. 459.

Eadem Dominica. *De ira.* p. 460.

Eadem Dominica. *Reconciliatio ſincera, ſpontanea, & prompta cum fratribus, abſolutè neceſſaria eſt ad remiſſionem peccatorum obtinendam & ad ſacram communionem.* p. 462. & 463.

Dominica V. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De providentia. Quid de providentia Dei credere oporteat? Quæ animi noſtri diſpoſitio, qui erga Dei providentiam affectus eſſe debeat.* p. 464. & ſeq.

Dominica VI. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *Chriſtus Jeſus hujus diei Evangelio nos munit contra illuſiones quæ à via ſalutis nos avertere poſſunt, & in viam perditionis deducere. Ex triplici autem radice oriuntur illuſiones. 1. Ex prava directione. 2. Ex erronea præſumptione. 3. Ex corrupta voluntate. Contra primam illuſionum cauſam nos munit Chriſtus, docendo voluntatem noſtram Dei voluntati conformandam eſſe. Contra ſecundam illuſionum cauſam nos munit, docendo erroneam eſſe præſumptionem de fide bonis operibus deſtituta, quaſi ſufficiat ad ſalutem. Contra tertiam nos munit, docendo, voluntatem noſtram Dei voluntati conformandam eſſe; nec noſtram, ſed ejus voluntatem faciendam, ut ad æternam beatitudinem perveniamus.* p. 469. & ſeq.



Dominica VII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De eleemoſynæ neceſſitate, & utilitate. Divitibus obligatio eleemoſynam erogandi divino præcepto impoſita eſt. 2. Magnæ utilitates & fructus ex eleemoſynis in eos redundantes, illos ad juvandos pauperes excitare debent. 3. Non ſolum violatæ caritatis, ſed etiam graviſſimæ imprudentiæ rei ſunt divites, qui eleemoſynam pauperibus non erogant pro facultatum ſuarum ratione, & ipſorum pauperum indigentiâ.* p. 474. 475. & ſeq.

Dominica VIII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *Lacrymæ Chriſti ſuper Jeruſalem flentis nos docent quas ob cauſas lugere debeamus, ſcilicet non eſſe lugendum ob rerum temporalium damna, ob fruſtratas cupiditates, ob triſtes & malè fortunatos eventus; ſed ob Dei offenſam cùm à nobis, tum ab aliis peccatoribus; ob Eccleſiæ mala; ob imminentia animæ noſtræ pericula, eò quòd non cognoverit tempus viſitationis ſuæ à Chriſto Jeſu. Longè magis deploranda animæ noſtræ deſolatio, quam everſio Jeruſalem.* p. 478. & ſeq.

Dominica IX. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *Superbia & oſtentatio in Phariſæo damnata: Humilitas in Publicano commendata. Utriuſque caracteres.* p. 483. & ſeq.

Dominica X. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De hominis ſurdi & muti curatione. 1. Spiritalis ſurditas & linguæ impedimentum, mala ſunt in peccatoribus eò magis deploranda, quò voluntaria. 2. Homines ſurdos & mutos Eccleſiæ fides adducit ad Jeſum, per baptiſmum primò, deinde per pœnitentiam ſanandos. 3. Ut ab interiori ſurditate, & inviſibili impedimento linguæ liberemur ac ſanemur, per gratiam Chriſti, fateri debemus quod fecit ipſe ſurdum & mutum ſanans.* p. 486. & ſeq.

Dominica XI. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De proximi dilectione. Explicatur. 1. Quis ſit noſter proximus; & quæ regula ſecundùm quam proximi dilectio menſuranda eſt. 2. Quæ ſint officia dilectionis proximo debita ſecundùm Dei legem. 3. Quid*

*ſit exemplar cui nos in exhibendis hujus dilectionis officiis conformare debemus.* p. 490. & ſeq.

Dominica XII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De decem Leproſis. Quàm fœda; quàm horrenda mortalis peccati lepra? Quid agendum, illis qui ea fœdati & inquinati ſunt, ut curentur? Quid agere debeant poſtquam mundati ſunt.* p. 497. & ſeq.

Dominica XIII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De avaritia. Temporales peritura[s]que divitias contemnendas; ſpirituales æternaſque divitias diligendas & quærendas Chriſtus docet.* p. 500. & ſeq.

Dominica XIV. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De filio Viduæ Naim defuncto. Mortuus qui ad ſepulcrum efferebatur, ſtatum miſerum peccatoris ſignificat. Mortui ſuſcitatio à Chriſto Domino ſignificat converſionem & juſtificationem peccatoris. 1. Lugendus peccatoribus ſtatus. 2. Laudanda Chriſti miſericordia, qui peccatorem ad vitam revocat per gratiam ſuam.* p. 502. & ſeq.

Dominica XV. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De Hydropico à Chriſto ſanato; & de poſtremo loco tenendo. Superbia ſpiritualis hydropiſis. Quæ rationes movere nos debeant ut poſtremum locum amemus, ſuperiorem non quæramus.* p. 506. & ſeq.

Eadem Dominica. *De ſanctificatione Dominicæ, Feſtorúmque dierum.* p. 509. & ſeq.

Dominica XVI. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De præcepto amoris Dei. 1. Amor Dei omnibus affectibus noſtris dominari debet. 2. Actus divini amoris frequenter exercere debemus. 3. Omnia Dei mandata ex amore implere.* p. 513. & ſeq.

Dominica XVII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De remiſſione peccatorum. Tria credenda complectitur hic ſymboli Apoſtolici Articulus: in hac vita de remiſſione peccatorum noſtrorum ſecuri eſſe nunquam debemus, ſed ſemper timere.* p. 516. & ſeq.

Dominica XVIII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De ſpiritualibus Filii Dei nuptiis cum Eccleſia, & Anima fideli. Ad ſpirituales illas nuptias omnes vocati eſtis, conſidite: pauci electi, timete. Nihil proderit quod credamus, ut ad æternum Sponſi convivium admittamur, niſi habuerimus veſtem nuptialem, ſcilicet caritatem & opera bona.* p. 518. & ſeq.

Dominica XIX. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De Regulo cujus filius lethaliter ægrotabat Capharnaum: 1. Ad Deum accedendum eſt per fidem, & quidem firmiorem fide Reguli. 2. Ab ipſo petenda ſunt majora & excellentiora bona, quàm ſanitas corporis, aliaque commoda temporalia. 3. Cura omnis adhibenda eſt à patribus familiâs, ut eorum familia Deo ſerviat, fidemque ſanctis operibus comprobet.* p. 522. & ſeq.



Dominica XX. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De Decem millium talentorum debitore. Peccata noſtra debita noſtra ſunt. Quot peccata commiſimus, tot talentorum debitores ſumus. ſolus Deus illa condonare poteſt. Fruſtra verò ſperamus Deum nobis peccata dimiſſurum, ſi adverſus proximos conſervoſque noſtros duri & immiſericordes ſimus. Tres rationes ad debita conſervis noſtris dimittenda, injuriaſque condonandas movere nos debent, ex hodierno Evangelio petitæ.* p. 527. & ſeq.

Dominica XXI. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *Præcipua duo hominis officia Chriſtus in hujus diei Evangelio docet. 1. Quid Regi; 2. Quid Deo debeant. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, ut cives Reipublicæ terreſtris: & quæ ſunt Dei Deo, ut cives Reipublicæ cæleſtis.* p. 530. & ſeq.

Dominica XXII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De filia Principis à Chriſto ſuſcitata, & de reſurrectione mortuorum. 1. Reſurrectio omnium hominum ſimpliciter ac firmiter credenda eſt. 2. Varia erit reſurgentium conditio, quam ſibi quiſque bonis vel malis operibus procurat. 3. Otioſa igitur & ſterilis in nobis eſſe non debet reſurrectionis fides.* p. 533. & ſeq.

Eadem Dominica. *Sancta mors magis eſt optanda quam vita.* p. 535. & ſeq.

Dominica XXIII. poſt Feſtum SS. Trinitatis. *De abominatione deſolationis ſtante in loco ſancto, in anima ſanguine Chriſti redempta, & per baptiſmum ſanctificata, in corpore conſecrato ut Dei templum eſſet.* p. 542. & ſeq.

Eadem Dominica. *Multiplex tribulatio in die furoris Domini. Una quæ judicium præcedet, altera quæ comitabitur, tertia quæ ſubſequetur.* p. 545. & 546.

## Pars Tertia.

IN Feſto S. Andreæ Apoſtoli. *S. Andreas cor ſuccenſum habuit amore crucis, linguam conſecratam prædicatione crucis, corpus conſummatum martyrio crucis.* p. 547. & ſeq.

In Feſto S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. *A ſpiritu ſancto inſtitutus eſt ad virtutem Nicolaus, ut ſobriè, juſtè, & piè viveret in hoc ſæculo: piè per orationis humilitatem, aſſiduitatem & fervorem: ſobriè per jejunii auſteritatem; juſtè per caritatem, quæ tota eſt hominis Chriſtiani juſtitia.* p. 553. & ſeq.

In Feſto Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ. *Triplex diſcrimen gratiæ quâ beata Virgo in ſua conceptione præventa eſt, ab ea quæ cæteris ſanctis collata fuit: 1. Aliorum ſanctorum in pueritiâ, quidam in adoleſcentia vel juventute, quidam in ſenectute, vel in morte ſanctificati ſunt; B. Virgo Maria in ſua Conceptione per Chriſti gratiam præventa eſt, ne peccati originalis labem contraheret, cujus contrahendi debitum ut Adami filia contraxerat. 2. Alii ſancti partem gratiæ: Maria totam gratiæ plenitudinem recepit. 3. Aliis ſanctis gratia modo amiſſibili: Mariæ modo quodam inamiſſibili collata eſt.* p. 558. 559. & ſeq.

In Feſto S. Thomæ Apoſtoli. *S. Thomas ex vulneribus ſacratiſſimorum pedum Chriſti hauſit humilitatem & firmitatem fidei. Ex vulnere lateris Chriſti, & ejus corde ſacratiſſimo hauſit fervorem fidei. Ex vulneribus manuum hauſit operationem fidei. Sit fides noſtra, ut fides Apoſtoli Thomæ, humilis & firma; fervens & amore ſuccenſa, operans & bonorum operum effectrix.* p. 564. & ſeq.

In Feſto S. Stephani Protomartyris. *Plenitudo gratiæ Stephanum primi Diaconi miniſterio dignum effecit. Plenitudo fortitudinis Stephanum protomartyrii corona decoravit. Plenitudo Spiritus Sancti Stephanum primum ac nobiliſſimum poſt Chriſtum Jeſum caritatis exemplar mundi exhibuit.* p. 569. & ſeq.

In Feſto S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ. 1. *Quid major Chriſti dilectio S. Joanni præſtiterit. 2. Quid S. Joannes Chriſti dilectioni rependerit. Chriſtus Jeſus Joannem præ cæteris Diſcipulis conſcium fecit arcanorum ſuorum; participem bonorum ſuorum, conſortem dolorum ſuorum. S. Joannes dilectioni quâ ipſum præ cæteris Diſcipulis honoravit Chriſtus; amore ardentiſſimo & conſtantiſſimo reſpondit.* p. 573. & ſeq.



In Feſto S. Genovefæ Virginis. *Vita contemplativa, & vita activa exemplum in Genovefa Virgine admirabiliter eluxit. Chriſto ſummo paſtori cor ſuum conſecrat ab adoleſcentia per amorem caſtiſſimum; corpus per virginitatem; ipſum deſiderat & quærit aſſiduè per ferventem orationem; illo ſe dignam præſtat per humilitatem; ſanctis exemplis & miſericordiæ operibus Pariſienſem populum velut gregem paſcit; Epiſcoporum præceptis religiosè obtemperat, & conſilia ſequitur.* p. 585. & ſeq.

In Feſto Purificationis Deiparæ Virginis Mariæ. *Euntes in Templum, occurramus Chriſto Jeſu & Mariæ cum Simeone juſto. Diſcamus à Chriſto Jeſu quid offerre & ſacrificare Deo debeamus. A Deipara Virgine, quomodo nos Purificare oporteat. A Sancto Simeone, quodnam eſſe debeat noſtrorum deſideriorum objectum.* p. 591. 592. & ſeq.

In Feſto S. Thomæ Aquinatis. *Scientiam Sancti Thomæ caſtitas parit, humilitas ſanctificat, caritas perficit; qua triplici ratione ſimilis eſt ſapientiæ Angelorum.* p. 599. & ſeq.

In Feſto Sancti Joſeph. *Cæterorum gratia ſanctorum facit illos filios Dei & Chriſti Jeſu fratres per adoptionem: gratia S. Joſeph fecit illum Filii Dei Patrem. Cæterorum gratia Sanctorum illos facit Deiparæ Virginis Mariæ clientes: gratia S. Joſeph illum fecit Virginis Matris Dei Sponſum. Gratia reliquorum Sanctorum illos facit Eccleſiæ membra: gratia S. Joſeph illum facit capitis Eccleſiæ nutritium caput.* p. 606. & ſeq.

In Feſto Annunciationis B. Virginis Mariæ. 1. *Magnum Myſterium Incarnationis, quod hodie annuntiatur, in quo divinæ perfectiones ſplendidiùs eluceſcunt quam in cæteris. Incarnatio Verbi Myſterium, & divinæ perſonæ nova quodammodo attributa ſine ſui mutatione, novaſque denominationes acquirunt. 2. Magna Virgo, cui Myſterium iſtud annuntiatur, quia recipit gratiæ plenitudinem; quia ſine diſpendio virginitatis obtinet fœcunditatem; quia provehitur ad incomparabilem Matris Dei dignitatem. 3. In homines, propter quos annuntiatur, magnitudinem ſuam dericat Dei Filius, qui in utero Virginis fit homo, ut homines filios Dei faciat: ſervi formam aſſumit, ut faciat liberos: ſimilitudinem carnis peccati induit, ut faciat Sanctos.* p. 612. & ſeq.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In Feſto S. Joannis Baptiſtæ. *Inter natos mulierum Joannes Baptiſta maximus eſt. 1. Nativitatis privilegio. 2. Amplitudine muneris. 3. Merito fidelitatis.* p. 610. & ſeq.

In Feſto Sancti Petri Apoſtolorum Principis. 1. *S. Petrus primatum dignitatem & regimen Eccleſiæ univerſæ promeruit ex excellentia fidei ſuæ & fervore caritatis.* 2. *S. Petrus Dei & Filii ejus inimicos debellavit, ejuſque imperio ſubjecit prædicationis ſuæ & miraculorum virtute.* 3. *S. Petrus præcipuam gloriam, reverentiam, cultúmque in Eccleſia conſecutus eſt ob labores pro Eccleſia toleratos, ob paſſionem & Martyrium.* p. 632. 633. & ſeq.

In Feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ. *Maria Magdalena inter omnes vitæ illius ſtatus complectitur; ſtatum peccati, ſtatum pœnitentiæ, ſtatum contemplationis. Peccatrix in civitate; pœnitens in domo Simonis Phariſæi. Contemplatrix reliquo vitæ tempore, præſertim in ſolitudine.* 1. *Maria Magdalena divini quondam amoris inimica.* 2. *Maria Magdalena ab amore divino debellata.* 3. *Maria Magdalena divini amoris diſcipula.* 1. *Divini amoris inimica in civitate: Ab amore divino debellata in domo Simonis: Divini amoris diſcipula in contemplatione & ſolitudine.* p. 646. 647. & ſeq.

In Feſto Sancti Dominici. 1. *S. Dominicus prædicator à Deo electus, formatus, eruditus.* 2. *S. Dominicus Prædicator fidelis, Eccleſiæ fructuoſus, admirabilis.* 3. *S. Dominicus in Ordine ſuo Prædicator univerſalis ac perpetuus.* p. 657. & ſeq.

In Feſto Aſſumptionis Beatæ Virginis Mariæ. 1. *Homines admirantur obitum ſanctiſſimæ Virginis ceu prodigium in ordine naturæ.* 2. *Angeli admirantur ejus Aſſumptionem ceu prodigium in ordine gratiæ.* 3. *Deus in ejus coronatione ſibi complacet ceu in magnificentiſſimo ſuorum operum in ordine gloriæ.* p. 661. 662. & ſeq.

In Feſto S. Hiacynthi. 1. *Cùm Chriſtus Jeſus ſit Mariæ Filius, Hiacynthum fecit amicum Mariæ cariſſimum.* 2. *Cùm ipſe ſit Eccleſiæ ſponſus & fundator, Hiacynthum Eccleſiæ propagatorem ſtudioſiſſimum fecit.* 3. *Cùm ipſe ſit Fidelium omnium caput, Hiacynthum eorum protectorem potentiſſimum conſtituit.* 1. *Hiacynthus Mariæ Virginis Deiparæ in Ordine S. Dominici amicus cariſſimus.* 2. *S. Hiacynthus Eccleſiæ in ſeptentrione propagator ſtudioſiſſimus. S. Hiacynthus miraculorum patrator in gratiam Chriſtianorum illum invocantium per totum orbem potentiſſimus.* p. 670. & ſeq.

In Feſto S. Ludovici Regis & Confeſſoris. 1. *Similis non fuit ante S. Ludovicum Rex, nec poſt eum ſurrexit ſimilis in*



*Regni interioris, id eſt, paſſionum ſuarum ordinatione & coërcitione.* 2. *Nemo Regum ſimilis S. Ludovico in Regni inferioris, id eſt Francorum, juſto regimine.* 3. *Nemo Regum S. Ludovico ſimilis in Regni ſuperioris, id eſt Eccleſiæ, protectione.* p. 680. 681. & ſeq.

In Feſto Nativitatis beatæ Virginis Mariæ. *Beata Virgo Maria Liber ab æterno in Dei mente conceptus, præclaris figuris ornatus & illuminatus, ſcriptus intus & foris, in quo virtutum omnium caracteres ſunt expreſſi ... Verus, Deóque maximè gratus Beatæ Virginis cultus, ejus imitatio.* p. 690 & ſeq.

In eodem Feſto. *S. Virgo Maria in ſua Nativitate progreditur ut Aurora: jam à ſua Nativitate pulcra eſt ut Luna, electa ut ſol: principibus tenebrarum terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* p. 694. & ſeq.

In Feſto S. Franciſci Aſſiſii. *S. Franciſcus ſapientiam quam à Chriſto didicit, loquitur inter perfectos, ſapientiam verò non hujus ſæculi, neque principum hujus ſæculi, ſed ſapientiam Dei in Myſterio Incarnationis & crucis abſconditam ſapientes ſæculi illos verè divites eſſe judicant, qui cæteris abundantiùs bona poſſident, quæ fortunæ vocantur. Illos magnos eſſe, glorioſos & illuſtres judicant, qui ad majores honores & dignitates ſunt provecti. Illos felices judicant, qui voluptatibus, quas honeſtas & legitimas vocant, perfruuntur. Verùm S. Franciſcus vanas eſſe ſapientium ſæculi cogitationes oſtendit: ſiquidem exemplo ſuo docet* 1. *Veras divitias in paupertate Chriſti inveniri.* 2. *Veram gloriam, ſolidamque celſitudinem inveniri in humiliationibus & opprobriis Chriſti.* 3. *Veram voluptatem inveniri in paſſionibus, cruce, & vulneribus Chriſti.* p. 697. & ſeq.

In Feſto Omnium Sanctorum. *Siquidem Sanctorum cives ſumus ad ſanctam civitatem Sion ſuſpirare, & continuò tendere debemus.* 1. *Ut ad ſanctam illam civitatem & gloriam Sanctorum perveniamus, media eligenda ſunt quæ Chriſtus præſcripſit, via ſequenda quam monſtravit.* 3. *Qui municipes civitatis alicujus eſſe volunt, colere debent cives nobiliores & gratiores Principi. Igitur ſi Sanctorum cives eſſe velimus, debemus illos colere ac venerari ob excellentiam, invocare ob potentiam, imitari ob virtutes.* p. 705. & ſeq.

In Commemoratione Fidelium Defunctorum. *Fidelium omnium Defunctorum commemorationem inſtituit Eccleſia ad fidem noſtram de Purgatorio confirmandam.* 2. *Ad caritatem noſtram erga animas Purgatorii pœnis cruciatas accenden-*

*dam. 3. Ad vigilantiam noſtram excitandam, ut peccata etiam venialia ſummo ſtudio vitemus, & divinæ juſtitiæ in hac vita ſatisfaciamus, ut à pœnis Purgatorii liberemur, vel ne ita diu in illis detineamur.* p. 711. & ſeq.

In Feſto S. Catharinæ Virginis & Martyris. *Triplex victoria, & triplex corona S. Catharinæ. 1. Fidei virtute mundum vincit cum ſuis erroribus. 2. Chriſtiana fortitudine vincit mundum cum ſuis terroribus. 3. Incorrupta virginitate mundum vincit cum ſuis amoribus & voluptatibus.* p. 715. & ſeq.

In Feſto Dedicationis Eccleſiæ. *Solemnis Eccleſiæ Dedicatio, ejúſque annua Commemoratio triplicis officii nos admonet. 1. Deo gratias agendas eſſe, qui nos in Eccleſiam ſuam vocavit; 2. Nos admonet reverentiæ quam Templis debemus. 3. Admonet nos eſſe templa Dei vivi in baptiſmo Deo conſecrata; ac proinde cavendum ne templum Dei in nobis mortali peccato polluamus.* p. 721. & ſeq.

INSTI-

INSTITUTIONIS

# CONCIONATORUM

PARS PRIMA,

*SEU*

# PRÆCEPTA ET REGULÆ

AD PRÆDICATORES

verbi divini informandos.

---

## CAPUT PRIMUM.

*Qui verbi Dei Prædicationi deſtinandi?*

I. VErbi Dei prædicandi munus, quod ſanctiſſimis viris, Prophetis, Apoſtoliſque à Deo commiſſum, ab ipſo etiam Dei Filio Chriſto Jeſu Domino noſtro præſtitum eſt, Epiſcoporum præcipuum eſſe, Sacra Synodus Tridentina cenſuit ac declaravit, ſecundum illud Apoſtoli ad Timotheum ſcribentis: *Teſtificor coram Deo, & Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, per adventum ipſius & Regnum ejus, prædica verbum*; Et illud quidem munus *ipſi per ſe in Eccleſia ſua*, niſi legitimè impediti fuerint, exequi debent: in aliis autem Eccleſiis per Parochos, ſive iis impeditis, per alios in Civi-

*2. Tim. 4.*

*Concil. Trident. Seſſ. 24. De Reform. Cap. 4.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*dam. 3. Ad vigilantiam noſtram excitandam, ut peccata etiam venialia ſummo ſtudio vitemus, & divinæ juſtitiæ in hac vita ſatisfaciamus, ut à pœnis Purgatorii liberemur, vel ne ita diu in illis detineamur.* p. 711. & ſeq.

In Feſto S. Catharinæ Virginis & Martyris. *Triplex victoria, & triplex corona S. Catharinæ. 1. Fidei virtute mundum vincit cum ſuis erroribus. 2. Chriſtiana fortitudine vincit mundum cum ſuis terroribus. 3. Incorrupta virginitate mundum vincit cum ſuis amoribus & voluptatibus.* p. 715. & ſeq.

In Feſto Dedicationis Eccleſiæ. *Solemnis Eccleſiæ Dedicatio, ejúſque annua Commemoratio triplicis officii nos admonet. 1. Deo gratias agendas eſſe, qui nos in Eccleſiam ſuam vocavit; 2. Nos admonet reverentiæ quam Templis debemus. 3. Admonet nos eſſe templa Dei vivi in baptiſmo Deo conſecrata; ac proinde cavendum ne templum Dei in nobis mortali peccato polluamus.* p. 721. & ſeq.

INSTI-

# INSTITUTIONIS CONCIONATORUM

## PARS PRIMA.

*SEU*

## PRÆCEPTA ET REGULÆ AD PRÆDICATORES verbi divini informandos.

### CAPUT PRIMUM.

*Qui verbi Dei Prædicationi deſtinandi?*

I. VErbi Dei prædicandi munus, quod ſanctiſſimis viris, Prophetis, Apoſtoliſque à Deo commiſſum, ab ipſo etiam Dei Filio Chriſto Jeſu Domino noſtro præſtitum eſt, Epiſcoporum præcipuum eſſe, Sacra Synodus Tridentina cenſuit ac declaravit, ſecundùm illud Apoſtoli ad Timotheum 2. Tim. 4. ſcribentis: *Teſtificor coram Deo, & Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, per adventum ipſius & Regnum ejus, prædica verbum*; Et illud quidem munus *ipſi per ſe in Eccleſia ſua*, niſi legitimè impediti fuerint, exequi debent: in aliis autem Eccleſiis per Parochos, ſive iis impeditis, per alios in Civi-

*Concil. Trident. Seſſ. 24. De Reform. Cap. 4.*



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tate, aut in quacumque parte Diœceſis deputandos, ſaltem omnibus Dominicis, & ſolemnibus diebus Feſtis, tempore autem jejuniorum Quadrageſimæ, & Adventus Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus. Ad ſacrum illud verbi divini Miniſterium aſſumuntur ab Eccleſia in ſubſidium Regulares, à ſummo Pontifice & Epiſcopis miſſi in vineam Domini, ut eam excolant, fructumque ſalutis animarum ipſi Domino referant. De quibus Concilium Provinciale Rotomagenſe anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo celebratum, Tit. *De Curatorum & aliorum Presbyterorum Officiis*, Num. 41. *Epiſcopi*, inquit, *ſubſidiarios Regulares tueantur, & charos habeant, atque alant, ſicut coadjutores, omneſque illis factas injurias & contumelias ſuas eſſe exiſtiment & propulſent: juniores ad ſtudia litterarum foveant, atque conventus pro ſuis facultatibus, tamquam Concionatorum ſeminaria ſuſtentent.* Primum inter ſubſidiarios illos Concionatores locum tenent Fratres Prædicatores, quorum Ordo ad verbi divini Miniſterium inſtitutus, & ab Eccleſia confirmatus eſt, quod & conſilium nominis ab *Honorio III.* inditi oſtendit. Unde cum Apoſtolo dicere poſſunt ſinguli Ordinis illius Religioſi viri, quibus verbi talentum à Domino creditum eſt: *Væ mihi, ſi non evangelizavero, neceſſitas enim mihi incumbit.* Neque tamen ſacrum illud munus ſumere ſibi debent, niſi ad illud delecti, ac Superiorum judicio deſtinati, Epiſcopi facultate, aut certè benedictione muniti ſint. Conciones enim habere non poſſunt, ne in ſuis quidem Eccleſiis, niſi benedictionem ab Epiſcopo petierint: Neque autem ullo ſanè modo eo contradicente, ſive repugnante: in aliis autem Eccleſiis quæ Ordinis ſui non ſunt, nullo modo niſi ſcripta facultate ab Epiſcopo conceſſâ, ut Tridentini Concilii Decreto ſancitum eſt.

*1. Cor. 16.*

*Seſſ. 5. Cap. 2. De Reform.*

II. Maximo autem delectu verbi divini miniſterium



Religioſis etiam viris delegandum eſt. Cavere igitur Superiores Regulares debent, ne illud demandent junioribus Fratribus, niſi doctrinâ & morum integritate atque gravitate conſpicuis, Diaconis ſaltem, qui Theologici ſtudii triennium expleverint, qui diſponendæ concionis modum intelligant, dilucidè diſtinctèque rei enarrandæ rationem percipiant, benè pronuntiandi, decorèque agendi uſum teneant. Sacræ itaque Rhetoricæ præceptis exculti ſint: quamquam ſi acutum & fervens adſit ingenium, faciliùs adhæreat Eloquentia legentibus & audientibus Eloquentes, quàm Eloquentiæ præcepta ſectantibus. Nec deſunt Eccleſiaſticæ Litteræ, etiam præter Canonem in auctoritatis arce ſalubriter collocatum, quas legendo homo capax, etſi non id agat, ſed tantummodo rebus, quæ ibi dicuntur, intentus ſit, etiam eloquio quo dicuntur, dum in his verſatur, imbuitur, accedente vel maximè exercitatione ſive ſcribendi, ſive dictandi; poſtremò etiam dicendi quæ ſecundum pietatis ac fidei regulam ſentit. Certè cum ex infantibus loquentes non fiant, niſi locutiones diſcendo loquentium; cur eloquentes fieri non poſſint nulla eloquendi arte tradita, ſed elocutiones Eloquentium legendo & audiendo, & quantum aſſequi conceditur, imitando? Quid quod ita fieri ipſis quoque experimur exemplis? Nam ſine præceptis Rhetoricis novimus plurimos eloquentiores plurimis qui illa didicerunt; ſine lectis verò & auditis Eloquentium diſputationibus vel dictionibus, neminem. Nam neque ipſa arte Grammatica, qua diſcitur locutionis integritas, indigerent pueri, ſi eis inter homines, qui integrè loquerentur, creſcere daretur & vivere. Neſcientes quippe ulla nomina vitiorum, quicquid vitioſum cujuſquam ore loquentis audirent, ſana ſua conſuetudine reprehenderent & caverent: ſicut ruſticos urbani reprehendunt, etiam qui litteras neſciunt. Quamobrem vera & germana eloquentia diſci poteſt Sacrarum lectione Scriptu-

*S. Auguſtinus, Lib. 4. De Doctrina Chriſtiana, cap. 3.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rarum, in quibus promicat, cum ſapientia velut comes inſeparabilis conjuncta, ut S. Auguſtinus oſtendit, non ſolum adductis ex Apoſtolo Paulo exemplis, ſed etiam ex Prophetis, & ex illius potiſſimùm libro, qui ſe paſtorem vel armentarium fuiſſe dicit, atque inde divinitùs ablatum atque miſſum, ut Dei populo prophetaret. Eloquentes etiam fieri poſſunt homines ſacri, continuâ & aſſiduâ SS. Patrum lectione, qui eloquentiæ laude floruerunt, quales inter Græcos S. Gregorius Nazianzenus, qui & eloquentiæ uſum contra Julianum Apoſtatam Eccleſiæ vindicavit, & S. Joannes Chryſoſtomus; inter Latinos verò SS. Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Leo, Petrus Chryſologus. Legere autem imprimis juvabit librum quartum S. Auguſtini *De Doctrina Chriſtiana*, ut qualis Eccleſiaſti neceſſaria ſit Eloquentia diſcatur, ejuſque præceptis animus imbuatur: nec non librum *De Utilitate credendi*, quo nullum eſt inter ejus Opera eloquentius.

Rom. 1. 3. 2. Cor. 11. 16. Amos 7. 14. & 15. S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſt. Cap. 11.

III. Si tamen ars Rhetoricæ Fratibus noſtris junioribus neceſſaria videatur, quam fortè multi numquam in Scholis didicerunt: (quamquam nullum in Ordinem Prædicatorum ſuſcipi expediret, qui annum integrum in Rhetoricæ ſtudio nom poſuiſſet) tradatur illis *Rhetorica Sacra Ludovici Granatenſis*. Illis etiam ad imitandum proponantur celebres & eloquentiæ laude florentiſſimi Concionatores. Sed eo in genere caveat ſacri ſuggeſti candidatus, ne (quod plerique faciunt) levia quædam ac ſæpe etiam vitioſa in eis imitetur; ſed illa tantùm quæ Sapientum judicio præclara atque egregia. Verùm ſicut diligentiſſimè conſiderare debet, quem è Concionatoribus qui nunc florent, aut certè ſuperioribus temporibus floruerunt, ad imitationem deligat; ita maximè ſibi veteres Patres proponat, quorum in dicendo virtutes ſectetur; *Joannis Chryſoſtomi* & *Gregorii Magni* diſciplinæ Moralis copiam; *Leonis*



*Magni* & *Baſilii* gravitatem; *Nazianzeni* vim; *Nyſſeni* ſubtilitatem; *Auguſtini* acumen; *Ambroſii* temperatum dicendi genus; *Bernardi* dulcem devotamque orationem; atque omninò admirabilem & divinam eloquentiam S. Pauli Apoſtoli, cui uni omnia quæ ſummi ſunt Concionatoris & Oratoris SS. Joannes Chryſoſtomus & Auguſtinus tribuunt. Quamquam in eo maximè ſit imitanda Prophetarum, S. Pauli, & SS. Patrum, quos laudavi, eloquentia, ut non affectetur: & cùm agnoſcitur à doctis, ſentitur ab indoctis, tales res dicantur, ut verba quibus dicuntur, non à dicente adhibita, ſed ipſis rebus velut ſponte ſubjuncta videantur: *Quaſi ſapientiam de domo ſua, id eſt, pectore ſapientis procedere intelligas, & tamquam inſeparabilem famulam, etiam non vocatam, ſequi eloquentiam.* S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana.

IV. Caveant denique Superiores, ne turpiter diſtortos, gibboſos, aut aliqua corporis parte inſigniter deformes ſacro prædicationis deſtinent Miniſterio. Solent enim in Concionatore quædam corporis deformitates tum offenſionem, tum riſum movere.

Humbertus De Romanis, lib. 1. De Erudit. Prædic. Cap. 11.

---

## CAPUT II.

### *De Scientia Concionatoris, Librisque ab eo legendis.*

V. IN omnis Sacræ Eccleſiaſticæque Doctrinæ ſtudiis verſetur Concionator neceſſe eſt. Habeat omnes Theologiæ notos & tractatos locos, præſertim verò quæ Chriſtianæ Religionis veritatem demonſtrant ac tuentur, quæ Fidei dogmata probant ac defendunt, quæ ſalutis noſtræ Myſteria explicant, quæ Moralis Evangelicæ præcepta exponunt.

VI. Scripturam ſacram legat aſſiduè, meditetur, ſcrutetur; quia *Omnis Scriptura divinitus inſpirata uti-* 2. Tim. 3.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*lis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia: ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Lectionem ejus annis ſingulis repetat à capite ad calcem; quod facilè præſtabit, ſi diebus ſingulis duo Veteris Teſtamenti capita, & unum Novi perlegere conſueverit. Adnotet verò in adverſariis, & per locos communes diſponat, quæ magis animum ſuum affecerint, ſive dogmata, ſive morum diſciplinam ſpectantia, memoriæque commendet quantum poteſt *Adoranda verba Scripturarum.*

VII. Senſûs litteralis, ſpiritaliſque Scripturæ ſacræ peritus ſit Eccleſiaſtes, in eumque finem legat ſelectos Patrum, ac recentiorum Interpretum (ſi opus ſit) commentarios.

*In Geneſim* ſcilicet, S. Baſilii Magni Homilias novem in *Hexaëmeron*; S. Gregorii Nyſſeni libros ejuſdem argumenti, & *De hominis opificio*, & librum *De vita Moyſis*: S. Joannis Chryſoſtomi Homilias & Sermones in Geneſim: Libros ſex S. Ambroſii in *Hexaëmeron*, unum *De Paradiſo*, duos *De Cain & Abel*, unum *De Noë & Arca*, duos *De Abraham*, unum *De Iſaac & Anima*, duos *De Jacob & Vita Beata*, unum *De Joſeph Patriarcha*, unum *De Benedictionibus Patriarcharum*. S. Auguſtini libros *De Geneſi ad litteram*, Quæſtiones ejuſdem in Geneſim, Libros *De Civitate Dei* XIV. XV. & XVI. Librum XXII. *contra Fauſtum Manichæum*, & quinque priores Sermones Editionis PP. Benedictinorum Congregationis S. Mauri: S. Cyrilli Alexandrini libros ſeptem *Glaphyrorum in Geneſim*: B. Theodoreti in eumdem librum Quæſtiones, quibus ſenſus litteralis maximè illuſtratur. E Recentioribus verò *Pererius*, vel *Bonfrerius* in Geneſim ſufficient. Quamquam & in hunc, & in alios Scripturæ ſacræ libros, *Eſtii*, *Tirini*, *Menochii*, *Joannis Mariana*, Adnotationes, Commentarii, Scholia erudita ſunt & utilia ob diligentiam in ſenſu litterali



explicando cum brevitate conjunctam.

*In Exodum*, legat *S. Auguſtini Quæſtiones*, Librum *Locutionum*, Libri XXII. *contra Fauſtum* nonnulla capita, Sermones VI. VII. & VIII. Editionis Patrum Benedictinorum *Congregationis* S. Mauri: *S. Cyrilli Alexandrini Glaphyra*: B. Theodoreti *Quæſtiones*; S. Gaudentii Brixienſis Epiſcopi Tractatus ſeptem. E Recentioribus verò, *Hieronymi ab Oleaſtro*, aut *Bonfrerii* commentarios.

*In Leviticum*, eoſdem Patres; S. Hieronymi Epiſtolam CXXVIII. ad Fabiolam, *De veſtitu Sacerdotali*; Commentarios *Heſychii* Hieroſolymitani Epiſcopi, Tomo XII. Magnæ Bibliothecæ Patrum Lugdunenſis Edit. & *Radulfi Flaviacenſis* Monachi Ord. S. Benedicti, Tom. XVII. editos: E Recentioribus, eoſdem Interpretes.

*In Numeros*, S. Auguſtinum, S. Cyrillum Alexandrinum, & Theodoretum, Homilias Origenis, & Epiſtolam S. Hieronymi ad Fabiolam *De xlii. Manſionibus*. E Recentioribus, eoſdem Interpretes.

*In Deuteronomium*, eoſdem

*In Joſue*, Homilias Origenis, Quæſtiones S. Auguſtini & Theodoreti. E Recentioribus, Commentarium *Andreæ Maſii*, quamquam & *Serarium* legiſſe non pœnitebit.

*In libros Judicum, & Ruth*, eoſdem Patres, cum *Bonfrerio*, & *Menochio*.

*In Libros Regum, & Paralipomenon*, legat *Theodoretum*: Auctorem Commentarii in ſexdecim priora Libri primi Regum Capita, inter Opera *S. Gregorii M.* ſub ejus nomine editi: S. Ambroſii Librum unum *De Elia & Jejunio*: alterum *De Nabuthe*, & *Apologiam David*: Sermonem X. S. Auguſtini *De Judicio Salomonis*, & XI. *De Elia, & Vidua Sareptana*: Angelomi Luxovienſis Monachi Commentarios in Libros Regum, editos Tom. X. Bibliothecæ Patrum,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Lugd. E Recentioribus verò Interpretibus, *Mendozam*, *Menochium*, vel *Cornelium à Lapide*.

*In Tobiam*, Librum S. Ambroſii *De Tobia*, Annotationes *Eſtii*, vel *Menochii* Commentarios.

*In Judith*, & *Eſther*, Celadam.

*In Job*, duplicem librum S. Ambroſii *De Interpellatione Job*: S. Auguſtini Librum *Adnotationum in Job*: & Libros *Moralium S. Gregorii Magni*. E Recentioribus ſufficiet *Codurcus*: Tametſi *Sanctii* & *Pinede* Commentaria in Job æſtimanda ſint.

*In Pſalmos Davidis aliquot*, SS. *Baſilium*, *Joannem Chryſoſtomum*, & *Ambroſium*, cujus Sermones in Pſalmum CXVIII. laudeat omnem ſuperant. In Pſalmos omnes, *S. Auguſtinum*, & *Theodoretum*, quorum alter litteralem, prior moralem præſertim ſenſum ſcrutatur & exponit. E Recentioribus verò legit doctiſſimi & piiſſimi Cardinalis *Bellarmini*, vel *Genebrardi*, *Simeonis de Muis*, illuſtriſſimi doctiſſimique Meldenſium Epiſcopi *Benigni Boſſuet*, vel etiam eruditi *Ferrandi* commentarios.

*In Proverbia Salomonis*, legat *S. Baſilii M.* Homiliam XII. in principium Proverbiorum, *Salonii* Viennenſis Galliarum Epiſcopi Myſticam Expoſitionem, editam Tom. VIII. Bibliothecæ Patrum Lugd. & Venerabilis *Bedæ* Commentarium. E Recentioribus verò *Salazarem* vel *Baynum*, aut *Cornelium Janſenium*, Gandavenſem Epiſcopum.

*In Eccleſiaſtem*, Homilias octo *S. Gregorii Nyſſeni*, Commentarium *S. Hieronymi*, & Myſticam Expoſitionem *Salonii* Viennenſis Epiſcopi.

*In Canticum Canticorum*, Homilias *Origenis*, & *S. Gregorii Nyſſeni*: Librum S. Ambroſii *De Iſaac & Anima*, ubi Animæ cum Verbo Divino conjugium continuo Myſtici illius Epithalamii Commentario ediſſerit: Expoſitionem alteram ex *S. Ambroſii* ſcriptis à *Guillelmo* quondam Abbate *S. Theodorici*, poſtea Mo-



nacho Signiacenſi collectam, & ad calcem Tomi I. Ambroſianorum Operum editam ab eruditis Monachis Congregationis S. Mauri. Item, Commentarios *Theodoreti*, & *Philonis* Carpathiorum Epiſcopi, Tomo V. Bibliothecæ Patrum Lugd. editos: ac *S. Bernardi* Sermones.

*In Librum Sapientiæ*, Commentarios *S. Bonaventuræ*, *Roberti Holkot*, vel *Cornelii Janſenii*.

*In Librum Eccleſiaſtici*, Commentarios *Rabani Mauri* Moguntini Archiepiſcopi. E Recentioribus, *Cornelium Janſenium* Gandavenſem Epiſcopum.

*In quatuor Prophetas Majores*, Commentarios *S. Hieronymi* & *Theodoreti*: *S. Baſilii* in ſexdecim, & *S. Joannis Chryſoſtomi* in octo prima *Iſaiæ* Capita, cum ejuſdem Homiliis in illa verba, *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum*, Homilias *Origenis*, *in Jeremiam*, Græcè & Latinè editas à Doctiſſimo Viro *Daniele Huetio*, Abrincenſium Epiſcopo: *Paſchaſii Ratberti* Corbeienſis Abbatis Libros V. *in Threnos Jeremiæ*, Tom. XIV. Bibliothecæ Patrum Lugd. editos: Libros duos *S. Gregorii Magni in Ezechielem*. E Recentioribus verò legat *Maldonatum* in quatuor Prophetas. *In Iſaiam*, legat *Forerium*, *Hieronymum ab Oleaſtro*, vel *Alvarezium*. In *Ezechielem*, habeat *Villalpandum*: In *Danielem* denique, *Pererium*.

*In Prophetas Minores*, Commentarios *S. Hieronymi & Theodoreti*. E Recentioribus, *Riberam*.

*In Libros Eſdræ & Machabæorum*, Adnotationes *Eſtii*, & Commentarios *Cornelii à Lapide*, qui in Librorum Hiſtoricorum Veteris Teſtamenti expoſitione præcipuâ cum laude verſatus eſt.

His addi poteſt *Hiſtoria Eccleſiaſtica Veteris Teſtamenti*, noſtris Diſſertationibus illuſtrata.

Quod Novum Teſtamentum ſpectat, *in Evangelium S. Matthæi*, legat *Origenis* & *S. Hieronymi* Commentaria: Homilias *S. Joannis Chryſoſtomi*: Li-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bros *S. Auguſtini de Sermone Domini in Monte*, *de Conſenſu Evangeliſtarum*, & *Quæſtionum Evangelicarum*, quibus etiam *SS. Lucæ* & *Marci* loca difficilia explicantur. *In Evangelium ſecundum Lucam*, Libros X. *S. Ambroſii*. *In Evangelium ſecundum Marcum*, *Victorem Antiochenum*, & Venerabilem *Bedam*. In Evangelium *ſecundum Joannem*, legat *Origenem*, *S. Joannem Chryſoſtomum*, *S. Cyrillum Alexandrinum*, Tractatus S. Auguſtini. Legat & Sermones ejuſdem S. Doctoris *De Verbis Evangelii*. Item, *Catenam Auream S. Thomæ*. Recentiores inter unus è multis eligatur *Janſenius* Yprenſis Epiſcopus, vel *Maldonatus*.

*In Acta Apoſtolorum*, legat Homilias *S. Joannis Chryſoſtomi*. E Recentioribus, *Lorinum*, vel *Cornelium à Lapide*, aut *Fromondum*.

*In Epiſtolas S. Pauli*, legat Homilias *S. Joannis Chryſoſtomi*: Commentarios *S. Hieronymi* in *Epiſtolam* ad *Galatas*, ad *Epheſios*, ad *Titum*, & ad *Philemonem*. Expoſitionem quarumdam Propoſitionum ex Epiſtola ad *Romanos*, & Epiſtolæ ad *Galatas*, à *S. Auguſtino* adornatam: Commentaria *Theodoreti*, & *S. Thomæ* in omnes Epiſtolas. E Recentioribus, unus ſufficiet *Eſtius*. Addi tamen utiliter poterunt *Velaſquez* in Epiſtolam ad *Philippenſes*, & *Tena* in Epiſtolam ad Hebræos.

*In Epiſtolam primam S. Joannis*, legat S. Auguſtini *Tractatus*. *In omnes Epiſtolas Catholicas* ſufficiet *Eſtius*, vel *Juſtinianus*.

*In Apocalypſim S. Johannis*, Commentarios *Andreæ Archiepiſcopi Cæſareæ* in Cappadocia, editos Tom. V. Bibliothecæ Patrum Lugd. *S. Brunonis Aſtenſis*, Signini Epiſcopi, editos Tomo XX. ejuſdem Bibliothecæ. Commentarios *Ruperti* Tuitienſis Abbatis, Expoſitionem *Berengaudi* ad calcem Ambroſianorum Operum editam: & *Ambroſii Autperti* Monachi Benedictini Libros X. Tom. XIII. Bibliothecæ Patrum ejuſdem Editionis. E Recentioribus, *Alcazarem* habeat, & Gallicam Explicationem Illuſtriſſimi Doctiſſimique Præſulis *Benigni Boſſuet* Meldenſium Epiſcopi.



Ex Heterodoxis & alienis à Romanæ Eccleſiæ Communione Commentatoribus indicavi neminem, quòd Expoſitores Catholici Concionatoribus ſufficiant. *Quis ſervus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico Domini ſui ſperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hoſtibus Regibus, donativum & ſtipendium captat, niſi planè deſertor, & transfuga, & rebellis? Etiam anus illa intra tectum ſuum drachmam requirebat. Etiam pulſator ille vicini januam tundebat. Etiam vidua illa non inimicum, licet durum, judicem interpellabat. Nemo inde inſtrui poteſt, unde deſtruitur. Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur. Quæramus ergo in noſtro, & à noſtris, & de noſtro.* *Tertullianus, Lib. De Præſcript. Hæret. Cap. 12.*

VIII. Traditionum Apoſtolicarum & Eccleſiaſticarum notitiam habeat Concionator, in eumque finem legat *S. Ignatii Martyris* Epiſtolas ſeptem; utramque *S. Juſtini Martyris* Apologiam; *Tertulliani* Apologeticum, Libros *De Baptiſmo*, *De Corona Militis*, *De Præſcriptione Hæreticorum*, ad *Uxorem*, &c. Libros *Origenis contra Celſum*, &c. Epiſtolas *S. Cypriani* Epiſcopi & Martyris, Tractatum *De Lapſis*, Librum *De Unitate Eccleſiæ Catholicæ*, &c. Libros *S. Optati Milevitani contra Parmenianum*. Catecheſes *S. Cyrilli Hieroſolymitani*: Epiſtolas *S. Baſilii*, ejuſdemque Librum *De Spiritu ſancto*: Epiſtolas *S. Joannis Chryſoſtomi*, Libros *De Sacerdotio*, &c. Epiſtolas *S. Ambroſii*, Librum *De Myſteriis* ſeu *De Initiandis*, *De Virginibus*, *De Viduis*, Orationes *De Obitu Valentiniani & Theodoſii Impp.* Librum *De Exceſſu Satyri* fratris, &c. Epiſtolas *S. Hieronymi*, Dialogum ejuſdem adverſus Luciferianos: Libros contra *Vigilantium*, contra *Jovinianum*, & *Helvidium*, &c.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Epiſtolas *S. Auguſtini*, Libros ejuſdem *De Civitate Dei*, &c. *S. Leonis Magni*, *S. Gregorii M.* aliorumque Pontificum Romanorum à Siricio Epiſtolas; aliorumque Patrum, qui primis nominis Chriſtiani ſæculis floruerunt, Opera & Tractatus.

IX. Maximè verò verſatus ſit Concionator in Tractatibus Paræneticis & Moralibus, Homiliiſque & Sermonibus Patrum, quales ſunt *Tertulliani Libri De Pœnitentia*; *De Oratione*; *De Patientia*: *Ad Martyres*: *De Cultu Feminarum*: *De Jejuniis*: *De Spectaculis*; *De Virginibus velandis*; &c. Libri ſeu Tractatus *S. Cypriani* Epiſcopi & Martyris *De Oratione Dominica*: *De Bono Patientiæ*; *De Zelo & Livore*; *De Diſciplina & Habitu Virginum*: *De Mortalitate*; *De Opere & Eleemoſynis*: Clementis Alexandrini *Pædagogus* tribus Libris comprehenſus: *S. Baſilii* Libri *De Baptiſmo*, *De vera Virginitate*, & Homiliæ diverſæ: *S. Gregorii Nyſſeni* Libri *De Profeſſione & Perfectione Chriſtiana*, & variæ Orationes. *S. Gregorii Nazianzeni* Orationes omnes. *S. Joannis Chryſoſtomi* Homiliæ ad Populum Antiochenum, in *Matthæum*, in *Joannem*, in Epiſtolas *S. Pauli*, &c. Libri S. Ambroſii *De Officiis Miniſtrorum*; *De Virginibus*, *De Virginitate*, *De Inſtitutione Virginis*, *De Pœnitentia*, &c. Enarrationes *S. Auguſtini*, in Pſalmos, Tractatus *In Joannem*: Sermones; Libri *De Moribus Eccleſiæ Catholicæ*: *Enchiridion De Fide, Spe, & Caritate*: *De Continentia*; *De ſancta Virginitate*; *De Bono Viduitatis*: *De Patientia*; *De Agone Chriſtiano*; *De Diſciplina Chriſtiana*: *De Utilitate Jejunii*; *De Cantico Novo*: Sermones *S. Leonis Magni*, & *S. Petri Chryſologi*; Homiliæ *S. Aſterii* Amaſeni Epiſcopi; *S. Cæſarii Arelatenſis*: *S. Fulgentii* Ruſpenſis Epiſcopi, *S. Eligii* Noviomenſis; *S. Maximi* Taurinenſis; *S. Laurentii Novarienſis* Homiliæ duæ *De Pœnitentia & Eleemoſyna*: Tractatus *Arnoldi* Abbatis Bonævallis *De Septem verbis Domini in Cruce prolatis*, &c.



Orationes *S. Germani* Patriarchæ Conſtantinopolitani, & *S. Joannis Damaſceni*, nec non *S. Ildefonſi* Archiepiſcopi Toletani Sermones *De Beata Virgine*. Opera omnia, præſertim verò Sermones *S. Bernardi*.

X. Ne verò ignoret Concionator Sacros Eccleſiæ Ritus, qui in Sacramentis, in Divinorum Officiorum cultu, in tota denique Eccleſiaſtica Ratione inſtituti ſunt; eorumque ſignificationes & myſteria, quorum explicatione mentes Fidelium ad pietatis ſtudium accendantur. Eum in finem legat *Amalarii* Metenſis Eccleſiæ Diaconi Libros IV. De Divinis Officiis; Epiſtolam *Alcuini* De Baptiſmi Ceremoniis, ad *Oduvinum* Preſbyterum; *Bernonis* Abbatis Augienſis Librum *De Rebus ad Miſſam ſpectantibus*: Librum *Walafridi Strabonis* De Rebus Eccleſiaſticis; *Drogonis* Oſtienſis Epiſcopi Librum De Divinis Officiis, & Horis Canonicis; *Honorii* Auguſtodunenſis Preſbyteri *Gemmam Animæ*, ſive *De Divinis Officiis* Libros quatuor; *Odonis* Cameracenſis Epiſcopi, & *Remigii* Autiſiodorenſis Monachi Expoſitiones in Canonem Miſſæ. E Recentioribus verò *Rationale Divinorum Officiorum* editum à *Durando* Mimatenſi Epiſcopo; Cardinalis Bona *De Rebus Liturgicis*, & *De Divina Pſalmodia* Libros.

XI. Noverit item Concionator rerum in Eccleſia Sancta geſtarum, ac memoriæ veteris & Antiquitatis Eccleſiaſticæ ordinem, Summorum Pontificum & Conciliorum Decreta. Antiquos Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores legat, *Euſebium*, *Socratem*, *Sozomenum*, *Theodoretum*, *Evagrium*. E Recentioribus, Annales Cardinalis *Baronii*, vel eorum Opera qui poſt ipſum Hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtrarunt.

XII. Caſuum Conſcientiæ doctrinâ plenè ſit inſtructus Eccleſiaſtes. Morum & virtutum Chriſtianarum locos & rectè notos, & ordine collectos habeat. Locos

*S. Carolus Borromæus, in Inſtruct. Prædic. Verbi Dei.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

item omnes ſibi comparet, quibus auditorum animi commoveri atque excitari poſſunt ad Dei amorem, ad cæleſtis patriæ deſiderium, ad pœnitentiam, ad virtutum ſtudium, ad fugam vitiorum, ad metum divini Judicii, ad ſpem divinæ miſericordiæ, ad miſericordiam caritatemque erga proximum, & ad ceteras affectiones, quæ ad cælum excitatæ, Chriſtianas virtutes pariunt. Locos etiam illos teneat, qui ſæpiſſimè uſu veniunt, de divitiarum & honorum deſpicientia, de condonandis injuriis, de rebus adverſis conſtanti Chriſtianoque animo ferendis, de luxu, & immoderatis ſumtibus, aliiſque motum erroribus tollendis. Copioſa quaſi ſupellectile inſtructus ſit doctrinarum, quibus aliquando utatur cùm opus erit, tum ad coarguendum impiorum hominum audaciam, qui de Fide Catholica male ſentientes, Eccleſiæ veritatem oppugnant; tum ad Eccleſiæ Dogmata rectè pièque commonſtranda. *S. Auguſtini* Libros *De Utilitate Credendi*, & *De vera Religione*, memoriâ, quantùm fieri poteſt, complectatur. Præcepta etiam rectè intelligat officiorum, quæ Magiſtratuum, quæ civium, quæ ſeniorum, quæ adoleſcentum, quæ viri, quæ uxoris, quæ parentum, quæ liberorum, quæ dominorum, quæ ſervorum, quæ denique præcipua ſingulorum: ut ſi quando uſu venerit, de illis ex præſcripto Divinarum Litterarum, ſanctorumque Patrum quàm optimè concionetur. E Recentioribus, legat R. P. *Tomaſſini* Sacerdotis Oratorii Libros *De Feſtis*, *De Jejuniis*, *De Mendacio & Perjurio*. Theologiam quoque noſtram Dogmaticam & Moralem legere poterit. De variis hominum ſtatibus, omniumque ſtatuum periculis, legat *Speculum vitæ humanæ*, editum à *Roderico* Epiſcopo Zamorenſi, & *Paulo II.* dicatum. Sed Morum doctrinam imprimis hauriat ex Scriptura Sacra, SS. Patrum ſcriptis, ſummorum Pontificum Decretis, & Sacris Canonibus, & ex Secunda Secundæ Angelici Doctoris *S. Thomæ Aquinatis*.



XIII. Vim & copiam habeat ſimilitudinum, quæ ab agricultura, vinea, ſemente, ſole, luna, aliiſque rebus ducuntur, quæ ſub ſenſum cadant atque intelligentiam, præſertim eorum, etiam rudium, ad quos Concio habetur. Agricolis porrò & ruſticis hominibus ſi concionabitur, plurimùm ad rem proderunt ſimilitudines ab agro, frumento, vinea, arboribus, animalibus, avibus ductæ: utiles etiam erunt, ſi alterius conditionis hominibus aptè accommodentur. Plurimam hujuſmodi ſimitudinum ſegetem reperiet in divinis Prophetarum ſcriptis, in Proverbiis Salomonis, in Parabolis Evangelicis, in Orationibus *S. Gregorii Nazianzeni*, in Homiliis *S. Joannis Chryſoſtomi*, in Libris Hexaëmeron *S. Ambroſii*; & in Catechiſmo *Venerabilis P. Ludovici Granatenſis*.

XIV. Locos autem communes colligat & diſponat, vel ſecundùm ordinem Tractatuum & Quæſtionum Theologicarum S. Thomæ, vel ſecundùm ordinem Alphabeti, aut alio convenienti ordine.

---

## CAPUT III.

### *De Materia Sacræ Concionis.*

XV. EX Evangelio ſuæ Concionis argumentum ſumat Eccleſiaſtes, non aliunde, niſi vel temporis, vel Solemnitatis, vel Officii, quod peragitur, ratio, aliud aliquando exigat. Optimum autem & fructuoſiſſimum erit, ſi non unam Evangelii ſententiam, ſed totius Evangelii, quod ea die ab Eccleſia proponitur ac legitur, ſeriem enarret in Homiliæ modum: ita tamen ut omnia uno argumento ſecundùm artis regulas diſtributo complectatur. Ad Concionem autem contexendam alias etiam Scripturæ Sacræ ſententias, Sanctorum Patrum principia, expoſitiones, teſtimonia,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
UANL ®

& totius Antiquitatis Eccleſiaſticæ notitiam, locoſque communes à ſe collectos accommodet, quibus populum ad Dei amorem, ad vitiorum fugam & horrorem, ad proximi dilectionem, ad virtutum officia, ad vitæ Chriſtianæ inſtituta informet, hortetur, accendat. Epiſtolæ, quæ in Miſſa ex inſtituto Eccleſiæ recitata eſt, explicationem cum Evangelii expoſitione conjungere poterit, ſi id ferat argumentum, & abſque vi, abſque confuſione, abſque evagatione extra propoſitionem, aut propoſitiones, quas probandas ſibi ſumpſit, ſervatis demum artis regulis fieri poſſit. Breviter etiam ac piè Fidelibus exponet quid eo die precetur Eccleſia ſolemnibus Orationibus ſive Collectis.

Anniverſariarum ſolemnitatum ac temporum Myſteria Auditoribus diligenter explanet: ut rectè ritèque inſtructi ab Eccleſia Matre, in tanta Myſteriorum celebritate non modò operibus non diſcordent, ſed ad omnem religioſum eorum, quæ ſanctè aguntur, cultum, ardentiùs inflammentur, uberioremque ſpiritalem fructum ex rebus divinis capiant.

In Sanctorum ſolemnitatibus, Panegyricum Sancti, cujus feſtus dies agitur, pronuntiet Concionator, vitam illius enarrans ex Actis genuinis, ſinceris, probatis, aliquo præcipuarum virtutum & exemplorum delectu, quibus animos conformet in omnes benè ſanctèque agendi partes.

*S. Carolus, in Inſtruct. Præd. verbi Dei.* XVI. In omni porrò materia & genere Concionis, hæc verbi Dei Prædicatori cavenda monet *S. Carolus Borromæus.*

Ne à veteri Vulgataque Scripturæ Sacræ Verſione Latina, Sanctæ Eccleſiæ auctoritate & uſu comprobatâ & authenticâ diſcedat, cùm illius ſententias & verba profert. Ad ejus tamen explicationem planiorem & uberiorem, Hebraïci vel Græci Textus fontes, aut Verſiones aliàs adhibere licet abſque affectatione & oſtentatione. *Concilium Tridentinum Seſſione 4.*

Ne



Ne Scripturam Sacram ad ſuos ſenſus contorqueat, contra eum ſenſum quem tenuit & tenet Sancta Mater Eccleſia, aut contra unanimem Patrum conſenſum. *Depoſitum* cuſtodiat, *quod ſibi creditum eſt, non quod à ſe inventum*, proferens; *non privatæ uſurpationis, ſed publicæ Traditionis: ut cùm dicat novè, non dicat nova.* *Vincentius Lirinenſis in Commonitorio.*

Ne novas & contortas allegorias comminiſcatur, & in medium proferat, ſed eas ſeligat ex Scripturis ſacris, & operibus SS. Patrum; caveatque Origenianas pleraſque, in ſenſu litterali minimè fundatas, immò illi planè repugnantes.

Ne Patrum, quibus ſummus ſemper honos habendus eſt ut Eccleſiæ columnis, ut Fidelium Magiſtris, ut Religionis defenſoribus, ſententiam temerè unquam refellat, aut eorum diſſentientes opiniones referat è ſuggeſtu, ſi quæ ſint improbabiles ac meritò refellendæ.

Ne denique ex illis ſit de quibus S. Hieronymus: *Dedignantur ſcire* (inquit) *quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia, & ad voluntatem ſuam trahunt Scripturam repugnantem.*

Subtiliores quæſtiones apud imperitam multitudinem ne attingat, aut Theologicis ratiocinationibus è Schola petitis, quas pauci intelligunt, Concionem impleat. Profundiores quæſtiones ad ſalutem & ædificationem Fidelium minimè neceſſarias premat ſilentio, & Scholarum diſceptationi relinquat. *Stultas & ſine diſciplina quæſtiones devitet, ſciens quia generant lites. Servum autem Domini non oportet litigare.* *2. Tim. 2. Concil. Trid. Seſſ. 5. Conſtitut. Sixti IV. Pii V. Gregorii XV. & Alexandri VII.*

Ne verbis contendat: *Ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium.* Ne de immaculata conceptione Deiparæ Virginis diſputet, Pontificia Decreta vereatur, Cenſuras metuat, Eccleſiæ ingenio, Fideliumque pietati ſe accommodet.

Ne res ineptas, ſupervacaneas, vel parum fructuo-

ſas proferat ; ſed eas tantùm quæ dignæ Dei Templo ; dignæ Chriſtianis moribus, auribuſque judicentur, & quæ poſſint auditores inſtruere ad ſalutem, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Ne quidquam ab Eccleſia, ejuſque Inſtitutis, Ritibus, conſuetudine, perpetuóque uſu alienum dicat, quodque cum probatis Eccleſiæ Doctoribus conſentiens non ſit. Ne hiſtorias ex Apocryphis Scriptoribus narret. Indignum enim eſt verbum veritatis anilibus fabulis, aut incertis hiſtoriis immiſceri, & adulterari. Si quæ igitur fabuloſa videbitur Sanctorum hiſtoria, ne attingatur quidem.

*Concilium Coloniense, p. 6. Cap. 11. & 12.*

Ne miracula commemoret, quæ certi Auctoris teſtimonio non commendentur, & ſumma cum Hiſtoriæ fide tradantur. Ne prædicet nova, quæ ab Epiſcopo approbata non fuerint. Ne futurorum prædictionem ſibi ſumat. Ne indulgentias populo promulget, niſi Epiſcopi mandato.

*Concil. Trid. Seſſ. 21. De Reform. Cap. 9. & Seſſ. 25.*

Ethnicorum doctrinam, Poëtarum verſus, Philoſophorum diſciplinas, etiamſi Religioni Chriſtianæ accommodatæ videantur, frequenter non proferat, ſed rarò & obiter, & ubi priùs Sacrarum Litterarum teſtimonia attulerit ; & adhibitâ cautione quadam ac præmonitione, quòd Ethnici ipſi ſolo rationis & legis naturæ in cordibus ſcriptæ lumine, veritatem & officia cognoverint, quæ Chriſtiani Legis Evangelicæ & Fidei radiis illuſtrati non attendunt, negligunt vel contemnunt ; ac ideo ſurrecturi ſint in judicio contra Chriſtianos ipſos, & illos accuſaturi. Poteſt etiam, ſi quando dictum aut exemplum alicujus Ethnici ac profani Auctoris proferatur, cautio hæc adhiberi : *Si Poetam, vel Philoſophum, Oratorem vel Hiſtoricum profanum in ſacro ſuggeſtu citare liceret* : aut quid ſimile.

*S. Carolus Borromæus.*

Ne ſingulares quaſdam opiniones, quamvis in Scholis propugnentur, ad Concionem adhibeat.

Ne Doctores & Auctores recentiores in medium afferat. Ea eſt enim ſuggeſti auctoritas, ut Scripturam



ſacram imprimis, & ſanctorum Patrum doctrinam requirat.

Ne ſanctorum Doctorum & Patrum prolixas ſententias, ſed breves Latino ſermone recitet. Immo præter Thema Concionis nihil proferat niſi linguâ vernaculâ, ſi Eloquentiores imitari velit.

Ne profanum quidquam, ne Edicta laïcalia, ut alia hujus generis enuntiet. Ne pauperem quidem eleemoſynæ nomine commendet, niſi Epiſcopi, ejuſve Miniſtrorum auctoritate.

Ne quemquam nominatim inſectetur, vel ita verbis depingat, ut de quo loquatur, facilè poſſit auditor animadvertere. Inter concionandum à ſcommatis, maledictis ac conviciis omnino abſtineat ; nec in ordinem ullum, aut ſtatum, aut vitæ genus ab Eccleſia receptum invehatur. Vitet pariter manifeſtam reprehenſionem utriuſque poteſtatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm Civilis, *Omnis enim poteſtas à Deo eſt*, & propterea eatenus honoranda, non inceſſenda. Sequenda Præcurſoris Dominici doctrina & exemplum, qui ne milites quidem aut Publicanos à ſe repulit, aut ullâ contumeliâ affecit, ſed magis viam rectè vivendi oſtendit. Per ejuſcemodi enim incautam reprehenſionem plebs ad ſeditionem magis ac rebellionem incitatur. Hanc murmur, odium, impatientia, contumacia, protervia, & detractionis libido comitantur : quin potius docendus populus eſt *obedire Magiſtratibus, parere Prepoſitis ſuis, etiam dyſcolis* : Ac interim admonendus eſt, ſi ſint Magiſtratus interdum vitioſi, id evenire quòd *Dominus regnare facit malos & hypocritas propter peccata populi. Omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe : quodque omnis poteſtas à Deo ſit : quod denique qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit : Niſi tamen poteſtas expreſſè præcipiat, quod eſt contra mandatum Dei ; tum enim oportet plus obedire Deo quam hominibus.*

*Concil. Colon. p. 6. Cap. 13. 15. & 16.*

*1. Petri 2.*

*Job. 34. Proverb. 28. Iſa. 3. Rom. 13.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ne vitiis exagitandis quaſi furenter iratus, excandeſcat nimis: ſed in eo genere, in omnique admonitionis atque exhortationis officio, eam benevolentiam & caritatem Auditoribus ſuis oſtendat atque adeo præſtet, quâ parens liberos amplectitur, aſſiduéque ſecum reputet quod Apoſtolus ſcripſit: *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Gal. 4. 19.

## CAPUT IV.

### *De Forma Concionis, & Eloquentia.*

XVII. MAteriam Concionis cùm ſibi paraverit Concionator, ita illam diſponat, ut Oratoriæ illius partes, quatenus vel Evangelii, vel rei alterius de qua dicturus eſt, ratio patitur, nullæ deſiderentur, præſertim quæ illuſtriores ſunt, quæque ad commovendum pertinent. Concionem ita partiatur, ut auditores omnia & facilè percipiant, & memoriâ teneant, quò majorem inde fructum capere ac referre poſſint. Quamvis Evangelium integrum in modum Homiliæ tractet, quod (ut dixi) maximè optandum, & in quo maximè enitendum eſt, omnia tamen quæ dicturus eſt, revocet ad duo vel tria capita ſeu propoſitiones, non diſparatas, ſed connexas, & ex eodem principio ſeu argumento generali ductas, cujus unitas partes omnes Concionis complectatur. Subdiviſiones raræ ſint, & ſi quando fiant, intelligantur potiùs ab auditore, quàm à Concionatore exprimantur, & affectentur: Naturales ſint, non contortæ; probationes ejuſdem propoſitionis, potiùs quàm propoſitiones novæ videantur.

XVIII. Duplex Exordium artis regulæ non patiuntur. In primo itaque & unico Exordio, quod ante Salutationis Angelicæ recitationem pronuntiatur, Concionis argumentum proponatur, & partitio fiat. Ita ut implorato Virginis Deiparæ patrocinio, primam Concionis partem aggrediatur Eccleſiaſtes.



XIX. Doceat primùm, deinde moveat. Cùm enim duæ ſint hominis facultates principes, intelligentia & voluntas, primam illuminare doctrinâ, alteram debet Eloquentiâ flexanimâ, adhibitis locis moralibus ad pias affectiones excitandas aptis commovere. Verborum ac ſententiarum figuris Concionem exornet, adhibito quidem, ſed minimè affectato artificio. Suſpicio enim artificii imminuit Oratoris auctoritatem, & orationis fidem. Det porrò operam, ut quemadmodum per ſingula corporis membra ſanguis diffunditur; ita in omnibus Concionis ſuæ partibus quædam inſint quæ ad commovendum valeant. Ita dicere debet Orator ut doceat, ut delectet, ut flectat. Docere, neceſſitatis eſt, delectare ſuavitatis, flectere victoriæ. Docendi neceſſitas in rebus eſt conſtituta, quas dicimus; reliqua duo in modo quo dicimus. Qui ergo dicit, cùm docere vult, quamdiu non intelligitur, nondum ſe exiſtimet dixiſſe quod vult ei quem vult docere. Quia etſi dixit quod ipſe intelligit, nondum illi dixiſſe putandus eſt, à quo intellectus non eſt: ſi verò intellectus eſt, quocumque modo dixerit, dixit. Quod ſi etiam delectare vult eum, cui dicit, aut flectere, non quocumque modo dixerit faciet, ſed intereſt quomodo dicat, ut faciat. *Sicut eſt autem, ut teneatur ad audiendum, delectandus auditor, ita flectendus ut moveatur ad agendum. Et ſicut delectatur ſi ſuaviter loquaris, ita flectitur ſi amet quod polliceris; timeat quod minaris: oderit quod arguis: quod commendas, amplectatur, quod dolendum exaggeras, doleat; cùm quid lætandum prædicas, gaudeat: miſereatur eorum, quos miſerandos ante oculos dicendo conſtituis; & quicquid aliud grandi eloquentiâ fieri poteſt ad commovendos animos auditorum, non quid agendum ſit ut ſciant, ſed ut agant quod agendum eſſe jam ſciunt.* S. Auguſtinus lib. 4. De Doctrina Chriſtiana Cap. 12.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Prorſus hæc eſt in docendo eloquentia, quâ fit dicendo, non ut libeat quod horrebat, aut ut fiat quod pigebat, ſed ut appareat quod latebat. Quod tamen ſi fiat inſuaviter, ad paucos quidem ſtudioſiſſimos ſuus pervenit fructus, qui ea quæ diſcenda ſunt, quamvis abjectè incultèque dicantur, ſcire deſiderant. Quod cùm adepti fuerint, ipſa delectabiliter veritate paſcuntur: *Bonorumque ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire quod volumus non poteſt? Aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus, niſi patere quod clauſum eſt? Sed quoniam inter ſe habent nonnullam ſimilitudinem veſcentes atque diſcentes, propter faſtidia plurimorum, etiam ipſa, ſine quibus vivi non poteſt, alimenta condienda ſunt.*

*S. Auguſtinus, ibidem, Cap. 5.*

Propter eos igitur, quibus faſtidientibus non placet veritas, ſi alio quocumque modo niſi eo modo dicatur, ut placeat & ſermo dicentis, datus eſt in eloquentia non parvus etiam delectationi locus. Quæ tamen addita non ſufficit duris, quos nec intellexiſſe, nec docentis elocutione delectatos eſſe profuerit. Quid enim hæc duo conferunt homini, qui & confitetur verum, & collandat eloquium, nec inclinat aſſenſum, propter quem ſolum cùm aliquid ſuadetur, rebus quæ dicuntur invigilat dicentis intentio? Si enim talia docentur, quæ credere vel noſſe ſufficiat, nihil eſt aliud eis conſentire, niſi confiteri vera eſſe. *Cùm verò id docetur quod agendum eſt, & ideo docetur ut agatur, fruſtra perſuadetur verum eſſe quod dicitur, fruſtra placet modus ipſe quo dicitur, ſi non ita diſcitur ut agatur. Oportet igitur eloquentem Eccleſiaſticum, quando ſuadet aliquid quod agendum eſt, non ſolùm docere ut inſtruat, & delectare ut teneat, verùm etiam flectere ut vincat. Ipſe quippe jam remanet ad conſenſionem flectendus eloquentiæ granditate, in quo id non egit uſque ad ejus confeſſionem demonſtrata veritas, adjuncta etiam ſuavitate dictionis.*



XX. Ad hæc tria, id eſt, ut doceat, ut delectet, ut flectat, etiam tria illa videtur pertinere voluiſſe Romani Auctor Eloquii, cùm dixit: *Is igitur erit eloquens, qui poterit parva ſummiſſè, modica temperatè, magna granditer dicere.* Tamquam ſi adderet illa etiam tria, & ſic explicaret unam eamdemque ſententiam, dicens; *Is erit igitur eloquens, qui ut doceat, poterit parva ſummiſſè: ut delectet, modica temperatè, ut flectat, magna granditer dicere.* Hæc autem tria ille, ſicut ab eo dicta ſunt, in cauſis forenſibus poſſet oſtendere: non autem in Eccleſiaſticis quæſtionibus, in quibus hujuſmodi quem volumus informare ſermo verſatur. In illis enim ea parva dicuntur, ubi de rebus pecuniariis judicandum eſt, ea magna, ubi de ſalute ac de capite hominum; ea verò ubi nihil horum judicandum eſt, nihilque agitur ut agat ſive decernat, ſed tantummodo ut delectetur auditor, inter utrumque quaſi media, & ob hoc modica, id eſt moderata. In iſtis autem noſtris, quandoquidem omnia, maximè quæ de ſuperiore loco populis dicimus, ad hominum ſalutem, nec temporariam, ſed æternam referre debemus, ubi etiam cavendus eſt æternus interitus, omnia magna ſunt quæ dicimus; uſque adeo ut nec de ipſis pecuniariis rebus vel acquirendis vel amittendis parva videri debeant quæ Doctor Eccleſiaſticus dicit, ſive ſit illa magna, ſive parva pecunia. *Neque enim parva eſt juſtitia, quam profectò & in parva pecunia cuſtodire debemus,* dicente Domino: *Qui in minimo fidelis eſt, & in magno fidelis eſt.* Quod ergo minimum eſt, minimum eſt: ſed *In minimo fidelem eſſe, magnum eſt.* De judiciis certè ſæcularibus granditer dicit Apoſtolus, quæ tamen res minimæ ſunt: Corripit, increpat, exprobrat, minatur, animique ſui affectum crebra & aſpera vocis mutatione teſtatur, propter juſtitiam, caritatem, pietatem, quæ nulla ſobria mente dubitante, etiam in rebus quam libet parvulis magna ſunt. Calix aquæ frigidæ res minima

*Cicero, lib. De Oratore.*

*S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana, Cap. 17.*

*Luc. 16. 10.*

*1. Cor. 6. 1.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Mat. 10. 42.

atque viliſſima eſt : Non ideo tamen minimum aliquid atque viliſſimum Dominus ait, quòd cum qui dederit Diſcipulo ejus, non perdit mercedem ſuam. Nec verò quando Concionator ea de re ſermonem habet, parvum aliquid debet exiſtimare ſe dicere; & ideo non temperatè, non granditer, ſed ſubmiſsè ſibi eſſe dicendum : Nonne ſi congruè dicat, tamquam de illa aquâ frigida quædam flamma debet erumpere, quæ etiam frigida hominum pectora, ad miſericordiæ opera facienda, ſpe cæleſtis mercedis accendat ?

S. Auguſtinus, lib. 4 De Doctrina Chriſtiana, Cap. 19.

Et tamen cùm Concionator debeat rerum dictor eſſe magnarum, non ſemper eas debet granditer dicere, ſed ſubmiſsè cùm aliquid docetur; temperatè, cùm aliquid vituperatur ſive laudatur : cùm verò aliquid agendum eſt, & ad eos loquimur qui hoc agere debent, nec tamen volunt, tunc ea quæ magna ſunt, dicenda ſunt granditer & ad flectendos animos congruenter. Et aliquando de una eademque re magna, & ſubmiſsè dicitur, ſi docetur; & temperatè, ſi prædicatur; & granditer, ſi averſus inde animus ut convertatur, impellitur. Quid enim Deo ipſo majus eſt ? Numquid ideo non diſcitur ? Aut qui docet unitatem Trinitatis, debet niſi ſubmiſſa diſputatione agere, ut res ad dignoſcendum difficilis, quantùm datur, poſſit intelligi ? Numquid hîc ornamenta, & non documenta quæruntur ? Potiò cùm laudatur Deus ſive de ſe ipſo ſive de operibus ſuis, quanta facies pulcræ ac ſplendidæ dictionis oboritur ei, qui poteſt quantùm poteſt laudare; *Quem nemo convenienter laudat, nemo quomodocumque non laudat* ? At ſi non colatur, aut cum illo, vel etiam præ illo quæcumque creatura colatur & diligatur, quantum hoc malum ſit, atque ut ab hoc malo avertantur homines, debet granditer dici. Summiſſæ, temperatæ, granditque dictionis exempla S. Auguſtinus affert ex Apoſtolo Paulo, ex SS. Cypriano & Ambroſio deſumpta : ſed grande dicendi genus hoc maximè diſtare à temperato



obſervat, quòd *non tam verborum ornatibus comptum eſt, quàm violentum animi affectibus.* Nam capit etiam eloquentiæ ornamenta pene omnia; ſed ſi ea non habuerit, non requirit. *Fertur quippe impetu ſuo, & elocutionis pulcritudinem, ſi occurrerit, vi rerum rapit, non curâ decoris aſſumit. Satis enim eſt ei propter quod agitur, ut verba congruentia, non oris eligantur induſtriâ, ſed pectoris ſequantur ardorem. Nam ſi aurato gemmatoque ferro vir fortis armetur, intentiſſimus pugnæ, agit quidem illis armis quod agit, non quia pretioſa, ſed quia arma ſunt : idem ipſe eſt tamen & valet plurimum, etiam cùm rimanti telum ira facit.*

S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana, Cap. 25.

XXI. Cùm autem eloquentiæ univerſale ſit officium, in quocumque genere dicere aptè ad perſuaſionem; finis autem id quod intenderis perſuadere dicendo; in quocumque trium generum dicit quidem Eloquens Concionator aptè ad perſuaſionem; ſed niſi perſuadeat, ad finem non pervenit eloquentiæ. Perſuadet autem in ſubmiſſo genere vera eſſe quæ dicit : perſuadet in grandi, ut agantur quæ agenda eſſe jam ſciuntur, nec aguntur : perſuadet in genere temperato, pulcrè ornatèque ſe dicere : quo fine nobis quid opus eſt ? Appetant eum qui linguâ gloriantur, & ſe in panegyricis talibuſque dictionibus jactant, ubi nec docendus, nec ad aliquid agendum movendus, ſed tantummodo eſt delectandus auditor. Nos verò iſtum finem referamus ad alterum finem, ut ſcilicet quod efficere volumus, cùm granditer dicimus, hoc etiam iſto velimus, id eſt, ut bona morum diligantur, vel devitentur mala; ſi ab hac actione non ſic alieni ſunt homines, ut ad eam grandi genere dictionis urgendi videantur : aut ſi jam id agunt, ut agant ſtudioſiùs, atque in eo firmiter perſeverent. Ita fit etiam ut temperati generis ornatu, non jactanter, ſed prudenter utamur : Non ejus fine contenti quo tantummodo delectetur auditor, ſed hoc potiùs agentes, ut etiam ipſo ad bonum, quod perſuadere volumus, adjuvetur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

XXII. Ab his *S. Auguſtini* regulis ac præceptis longè recedunt Concionatores illi, qui delectandis duntaxat auditoribus dant operam, adulteris ſimiles, qui voluptatem quærunt, non prolem; *adulterantes verbum Dei*; vel qui præclaris virtutum ac vitiorum picturis & imaginibus inanis eloquentiæ fuco adumbratis, deſcriptionibus luxuriante eloquentiâ elaboratis, antitheſibus ſtudioſè quæſitis & ordinatis, mentem delectant, & phantaſiam commovent unam, non cor atque voluntatem. Quod quidem vitium inde oriri exiſtimo, quòd facultates Concionatoris cum cognatis auditoris facultatibus colloquantur; phantaſia cum phantaſia, mens cum mente; cor ſeu voluntas cum corde ſeu voluntate. Unde Concionator, cujus mens illuminata quidem eſt, & phantaſia commota, cor verò durum, & piis affectionibus deſtitutum, phantaſiam auditorum excitat, mentem erudit, cor verò ac voluntatem minimè commovet.

2. Cor. 4.

XXIII. Falluntur ſanè oppidò, qui Concionatorem ideo granditer dicere putant, & ad animos commovendos congruenter, ſi dicenti crebriùs & vehementiùs acclametur: hoc enim & acumina ſubmiſſi generis, & ornamenta faciunt temperati. *Grande autem genus plerumque pondere ſuo voces premit, ſed lacrymas exprimit.* Id ſibi experimento probatum, S. Auguſtinus commemorat. Cùm ſcilicet Cæſareæ Mauritaniæ populo è ſuggeſtu diſſuaderet pugnam civilem, vel potiùs plus quàm civilem, quam *Catervam* vocabant; neque enim cives tantum modo, verùm etiam propinqui, fratres, poſtremò parentes ac filii, lapidibus inter ſe in duas partes diviſi, per aliquot dies continuos, certo tempore anni ſolemniter dimicabant, & quiſque ut quemque poterat occidebat: Egit quidem S. Auguſtinus granditer, quantum valuit, ut tam crudele atque inveteratum malum de cordibus & moribus eorum avelleret, pelleretque dicendo: Non tamen egiſſe aliquid ſe putavit, cùm

S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana, Cap. 24.



eos audiret acclamantes, ſed cùm flentes videret. *Acclamationibus quippe ſe doceri & delectari, flecti autem lacrymis indicabant.* Quas ubi aſpexit, immanem illam conſuetudinem à patribus & avis, longèque à majoribus traditam, quæ pectora eorum hoſtiliter obſidebat, vel potiùs poſſidebat, devictam, antequam reipſa id oſtenderent, credidit. Moxque ſermone finito, ad agendas Deo gratias corda atque ora convertit.

XXIV. Concionem inſtruat atque exornet Eccleſiaſtes, non verborum vel lectiſſimorum inani ſonitu, & ſermone nimis elaborato, & pene calamiſtrato ac fucato, quo nihil infructuoſius eſſe poteſt, ſed gravi, plenoque ſucci ſanctæ doctrinæ, ac referto diſciplinâ, quæ verè Chriſtiana præſtanſque ſit ad ſalutem. Scripturæ Sacræ locutionibus & verbis utatur, quantum poteſt, quibus vim convertendi animas Deus indidit; non verbis hominum, ſed verbo Dei, verbo crucis, verbo quod inſtar gladii ex utraque parte acuti pertingit uſque ad diviſionem ſpiritus & animæ. *Non Doctor verbis ſerviat, ſed verba Doctori.* Hoc eſt enim quod Apoſtolus ait: *Non in ſapientia verbi, ut non evacuetur crux Chriſti.* Et, *Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritûs & virtutis.* Et, *Noli verbis contendere: ad nihil enim utile eſt niſi ad ſubverſionem audientium...* Verbis enim contendere, eſt non curare quomodo error veritate vincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius. Adſit orationi quoddam decus non appetitum, ſed quodammodo naturale: periodorum numeroſitas nec omnino prætermittatur, nec affectetur. Nam *cavendum eſt ne divinis gravibuſque ſententiis, dum additur numerus, ponderis detrahatur.* Ut enim formæ naturalis decor neglectus, minimèque fucatus, ac penè inornatus, ſæpe movet vehementiùs ſenſus & animos: ſic magis valet ad ſanctas affectiones in animis auditorum excitan-

S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana. Cap. 28.
1. Cor. 1. 17. & cap. 2. 4.
2. Tim. 2.
S. Auguſtinus, ibid. Cap. 20.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

das naturalis & minimè fucata eloquentiæ pulcritudo?

XXV. Memoriæ cuncta ita mandare ſtudeat Concionator, ut fugiat tamen memoriæ oſtentationem: Nec verbis ita illam adſtringat, ut niſi occurrerint, alia ſufficere non poſſit ad res ipſas congruè propriéque exprimendas, quas excogitavit, digeſſit, exornavit.

XXVI. Caveat Concionator ne rerum multitudine dicendarum gravet auditores, aut ſermonis prolixitate ſit ipſis faſtidio. *Cum & grandis animi fervor prædicanti adeſt, & multiplex tractandorum materia memoriæ non deeſt, facundiæ quoque poſſibilitas & ornatus neceſſitati ſupereſt, penſet eorum qui tacitè audiunt imbecillas vires, meliuſque fore ut pauca & gratè ſuſcipiantur, quàm innumera ex quibus nulla retineantur; finemque facere non differat, ut rurſum cùm ſermonem facturus eſt, alacres eos, non faſtidioſos inveniat.* Monitum eſt venerabilis Guiberti Novigentini Abbatis, in Tract. *Quo ordine ſermo fieri debeat?*

XXVII. In fine concionis, utatur Epilogo, quo partes ejus & præcipua capita breviter repetat, præſertim quæ morum ædificationem, & actionem ſpectant. Concionem denique concludat brevi precatione, & gratiarum actione, quâ abſolutâ, populoque cum benedictione dimiſſo, niſi Diœceſanus adſit Epiſcopus, aut alter cum ejus licentiâ Pontifex ritu ſolemni celebrans, à quo benedictionem ſibi ac auditoribus impartiri ſupplicabit: paululum de ſuggeſtu ad Altare converſus, genibus flexis tacitus orabit; auditoreſque aliquando monebit ut pariter orent, gratiamque à Deo poſtulent neceſſariam ad morum emendationem, ad fugam vitiorum, ad victoriam tentationum, ad virtutum amorem & exercitationem.



## CAPUT V.

### *De Concionatoris officio in inſtituendis Fidelibus ad ſanctiſſimum ſacramentorum uſum.*

XXVII. Cum nihil Chriſtiano populo utilius eſſe poſſit, quàm ſcientia & rectus uſus ſacramentorum, quæ ſunt fontes ſalvatoris, inſtrumenta ſalutis, gratiæ vaſa, morborum ſpiritualium pharmaca, pignora immortalitatis: accuratè doceat Concionator, quàm religiosè, quàm piè, quàm humiliter ad illa ſit accedendum.

XXVIII. De baptiſmo cùm loquetur, cætera cùm expoſuerit quæ ex Concilii Tridentini Catechiſmo ſapienter præſcripta ſunt, tum in eo præcipuè verſabitur, ut depravatos Fidelium mores exagitet, qui ſponſiones in baptiſmo Deo factas violare non dubitent; & carni, mundo, pompiſque ejus, & Satanæ, illiuſque operibus vivant, Deo autem mortui ſint, cui uni debent vivere.

*S. Carolus Borromæus, in Inſtruit. Prædic. verbi Dei.*

XXIX. De Confirmationis ſacramento cùm ſermonem inſtituet, divina illa dona commendabit, quæ Deus hoc Sacramentum ritè ſanctéque ſuſcipientibus impartitur. Tum oſtendet quàm ſollicitè, quantaque religioſi animi præparatione Fideles ad illud ſuſcipiendum convenire, filioſque ſuos diſponere ac offerre debeant. Exponet præterea cui ſint uſui ſeptem illa Spiritus-Sancti dona: & ad illorum officia rectè obeunda auditores hortabitur. Arguet denique negligentiam Chriſtianorum in iis obtinendis & accipiendis; cùm in quærendis terrenis opibus tam diligentes ſint & ſolliciti.

XXX. Pœnitentiæ & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ frequentationem fructuoſiſſimam eſſe, & maximè commendandam, Scripturæ ſacræ teſtimoniis, omnique

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

argumentorum genere comprobabit ; & ad frequentem eorum uſum Fideles vehementer hortabitur, illudque
*Gennad.* identidem inculcabit : *Qui longè eſt à Sacramentis quibus eſt redemptus, longè ſit à ſalute quam fuerat conſecuturus.* Sanctiſſimam illam conſuetudinem concionando inſtaurare ſtudeat, ut populus Chriſtianus, ſi minus omni die Dominica, ſaltem ſemel ſingulis menſibus peccata confiteatur, & ad ſacram Euchariſtiæ communionem accedat : In Quadrageſima verò & in Adventu Domini, ſingulis Dominicis id faciat, quod antequæ Fidelium pietatis eſt.

XXXI. De Sacramento Extremæ Unctionis dicat accuratè, præſertim cùm de Chriſtiana præparatione ad mortem concionem habebit. Qua in tractatione Fideles doceat, ut quando in gravem ac periculoſum morbum inciderint, ipſi ſtatim tum Pœnitentiæ & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenta, tum hoc Extremæ-Unctionis, quod pœnitentiæ ſupplementum & conſummatio eſt, opportuno tempore petant, & præſertim cùm integra mente ſunt. Doceat vim Sacramenti, ex quo ſolatium ingens illis afferet ; cùm viderint nullum ſibi ſpiritale remedium deeſſe in ſanguine Chriſti, quod Mater Eccleſia adhibet ad filiorum ſalutem : Nihilque omnino prætermittat, quod in eo argumenti genere conducere valeat ad ſpem in Deum excitandam.

XXXII. De Ordinis Sacramento, cùm tempus poſtulat, diligenter agat Concionator. Quo in genere,
*S. Carolus Borromæus.* cùm cætera commemoret, quæ in Concilii Tridentini Catechiſmo habentur : tum Clericorum vitæ inſtituta, munerifque partes ac functiones. Quàm ab omni labe puros eos eſſe oporteat : quàm à perturbationibus alienos : quàm continentes, temperantes, ſobrios : quàm ſpiritualis vitæ ſtudioſos : quàm omni virtutum exemplo præſtantes ; quàm imprimis caritatis, quæ omnium virtutum mater eſt, & *vinculum perfectionis*, amantes : quàm expertes cupiditatis & avaritiæ, quæ radix eſt



omnium vitiorum, & caritatis venenum : quàm divini cultûs zelo accenſos : quàm ſalutis Animarum ſtudio flagrantes : quàm doctos, omniſque diſciplinæ ſanctæ peritos : quàm liberales in eleemoſynis erogandis, qui præſertim uberes fructus ex beneficiis Eccleſiaſticis percipiunt : quàm hoſpitales : quàm benignos ſalutaribus conſiliis dandis : quàm munificos ac promptos in omni ſpiritali dono, opereque miſericordiæ : quam diligentes & ſollicitos in omni Ordinum ſuorum functione. Hæc omnia piè, doctè, ſapienter ita explicet Concionator, ut populus ad honorem & obſervantiam debitam iis, qui in Eccleſiaſticis Ordinibus conſtituti ſunt, exhibendam accendatur.

Id argumenti genus nactus, Fideles doceat officia erga Clerum. Quanta reverentia & obedientia debeatur Romano Pontifici, Chriſti Domini in terris Vicario, omnium Chriſtianorum Patri & Doctori, quàm ferventer pro eo orandum, cui ſolicitudo omnium Eccleſiarum incumbit. Quàm magnus honor tribuendus ſit Epiſcopo, ut Apoſtolorum ſucceſſori, ut patri, ut paſtori, ut animarum totius Diœceſis Rectori. Quanta ſit ſacerdotii dignitas, demonſtret : qua reverentia, quo honore populus Sacerdotes proſequi debeat, præſertim Parochos, qui curatores ſunt Animarum, paſtores, parentes ſpirituales, quique paterna ſolicitudine populi ſaluti, ſpiritualibuſque commodis invigilant. Oſtendat quàm grato propterea animo, quàm pia liberalitate, quàm fideliter decimas, primitias, aliaſve jure aut pia conſuetudine debitas ſubventiones illis ſolvere debeant : quàm propenſa voluntate eorum cohortationibus, monitis, præceptiſque obtemperare. Quàm frequenter, cùm neceſſe fuerit, eos adire, ut ab ipſis ſalutaria conſilia petant. Quàm ſæpè, præſertim diebus Dominicis Feſtiſque ad Parochialem Eccleſiam convenire, Miſſæ Parochiali intereſſe, divinarum literarum commemorationi, ut ſanctis moribus fides paſcatur,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſpes erigatur, caritas accendatur, & ad omnem benè
rectèque agendi diſciplinam cæleſtium præceptorum in-
culcatione ſalutariter erudiatur: *ubi exhortationes, caſti-*
Tertullianus, in Apolog. *gationes, & cenſura divina*: ubi egenis alendis ſpontaneæ
fiunt oblationes, quaſi *depoſita pietatis.* Populum de-
nique hortetur Eccleſiaſtes, ut ſtatis illis quatuor anni
temporibus, & privatim in ſuis quiſque ædibus, & pu-
blicè in Eccleſia oret pro iis qui Sacramento Ordinis
initiantur, ut Deus dignos Eccleſiæ ſuæ Miniſtros efficiat.

S. Carolus Borromæus. XXXIII. De Sacramento Matrimonii tractans
Concionator, vim illius doceat ac ſanctitatem. Moneat
quàm religioſa præparatione ſit ineundum. Contrahen-
tes ad orationem hortetur *Tobiæ* exemplo, nec non ad
jejunium; tum ad Confeſſionem & Communionem,
antequam matrimonium contrahant. Inſtruat imprimis
Fideles quo animo nubendum: quo in genere multa diſ-
ſeret de Chriſtiana filiorum educatione. Admoneat ut vi-
deant cui nubant in Domino: Deum precentur ut rectè
nubant, ut eos in eligenda uxore dirigat, quæ ſit ſecun-
Proverb. 19. 14. dùm cor ejus: nam proprium donum Dei eſt uxor bo-
na & prudens: munus ſimiliter Dei vir probus & ti-
mens Deum. Ut in re tanti momenti parentum conſi-
lium adhibeant: quod lex naturalis humanaque ſuadet,
& ſacrarum literarum exempla docent. Ut rationem
habeant ætatis, conditionis, ac morum: ut dotis magnæ
loco virtutem cenſeant. Virginitatis ſupra matrimo-
nium excellentiam ac meritum commendet: qui tamen
continere non poſſunt, melius eſſe doceat ut nubant,
non ad laxandam, ſed ad reſtringendam frænandamque
concupiſcentiam: qua data opportunitate, de conjugali
caſtitate diſſerat. In id verò præcipuè incumbat, ut ſi
quæ morum corruptelæ nuptiis celebrandis ex deprava-
to uſu adhibentur, radicitus exſtirpentur; ut ſaltationes,
choreæ, cyathorum confractiones, vocum à profano
Gentilium more non abhorrentium ſtrepitus in viis pla-
teiſque; ac præterea faſcinationes & veneficia in iis im-
pedienda.

CAPUT



## CAPUT VI.

### *De Concionatoris officio in vitiis perpetuò re- prehendendis, praviſque conſuetudinibus è medio tollendis.*

XXXIV. QUod *Jeremiæ* Prophetæ à Domino Jerem. 1. 9. 10.
dictum eſt, id ſibi dictum reputet
Concionator: *Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce
conſtitui te hodie ſuper Gentes & ſuper Regna, ut evel-
las & deſtruas, & diſperdas & diſſipes, & ædifi-
ces & plantes.* Cooperator ſit Chriſti ad deſtruendum
corpus peccati, ad cupiditates, praviſque conſuetu-
dines evellendas & abolendas. Vitia porrò ac peccata
quæ perpetuò reprehendet, ac deſtruere ſtudiis omni-
bus & zelo ferventiore conabitur, hæc frequentiora
S. Carolus Borromæus, in Inſtruct. Prædic. Verbi Dei. ſunt: Deteſtabile blaſphemiæ ſcelus, ac nefaria male-
dicta, quæ in Deum, Sanctoſque evomuntur: ſuper-
ſtitiones, auguria, divinationes, veneficia, cantiones,
& cætera iſtius generis, quibus caſtiſſimus Dei cultus
violatur: Dierum feſtorum violatio: Immodeſtus ac
irreligioſus quorumdam acceſſus ad Templa Deo di-
cata; impura in illis, aut in eorum atriis & cœmete-
riis converſatio, ac nequaquam cum pietatis Chriſ-
tianæ rationibus conveniens, præſertim cùm Divina
celebrantur. Nefarium rei familiaris cum alterius in-
juria parandæ atque augendæ ſtudium, pecuniæ con-
gerendæ ſitis, & omnis avaritia: Tot contractuum ge-
nera, in fraudem legis uſuram omnem prohibentis ex-
cogitata: Litium & controverſiarum immoderatum
ſtudium, ex una cupiditate profectum: Improbitas il-
lorum, qui cauſas iniquas defendunt: Avaritia & ne-
gligentia illorum, qui lites protrahunt: Nequitia il-

C

lorum, qui litibus jurgiiſque odia & inimicitias alunt; Malitia præterea quorumdam, qui velut hirudo, litigantium, omni litigandi arte immoderatos ſumptus exhauriunt: Calumniæ, quæ paſſim in foro verſantur; adulteria, ſtupra, inceſta, fornicationes, comeſſationes, ebrietates, cæteraque opera carnis: Impia licentia falſi teſtimonii dicendi, aut falsò jurandi, etiam in re aut vita cujuſcumque tuenda. Nec verò ſatis putet universè generatimque peccatum & vitium reprehendere; ſed ad ſpecies, præcipuaſquè actiones deſcendat: quò rectiùs auditores peccata cognoſcant, multoque cautiùs fugiant.

S. Carolus Borrom. XXXV. Et quoniam plerique ſunt, qui certis vulgatibus argumentationibus, Diſciplinæ Chriſtianæ repugnantibus utuntur ad peccatorum excuſationem; de induſtria aliquando, prout uſu venerit, Concionator piè doctèque oſtendat, quàm graviter & infeliciter iſti vanæ argumentationis atque opinionis humanæ errore decepti, à via ſalutis aberrent. Atque ii quidem alii ſunt qui honorum ſtudiis & ambitioni ſerviunt, propterea quòd & Mundo, & propinquis ſatisfaciendum putent. Alii anguſtam illam vivendi viam ad Evangelii præſcriptum minimè tenent, quia communem vitæ conſuetudinem ſæcularium hominum amplectendam arbitrantur. Alii pietatis opera multa aſpernantur, quoniam anicularum exercitationes illas potiùs eſſe exiſtimant, quàm virorum. Sunt qui à perfectiori vitæ ratione, atque à frequenti Sacramentorum uſu ſe ſubtrahunt, alioſque abducunt, quòd ſine eo diligentiori pietatis ſtudio Chriſtianus homo ſalutem conſequi poſſit. Sunt qui peccata excuſent adoleſcentiæ ac juventutis nomine, vel aliam cauſam prætexant, ut temperamentum, paupertatem, ſocietatem, ſtatum & conditionem. Atque ita quidem multi agere pergunt, falſis vulgi opinionibus, ineptiſque argumentationibus deluſi, quæ à Concionatore



acerrimè coarguendæ, & ſtudioſiſſimè refellendæ ſunt.

XXXVI. Publicorum peccatorum illecebras, quas homines pravæ conſuetudinis errore decepti pro nihilo ducunt, Concionator perpetuò reprehendat, atque in ſummum odium adducere conetur, oſtendatque quàm graviter Deum offendant, quàm multa mala, quin etiam publicæ calamitates inde oriantur, Deo ultionum juſto judice & in hoc & in futuro ſæculo pœnas exigente. S. Carolus Borrom.

Spectacula, ludos, ludicraſque res iſtius generis, comædiarum compoſitionem, exhibitionem, frequentationem, ſcenicas omnes & hiſtrionicas actiones, quæ ab Ethnicorum moribus originem ducunt, Chriſtianæque diſciplinæ adverſantur, perpetuò deteſtetur, execretur, ductis argumentis ex ſcriptis Tertulliani, S. Cypriani Martyris, S. Joannis Chryſoſtomi, Salviani Maſſilienſis Preſbyteri, aliorumque Patrum.

Choræas, ſaltationes, ac tripudia, quibus mortiferæ cupiditates excitantur, è ſuggeſtu graviter reprehendat inſecteturque. Omnem in muliebri veſtitu luxum, caudatas veſtes, ſuperbum ornatum, deformem illam capitis ornandi ſpeciem, & compoſitionem oſtentatitiam, imò potiùs nundinatitiam, muliebres fucos ac pigmenta, pectoris, colli, brachiorum nuditatem, cæteraque ad mollitiem, atque adeo ad libidinis incitamentum fœdè excogitata, omni perſuaſionum vi, & argumentorum quaſi telis oppugnabit: quæ plurima ſubminiſtrabunt SS. Cyprianus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Auguſtinus.

Effuſam etiam virorum impenſam, & omnem intemperantiam, quæ ad barbararum Gentium, à fide alienatum mores tam prope accedit, omni ſtudio & ardore ſancto coarguat. Servorum, quorum opera nulla eſt, neque domi, neque foris, multitudinem inutilem ac deſidem diſſuadeat. Epulas illas ſumptuoſas, & co- S. Carolus Borrom.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

meſſationes immoderatas, omnis intemperantiæ, libidinis, aliorumque vitiorum illecebras reprehendat, increpet. Omnem aleam, omnemque ejus generis ludum, unde jurgiis, furto, maledictis, ac aliis malis, maleficiiſque quaſi fores aperiuntur, graviter objurget atque exagitet. Eorum etiam peccatum inſectetur, qui ædes ſuas ad ludum aleatorium exponunt. Multorum denique otioſam vitam ac voluptariam, ita facilè peccatis expoſitam, imò perpetuam peccati occaſionem, ſæpiſſimè reprehendat.

*S. Carolus Borromæus.* XXXVII. Cùm ad conciones habendas aliquò Prædicator Evangelicus venerit, ab Epiſcopo, vel à Parocho, aliove Eccleſiæ Rectore, accuratè illius loci morum corruptelas & pravas conſuetudines conquirat: quas ut occaſio feret, verborum vi & ſententiarum pondere, & imprimis Sacræ Scripturæ teſtimoniis & exemplis ita inſectetur, & funditus exſtirpet Deo juvante: eas etiam conſuetudines, quæ etſi per ſe malæ non videantur, occaſionem tamen præbent peccandi.

## CAPUT VII.

### *De Concionatoris officio in excolendis virtutibus.*

XXXVIII. NOn modò vitia deſtruere, ſed & Dei Templum ſpiritale in auditoribus ædificare; non ſolùm evellere cupiditatem, ſed & inſerere & rigare virtutem, Concionatoris Evangelici munus eſt: quamvis *neque qui plantat, neque qui rigat ſit aliquid, ſed qui incrementum dat Deus.* *1. Cor. 3. 7.* Quemadmodum autem in vitiis diſſuadendis non universè dumtaxat, ſed ſpeciatim ſingulas partes vitioſaſque actiones perſequi debet Concionator: ita Chriſtianas virtutes earumque præcipua officia exponere,



non modò in univerſum, ſed ſigillatim ac diligenter. *S. Carolus Borrom.* Spiritalis itaque vitæ partes ac præcepta, ex intima ſanctiſſimorum virorum diſciplinâ deprompta exponere ſtudeat. Ad Evangelica conſilia, ad perfectioris vitæ rationem, ad Mundi contemptum audientium animos ſæpe impellat, quò ſtudioſiùs cæleſtis ſpiritualiſque vitæ inſtituta amplectantur. Ad miſericordiæ eleemoſynæque opera illos perpetuò excitet. De hoſpitalitatis officiis, de hoſpitalibus, de Sodalitiis caritatis, de captivorum liberatione, ac de omni pauperum cura, præſertim infirmorum, orphanorum, & quos ingenuus pudor mendicare prohibet, opportunitate data concionetur. De eleemoſyna etiam ſpirituali dicere non prætermittat. Correptionis igitur fraternæ, quæ ſpiritualis eleemoſynæ genus eſt, neceſſitatem, modum, utilitatem opportunè & prudenter explicet.

Ad pœnitentiæ exercitationes, corporis macerationem, caſtigationemque ſæpe accendat. Ad jejunium; prout Vigiliæ, Quadrageſimalis tempeſtas, & quatuor Tempora occurrunt, ſæpe concionem transferat, quâ & jejunii neceſſitatem, & ſalutares fructus inde provenientes exponat. Et, quod plurimi intereſt, ſancti jejunii certas leges doceat eò diligentiùs, quò graviùs in hoc genere ab omnibus ferè peccatur.

Piorum librorum lectionem ſuadeat, oſtendatque ſpirituales utilitates quæ inde oriuntur. Nihil non agat, ut librorum inutilium, fabuloſorum, turpium, periculoſorum, quales Romantii (ut vulgo nuncupantur) & Comœdiæ, aliaque hujus generis carmina, quibus morum diſciplina corrumpitur, & profani amores excitantur: nec non obſcœnarum atque alia ratione improbatarum imaginum uſus omnis tollatur.

XXXIX. Uniuſcujuſque ſtatûs homines doceat, & ad officia ſua erudiat Concionator. Moneat ſæ-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. Carolus Borromæus. piſſimè parentes, liberos, virum, uxorem, dominum, ſervum, clericum, laïcum, privatum, magiſtratum, ejus officii quod cujuſque proprium erit. Qua ratione fieri poſſit ut bonis animi, corporis, & externis, quæ fortunæ vocantur, ad conſequendam æternam beatitudinem utantur: qua moderatione proſpera, quâ patientiâ adverſa ferre debeant.

De filiorum educatione, & totius familiæ cura crebrò & diligenter agat. Quo in officio, matrum ad vanitatem filias inſtruentium, & dominarum in pudicitiâ ancillarum tuenda negligentium culpas coarguat. Doctrinæ Chriſtianæ inſtitutionem, quâ pueris prima fidei ac legis divinæ rudimenta traduntur, quàm ſæpiſſimè atque maximè ſuadeat & commendet: & patres-familias graves pœnas in Dei judicio daturos oſtendat, ſi eorum incuriâ filii ac famuli Chriſtianas Catecheſes, quæ in Parochiis habentur, non frequentaverint, & quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem ignoraverint.

Commendet obſervantiam & obedientiam, quæ Paſtoribus, & Sacerdotibus, Principibus, Magiſtratibus, ac denique Majoribus exhibenda eſt. Moneat quàm crebrò pro illis Deum precari, quâ moderatione & reverentiâ de illis loqui debeant ſubditi & inferiores: Cùm in hoc ſæpiſſimè peccetur, & oris gladio temerè feriantur.

Magiſtratus etiam, cùm opus eſt, & alios qui præſunt, commonefaciat, populi commoda, non ſua ſpectare debere; prodeſſe magis & conſulere, quàm præeſſe ac dominari: exemplo non minùs quàm auctoritate illum ad veras virtutes, optimamque diſciplinam dirigere; paterno amore eumdem complecti: Religionem imprimis, juſtitiam, clementiam, fortitudinem & temperantiam in omni vita colere.

Nobiles accuratè doceat humilitatis officia, modeſtiæ partes, cæteraſque virtutes, quibus magis ſplen-



deſcit ornaturque nobilitas. Nullam nobilitatem eſſe oſtendat cum Chriſtiana conferendam, quâ *Dei genus*, *quâ filii Dei nominamur & ſumus*: quod in noſtra ſitum eſt poteſtate cum Dei gratiâ. *Dedit* enim nobis *poteſtatem filios Dei fieri*. Admoneat quàm benignè cum ruſticis, cum pauperibus, cum cæteris inferioris ordinis agant. Doceat quàm indecorum ac turpe ſit, & Chriſtiana nobilitate indignum, imbecilliores injurioſiùs tractare, opibus oppugnare, auctoritate opprimere, oneribus gravare, debitâ mercede fraudare, æs alienum minimè diſſolvere; & (quod flagitioſiſſimum eſt, & ad infamiæ notam inſigne) puellarum pudicitiam attentare. Act. 17. v. 29. Joan. 1. 12.

Ignobiles ad veram nobilitatem, quæ in Religionis pietatiſque cultu, & in præclaris caritatis, humilitatis, patientiæ, Chriſtianarumque aliarum virtutum officiis elucet, vehementer accendat. Scripturam ſacram Noë generationes enarrantem, ejus nobilitatis titulos omnes his verbis complecti doceat, *Hæ ſunt generationes Noë: Noë vir juſtus atque perfectus, cum Deo ambulavit*. Ut enim hominum genus homines, ſic animarum genus virtutes. Non multos nobiles ſecundùm carnem, ſed ignobiles & *pauperes in hoc Mundo Deum elegiſſe, divites in fide, & heredes Regni, quod repromiſit diligentibus ſe*. Secundùm Deum nobiles eſſe qui volunt. Gen. 6. v. 9. Ambroſius. Jacobi 2. 5.

Divites doceat quo modo ad ſalutem dirigant divitiarum uſum; moneat *non ſuperbè ſapere, non ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum: benè agere divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam*. 1. Tim. 6. 17. & 18.

Pauperes frequenter ad patientiam cohortetur, conſolatione leniat, ad virtutum theſauros comparandos excitet, ſecundùm Deum beatos eſſe oſtendat; veras

S. Auguſtinus. S. Ambroſius. Maximus Felix.

non eſſe divitias, quibus creſcentibus creſcit inopia, quæ amatoribus ſuis, quantò fuerint ampliores, non afferunt ſatietatem, ſed inflammant cupiditatem. Fideli totum Mundum divitiarum eſſe: *Pauperem non eſſe, qui Deo dives eſt.*

Pro hominum denique conditione varia ſalutis præcepta illis tradat divini verbi Prædicator: ita ut & rusticanis hominibus, & colonis, cæteriſque cujuſvis ordinis ac ſtatus non deſit neque cohortatione, neque officio ad uniuſcujuſque inſtitutionem Chriſtianam accommodato. Ad id autem plurimum conducet lectio libri II. Venerabilis *Humberti De Romanis* Magiſtri Generalis Ordinis S. Dominici, *De Eruditione Religioſorum Prædicatorum*, qui *De modo promptè cudendi ſermones ad omne hominum genus, & pro negotiorum occurrentium varietate* inſcribitur. Extat Tom. xxv. Bibliothecæ Maximæ Patrum Edit. Lugdun.

In omni loco ubi concionatur, aliquod pietatis opus ejus loci incolis ad piè agendi ſtudium, Epiſcopi judicio, aptius convenientiuſque inſtitui curet; aut inſtitutum vehementius excitari, præſertim uſum veſpertinæ & matutinæ orationis, vel publicè in Eccleſia, ubi fieri poteſt; vel in privatis ædibus, congregatâ familiâ, cùm ſignum campanâ datur: Confraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti, aut Roſarii beatæ Virginis Mariæ, ad Chriſtianam pietatem nutriendam aptiſſimas, & *S. Carolo Borromæo* maximè probatas: quin etiam uſum orationis mentalis, & ſpiritualium exercitiorum, in urbibus præſertim, ubi cultiora ſunt ingenia: quamquam omnis homo bonæ voluntatis, rectus corde, & Deum diligens, hujus ſanctæ diſciplinæ capax ſit. Sanctiſſimam illam orationis mentalis diſciplinam tradat & explicet ex Scriptura Sacra, SS. Patrum principiis, & Auctoribus Eccleſiaſticis, quorum opera univerſum ab Eccleſia



probata ſunt: & illuſiones erroreſque novorum Euchitarum ſeu Quietiſtarum non modò caveat, ſed pro ſua virili parte impugnet, execretur, eradicet.

Ad praxim denique revocet illud Guiberti Novigentini Abbatis præceptum: *Nulla prædicatio ſalubrior mihi videtur, quam illa quæ hominem ſibimet oſtendat, & foras extra ſe ſparſum, in interiori ſuo, hoc eſt in mente reſtituat, atque eum coarguens quodammodo depictum ante faciem ſuam ſtatuat.* Tract. quo ordine ſermo fieri [illegible]

## CAPUT VIII.

### *De Decoro in Concione ſervando.*

XL. CONcionem totam accommodet Prædicator Evangelicus ad ingenium, conditionem, mores, captumque hominum, apud quos dicturus eſt. Nihil enim ineptius & abſurdius fingi poteſt, quàm ſi in paupere pago aut oppido, apud ruſticos, aut plebeios ita concionetur, ut in opiparas epulas, luxumque declamet: ſi res doctorum auribus dignas, coram rudibus & imperitis pronuntiet; ſi omnibus eloquentiæ numeris abſolutam & elaboratam orationem ad catechizandos rudes, ruſticanos & plebeios homines afferat. Sacro igitur Oratori hæc attendenda ſunt omnia, non ſolùm ſcilicet auditorum ſtatus, ſed etiam locus, tempus, res de qua dicturus eſt, & perſonæ ſuæ auctoritas, & vitæ genus, ut aptè, decorè, convenienter, & cum dignitate concionetur. Sicut enim eſt quædam eloquentia quæ magis ætatem juvenilem decet, eſt quæ ſenilem; *nec jam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruat eloquentis*: ita alia eſt eloquentia fori, alia ſacri ſuggeſti, alia Academiæ, alia Eccleſiæ. S. Auguſt. lib. 4. De Doctrina Chriſtiana. Cap. [illegible]

XLI. *Non una eademque exhortatio cunctis con-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*S. Gregorius M. p. 3. Curæ paſtoralis.*

*gruit, quia nec cunctos par morum qualitas adſtringit. Sæpe namque aliis officiunt, quæ aliis proſunt … Pro qualitate igitur audientium formari debet ſermo Doctorum, ut & ad ſua ſingulis congruat, & tamen à communis ædificationis arte numquam recedat. Quid enim ſunt intentæ mentes auditorum, niſi, ut ita dixerim, quædam in cythara tenſiones ſtratæ chordarum? quas tangendi artifex, ut non ſibimetipſi diſſimile canticum faciant, diſſimiliter pulſat. Et idcirco chordæ conſonam modulationem faciunt, quia uno quidem plectro, ſed non uno impulſu feriuntur. Unde & Doctor quiſque, ut in una cunctos virtute caritatis ædificet, ex una doctrina, non una eademque exhortatione tangere corda audientium debet.* Aliter namque admonendi ſunt viri, aliter feminæ. Aliter juvenes, aliter ſenes. Aliter inopes, aliter locupletes. Aliter læti, aliter triſtes. Aliter ſubditi, aliter Prælati. Aliter ſervi, aliter Domini. Aliter hujus mundi ſapientes, aliter hebetes. Aliter impudentes, aliter verecundi. Aliter protervi, aliter puſillanimes. Aliter impatientes, aliter patientes. Aliter benevoli, aliter invidi. Aliter ſimplices, aliter impuri. Aliter incolumes, aliter ægri. Aliter qui flagella metuunt, & propterea innocenter vivunt; aliter qui ſic in iniquitate duruerunt, ut neque per flagella corrigantur. Aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes. Aliter pigri, aliter præcipites. Aliter manſueti, aliter iracundi. Aliter humiles, aliter elati. Aliter pertinaces, aliter inconſtantes. Aliter gulæ dediti, aliter abſtinentes. Aliter qui ſua miſericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt. Aliter qui nec aliena appetunt, nec ſua largiuntur; aliter qui & ea quæ habent tribuunt, & tamen aliena rapere non deſiſtunt. Aliter diſcordes, aliter pacati. Aliter ſeminantes jurgia, aliter pacifici. Aliter qui ſacræ legis verba non intelligunt rectè; aliter qui rectè quidem intelligunt, ſed hæc humiliter



non loquuntur. Aliter qui cùm rectè prædicare valeant, præ nimia humilitate formidant; aliter quos à prædicatione imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit. Aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt, proſperantur; aliter qui ea quidem quæ mundi ſunt, concupiſcunt, ſed tamen adverſitatis labore fatigantur. Aliter conjugiis obligati, aliter à conjugii nexibus liberi. Aliter peccatorum carnis conſcii, aliter ignari. Aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum. Aliter qui admiſſa plangunt, nec tamen deſerunt; aliter qui deſerunt, nec tamen plangunt. Aliter qui illicita quæ faciunt, etiam laudant; aliter qui accuſant prava, nec tamen deviant. Aliter qui repentinâ concupiſcentiâ ſuperantur, atque aliter qui in culpa ex conſilio ligantur. Aliter qui licet minima, crebrò tamen illicita faciunt; aliter qui ſe à parvis cuſtodiunt, ſed aliquando in gravioribus demerguntur. Aliter qui bona nec inchoant; aliter qui inchoata minimè conſummant. Aliter qui mala occultè agunt, & bona publicè; aliter qui bona quæ faciunt abſcondunt, & tamen quibuſdam factis publicè mala de ſe opinari permittunt. *Hæc S. Gregorius Magnus 3. p. Curæ Paſtoralis*, ubi illos omnes admonitionis modos ſigillatim explicat. Sunt autem Admonitiones triginta-ſex, quæ velut Regulæ à Prædicatoribus verbi Dei legendæ ſunt, & accuratè obſervandæ. Legantur & quæ de hoc argumento ſcripſit Venerabilis *Humbertus De Romanis*, Lib. *De Eruditione Prædicatorum*, Cap XVII.

*S. Gregorius M. p. 1. Curæ paſtoralis. Cap. 1.*

XLII. Infirmis denique, ſimplicibus, imperitis altiora prædicari non debent, quàm eorum captus & vires ingenii ferant. *Alta enim quæque debent multis audientibus contegi, & vix paucis aperiri.* Hinc veritas ait: *quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram?* per menſu-

*Luc. 12.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» ram quippe tritici, exprimitur modus verbi; ne cùm
» anguſto cordi incapabile aliquid tribuitur, extra fun-
1. Cor. 3. » datur. Hinc S. Paulus ait: *Non potui vobis loqui qua-*
*ſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus: Tamquam par-*
» *vulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.* Hinc
» Moyſes à ſecreto Dei exiens, coruſcantem coram po-
» pulo faciem velat: quia nimirum turbis claritatis in-
Exodi 34. » timæ arcana non indicat. Hinc per eum divina voce
» præcipitur, ut is qui ciſternam foderit, ſi operire
» neglexerit, corruente in ea bove vel aſino pretium
» reddat: quia ad alta ſcientiæ fluenta perveniens, cùm
» hæc apud bruta audientium corda non contegit, pœ-
» næ reus addicitur, ſi per ejus verba in ſcandalum ſi-
» ve munda ſive immunda mens capiatur. Hinc ad bea-
Job. 38. » tum Job dicitur: *Quis dedit gallo intelligentiam?* Præ-
» dicator etenim ſanctus dum caliginoſo hoc clamat tem-
» pore, quaſi gallus clamat in noctè, cùm dicit: *Hora*
Rom. 13. 1. Cor. 15. » *eſt jam nos de ſomno ſurgere.* Et rurſùm: *Evigilate*
» *juſti, & nolite peccare.* Gallus autem profundioribus
» horis noctis altos edere cantus ſolet: cùm verò ma-
» tutinum tempus in proximo eſt, minutas ac tenues vo-
» ces format: quia nimirum qui rectè prædicat, obſcu-
» ris adhuc cordibus aperta clamat, nil de occultis my-
» ſteriis indicat; ut tunc ſubtiliora quæque de cæleſti-
» bus audiant, cùm luci veritatis appropinquant.

XLIII. Non ſolùm Prædicator Gentium, ſed & Chriſtus Jeſus Prædicatorum Magiſter & normâ exemplo ſuo docuit, Concionatorem auditorum captui attemperare ſe debere, cùm in parabolis locutus eſt, & Diſcipulis ait: *Adhuc multa vobis habeo dicere, ſed non poteſtis portare modò.* (Joan. 16. 12.) Quamobrem in eo omnem collocet operam Concionator, *ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur.* Et ſi præſtantiorum Prædicatorum eloquentiam aſſequi non valeat, ſapientiam certè imitetur. *Sapienter autem dicit homo tantò magis vel minùs, quantò in Scripturis ſanctis magis minuſve profecit. Huic ergo qui ſapienter debet dicere, etiam quod non poteſt eloquenter, verba Scripturarum tenere maximè neceſſarium eſt. Quantò enim ſe pauperiorem cernit in ſuis, tantò eum oportet in iſtis eſſe ditiorem; ut quod dixerit ſuis verbis, probet ex illis, & qui propriis verbis minor erat, magnorum teſtimonio quodammodo creſcat. Probando enim delectat, qui minùs poteſt delectare dicendo.* (S. Auguſtinus, lib. 4 De Doctrina Chriſtiana, Cap. 5.)



XLIV. Illa Concionis attemperatio ad ingenia, conditionem, mores, captumque auditorum, à caritate imperari debet ac dirigi, ad cujus finem Concionator omnia referre debet quæ dicit, & modum ipſum dicendi, ſicut Scriptura Sacra ad geminum illum finem caritatis tota refertur, Dei & proximi. Porrò, *cùm eadem omnibus debeatur caritas, non eadem eſt omnibus adhibenda medicina: ipſa item caritas alios parturit, cum aliis infirmatur: alios curat ædificare, alios contremiſcit offendere; ad alios ſe inclinat, ad alios ſe erigit, aliis blanda, aliis ſevera, nulli inimica, omnibus mater.* (S. Auguſtinus, lib. De Catechizandis rudibus.)

---

## CAPUT IX.

### *De Concionatoris Elocutione.*

XLV. CONcionator elocutionis genus exquiſitum nec affectet, nec devitet. Fucum omnem fugiat. Pura ſit, propria, perſpicua ejus elocutio. Imperitæ multitudinis conſuetudinem loquendi, ne ſequatur, cùm in ea ſint multa abſurda, multaque indigna Concionantis gravitate. Verba antiqua, peregrina, obſoleta fugiat. Anicularum proverbia ne adhibeat. (S. Carolus Borromæus, in Inſtruct. Prædic. verbi Dei.)

Dicendi formâ utatur, cui per artem atque exercitationem par eſſe poſſit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Fati, fortunæ, infortunii nomina, aliaque iſtius generis ab Eccleſiæ uſu jampridem exploſa omnino caveat. Verba Eccleſiæ uſu conſecrata, etſi minùs elegantiæ habeant, dicere non recuſet; profana & nova omnino repudiet.

Epithetorum nimium uſum, & poëticum dicendi genus ne conſectetur. Vocabulorum frequentem ſynonymiam omnino caveas: niſi cùm unum altero ſignificantius aut magis proprium fuerit.

Metaphoras, ſimilitudines & exempla à rebus maximè notis & inſignibus ſumat. Orationis enim majeſtatem dejicit, qui à rebus humilibus ſimilitudines frequenter trahit.

Inflatâ oratione non utatur, ſed gravi; non inciſâ ut fere ſtylus Epiſtolaris, ſed periodica; non ambiguâ, ſed perſpicua, præſertim cùm auditorem docet, non enim adeo curare debet quantâ eloquentiâ doceat, ſed quantâ evidentiâ. *Cujus evidentiæ diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora, nec curat quid bene ſonet, ſed quid bene indicet atque intimet quod oſtendere intendit. Unde ait quidam, cùm de tali genere locutionis ageret, eſſe in ea quamdam diligentem negligentiam. Hæc tamen ſic detrahit*

S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana, Cap. 10.

„ *ornatum, ut ſordes non contrahat.* Quamvis in bonis
„ Doctoribus tanta docendi cura ſit, vel eſſe debeat,
„ ut verbum quod niſi obſcurum ſit vel ambiguum, pro-
„ prium aut elegans eſſe non poteſt, vulgi autem
„ more ſic dicitur ut ambiguitas obſcuritaſque vitetur,
„ non ſic dicatur ut à doctis, ſed potiùs ut ab indoctis
„ dici ſolet. Si enim non piguit interpretes noſtros, *Non*
Pſalm. 15. „ *congregabo conventicula eorum de ſanguinibus*, quo-
„ niam ſenſerunt ad rem pertinere; ut eo loco pluraliter
„ enuntiaretur hoc nomen, quod in Latinâ lingua
„ ſingulariter tantummodo dicitur: & ſi oſſum potiùs
quam os dicere debere pietatis Doctorem imperitis loquentem S. Auguſtinus cenſuit, ne iſta ſyllaba non ab



eo quòd ſunt oſſa, ſed ab eo quod ſunt ora intelligeretur: Concionator apud ruſticos & imperitos loquens, aut apud homines ab Aulæ & magnarum urbium conſuetudine & politiori locutione remotos, uſurpare potiùs debet verba minùs propria minuſque elegantia, quàm intelligentiæ fructu mentes auditorum fruſtrare.
Quid enim prodeſt locutionis integri- „
tas, quam non ſequitur intellectus audientis, cùm lo- „
quendi omnino nulla ſit cauſa, ſi quod loquimur, „
non intelligunt, propter quos ut intelligant loquimur? „
*Qui ergo docet, vitabit omnia verba quæ non docent; & ſi pro eis alia integra, quæ intelligantur, poteſt dicere, id magis eliget: ſi autem non poteſt, ſive quia non ſunt, ſive quia in præſentia non occurrunt, utetur etiam verbis minùs integris, dum tamen res ipſa doceatur atque diſcatur integrè.*

Exordiatur moderato & temperato dicendi genere. In Exordio vitentur ſimilitudines, præſertim poëtico more explicatæ, Hiſtoriæ profanæ, Oratorum & Philoſophorum Gentilium ſententiæ.

Vim illam dicendi vehementem & concitatam in progreſſu concionis ne affectet Eccleſiaſtes; ſed piis diſpoſitionibus ad eam Spiritus-Sancti ope atque auxilio feratur, ut auditoribus proſit.

Ejuſdem rei repetitionem vitet, quoniam moleſta eſt, & affectum reſtinguit. Cùm tamen docet, ac repetitione opus eſt ut intelligatur, alio atque alio dicendi modo idem repetat, donec ab auditoribus capiatur. *Solet autem motu ſuo ſignificare utrum intellexerit cognoſcendi avida multitudo: quod donec ſignificet, verſandum eſt quod agitur, multimoda varietate docendi; quod in poteſtate non habent, qui præparata, & ad verbum memoriter retenta pronuntiant.*

S. Auguſtinus.

Cùm de peccatis luxuriæ agit, cautionem adhibeat, ne imprudens in obſcœna verba incidat, vel turpes

cogitationes loquendo injiciat, ſed horrorem incutiat criminis.

Exclamationes rarò adhibeat, & opportuno quidem loco.

Adulationis verba omnino fugiat, cùm de Eccleſiæ vel ſæculi Principibus & Magiſtratibus, aut apud eos verba facit.

Ambitioſum dicendi genus caveat. Splendidos titulos, & nomina adjuncta illuſtria, ut, *Sereniſſimus David*, planè rejiciat. Honorificâ tamen brevique præfatione eos viros excipiet, quorum exempla proponit ad imitationem. Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Virgines, Sancti nomine ſemper appellet.

Dictionem vitet quæ indignationem & faſtidium parit, præſertim cùm de incommodis ſuis loquitur. Attentionem cùm petit, ne arroganter faciat: neque ſe magna dicturum & admirabilia polliceatur. Alios Concionatores ne ſpernat, aut in eos invehatur, ut ſuum concionandi modum extollat, ſibique auctoritatem & approbationem conciliet.

Eloquentium ſuæ linguæ hominum dictionem & elocutionem imitetur, qualis eſt apud Gallos Concionatores elocutio illuſtrium virorum DD. *Maſcaron*, Aginnenſium Epiſcopi, & *Spiritus Fleſchier* Nemauſenſis Antiſtitis; cujus conciones, orationes funebres, Vitam Theodoſii Magni, & Cardinalis Ximenii legant & relegant, qui eloquenter concionari volunt: ſin minùs verò tantorum Oratorum aut aliorum etiam qui ex Religioſis Societatibus, ſive Ordinibus, vel Eccleſiaſticis Congregationibus aut ſæculari Clero, eloquentiâ præcellunt, ſtylum & elocutionem aſſequi poſſint, legant libros dictionis puritate inſignes, præſertim illorum Auctorum, qui de rebus divinis, de moralibus argumentis, de ſpirituali vita eleganter ſcripſerunt, aut ſcribunt etiamnum, & ex eorum frequenti lectione purè loqui diſcant & aſſueſcant.

CAPUT



## CAPUT X.

### *De Pronuntiatione, & Corporis Motu.*

XLVI. VOcem & actionem ita temperare conetur Concionator, ut non ex arte petere, ſed ex natura dicere videatur. Pro rerum quas dicit varietate, voce & geſtu vario uti ſtudeat: ne res mediocres, aut etiam fortè leves magna contentione tractet, quaſi ſola voce & geſtu perſuadere velit; aut verò quæ magna ſunt imminuat; aut recitanti potiùs quàm ex animo dicenti ſimilis videatur. *S. Carolus, Borromæus, in Inſtruct. Præd. verbi Dei.*

Illud quoque vitium caveat, ne uno vocis ſono tota proferatur oratio; quod faſtidium parit. Vocis mollitiem vel ſuavitatem quamdam, magnitudinem item ne affectet; nec in quovis genere nimiam contentionem. Ut nimiam tarditatem, quaſi verba difficilè inveniens, ita nimiam celeritatem fugiat. Non enim proficit oratio ita effuſa, ſed auditorum animos quaſi prætervolat. Itaque pro rerum opportunitate, nunc tardè, nunc celeriter eloquatur.

Canoram vocem in Exordio & magnam fugiat; hæc enim & modeſtum Exordium eſſe vetat, & reliquæ orationi pronuntiandæ nocet: ſed vocem ſedatam habeat, & quotidiano ſermoni proximam. In Narratione, vocis varietate utatur, ut quo quidque pacto geſtum ſit, ita narrare videatur. Res enim ſtrenuè geſtæ, vocis celeritate; quæ verò dignitatem habent, plenis faucibus, & ſedatiſſima voce narrandæ ſunt. In Cohortatione, quæ fit in Epilogo Concionis, primò voce utatur attenuatiſſima, quæ fit faucibus contractis; deinde clamore leni, non obſtrepero; mox ſono æquabili, ac poſtremò voce celeri.

XLVII. In geſtu & corporis motu tantum faciat, quantum rerum natura patitur. Quod vel ex eorum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

obſervatione, qui rectè naturâ tantùm pronuntiant in communi conſuetudine diſcere poteſt. Ita neque eodem geſtu ſemper utetur; neque manu eodem modo compoſitâ; neque uno brachio tantùm, neque eodem motu corporis, & eadem vultûs moderatione. Oculis non minùs exprimat affectus animi varios, pro rerum quas dicit varietate, quam voce. Non importunè ſuggeſtum palmis feriat, ſed cùm rei magnitudo poſcit. Non per ſuggeſtum quaſi volitet, nunc ex hoc, nunc ex illo angulo proſiliens. Non quaſi ex ſuggeſto medium corpus demittat, aut aliis multis motibus utatur, qui aut deformes ſunt, aut digladiantis potiùs eſſe videntur, quàm dicentis. Ne in ſuggeſto umquam corpore innitatur, ſed rectus ſtet aut ſedeat. Ne dejecto, ne ſupino, ne in latus inclinato capite ſit, ſed planè recto. Ne mentum pectori affigat. Ne oculos in Templi fornice aut parietibus defixos habeat, ne torvos, ne petulantes. Ne in auditorum aliquo ejus hæreat intuitus, præſertim cùm in certa vitia invehitur, ſed in totum auditorium feratur, vociſque ſono & geſtui accommodetur, & utriuſque comes ſit. Ne ſupercilia contrahat, ne diducat, ne remittat. Ne nares corruget, ne moveat, ne inflet, ne digito diducat, ne plena manu reſupinet. Ne labra lambat, ne mordeat. Ne humeros attollat, ne rurſus contrahat. Ne tuſſiat, ne exſpuat crebrò, niſi neceſſitate coactus. Ne in eloquendo per nares majorem ſpiritûs partem effundat. Ne crebro anhelitu jumenta onere laborantia imitari videatur.

Ne brachium quaſi gladiator immoderatè jactet; ne lævam manum, niſi rarò, & in magno concionis æſtu. Ne manum ſupra oculos attollat, nec demittat infra pectus. Ne digitorum geſtum indecorum adhibeat, ſed decentem; nempe in principiis lenem, & in utramque partem modicè prolatum; in narrando paulò productiorem; in reprehendendo acrem & ſtan-



tem. Ne argutiis digitorum utatur. Ne femur feriat, niſi rarò, cùm indignationem movere ſtudet. Ne pedibus ſupplodat, niſi opportunè in ſumma contentione.

In aliis imitandis prudentiam adhibeat; ne vel levia quædam vel etiam vitioſa imitetur; aut ea, quæ cùm alteri conveniant, à ſe tamen aliena ſunt. Non denique fractos, molles, effeminatos comœdorum geſtus, Oratore Chriſtiano prorſus indignos.

---

## CAPUT XI.

### *De Præparatione Concionatoris.*

XLVIII. QUo ſtudioſiùs atque religioſiùs concionandi munere perfungatur Concionator, cogitet primùm ad Dei omnipotentis gloriam, animarumque ſalutem, omnem concionandi vim ac rationem referri. Deinde ſe Dei Miniſtrum eſſe, per quem verbum Dei ab ipſo Spiritus-Sancti fonte ducitur ad Fidelium animos divinitus irrigandos. Tertiò, res ſanctas ac divinas à ſe tractari oportere. Quartò, prædicationis munus quod ſuſcipit, non modò ſanctiſſimis viris, Prophetis, Apoſtoliſque à Deo commiſſum; ſed ab ipſo etiam Chriſto Jeſu Dei Filio, Magiſtro, Domino, ac Salvatore noſtro præſtitum. *S. Carolus Borromeus, in Inſtruct. Prædic. verbi Dei.*

XLIX. Viribus ſuis non fidat, ſed imbecillitatem ſuam agnoſcens, ſeſe coram Deo abjiciat, cujus cæleſti benignitate ac miſericordia ipſe, quamvis Evangelico munere indignus, adjuvetur. Utque ad omnia ſancta ſtudia, quibus juvari poſſit, vehementiùs accendatur, ſæpe ſecum reputet quàm magnum præmium promiſſum à Deo ſit illi, qui ab errore viæ ſuæ peccatorem abduxerit. *Qui enim converti fecerit peccatorem* *Jacob. 5. 20.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

obſervatione, qui rectè naturâ tantùm pronuntiant in communi conſuetudine diſcere poteſt. Ita neque eodem geſtu ſemper utetur; neque manu eodem modo compoſitâ; neque uno brachio tantùm, neque eodem motu corporis, & eadem vultûs moderatione. Oculis non minùs exprimat affectus animi varios, pro rerum quas dicit varietate, quam voce. Non importunè ſuggeſtum palmis feriat, ſed cùm rei magnitudo poſcit. Non per ſuggeſtum quaſi volitet, nunc ex hoc, nunc ex illo angulo proſiliens. Non quaſi ex ſuggeſto medium corpus demittat, aut aliis multis motibus utatur, qui aut deformes ſunt, aut digladiantis potiùs eſſe videntur, quàm dicentis. Ne in ſuggeſto umquam corpore innitatur, ſed rectus ſtet aut ſedeat. Ne dejecto, ne ſupino, ne in latus inclinato capite ſit, ſed planè recto. Ne mentum pectori affigat. Ne oculos in Templi fornice aut parietibus defixos habeat, ne torvos, ne petulantes. Ne in auditorum aliquo ejus hæreat intuitus, præſertim cùm in certa vitia invehitur, ſed in totum auditorium feratur, vociſque ſono & geſtui accommodetur, & utriuſque comes ſit. Ne ſupercilia contrahat, ne diducat, ne remittat. Ne nares corruget, ne moveat, ne inflet, ne digito diducat, ne plena manu reſupinet. Ne labra lambat, ne mordeat. Ne humeros attollat, ne rurſus contrahat. Ne tuſſiat, ne exſpuat crebrò, niſi neceſſitate coactus. Ne in eloquendo per nares majorem ſpiritûs partem effundat. Ne crebro anhelitu jumenta onere laborantia imitari videatur.

Ne brachium quaſi gladiator immoderatè jactet; ne lævam manum, niſi rarò, & in magno concionis æſtu. Ne manum ſupra oculos attollat, nec demittat infra pectus. Ne digitorum geſtum indecorum adhibeat, ſed decentem; nempe in principiis lenem, & in utramque partem modicè prolatum; in narrando paulò productiorem; in reprehendendo acrem & ſtan-



tem. Ne argutiis digitorum utatur. Ne femur feriat, niſi rarò, cùm indignationem movere ſtudet. Ne pedibus ſupplodat, niſi opportunè in ſumma contentione.

In aliis imitandis prudentiam adhibeat; ne vel levia quædam vel etiam vitioſa imitetur; aut ea, quæ cùm alteri conveniant, à ſe tamen aliena ſunt. Non denique fractos, molles, effeminatos comœdorum geſtus, Oratore Chriſtiano prorſus indignos.

---

## CAPUT XI.

### *De Præparatione Concionatoris.*

XLVIII. QUo ſtudioſiùs atque religioſiùs concio- *S. Carolus*
nandi munere perfungatur Concionator, cogitet primùm ad Dei omnipotentis gloriam, *Borromæus, in Inſtruct. Prædic. verbi Dei.*
animarumque ſalutem, omnem concionandi vim ac rationem referri. Deinde ſe Dei Miniſtrum eſſe, per quem verbum Dei ab ipſo Spiritus-Sancti fonte ducitur ad Fidelium animos divinitus irrigandos. Tertiò, res ſanctas ac divinas à ſe tractari oportere. Quartò, prædicationis munus quod ſuſcipit, non modò ſanctiſſimis viris, Prophetis, Apoſtoliſque à Deo commiſſum; ſed ab ipſo etiam Chriſto Jeſu Dei Filio, Magiſtro, Domino, ac Salvatore noſtro præſtitum.

XLIX. Viribus ſuis non fidat, ſed imbecillitatem ſuam agnoſcens, ſeſe coram Deo abjiciat, cujus cæleſti benignitate ac miſericordia ipſe, quamvis Evangelico munere indignus, adjuvetur. Utque ad omnia ſancta ſtudia, quibus juvari poſſit, vehementiùs accendatur, ſæpe ſecum reputet quàm magnum præmium promiſſum à Deo ſit illi, qui ab errore viæ ſuæ peccatorem abduxerit. *Qui enim converti fecerit peccatorem* *Jacob. 5. 20.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ſuam à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Deum igitur ſupplex oret, ut divina gratiæ ejus ope, rei cujus tractandæ munus ſuſcepit, ſanctitati, & perſonæ quam ſuſtinet dignitati atque officio reſpondere poſſit. Ut propriæ laudis aut gloriolæ non modò ſtudio, ſed ne opinione quidem efferatur, ſed divinæ gloriæ cupiditate, & caritate erga proximos ſingulari incenſus, tota mente totoque animo in cæleſti Chriſti Domini Regno propagando, & animarum ſalute promovenda ita defixus ſit, ut ſuorum commodorum & utilitatum penitus obliviſcatur.

L. Det operam ut ſacris doctrinis, vitæ innocentiâ, morum ſanctitate, & cæleſtium rerum contemplatione excultus, idoneum ſe præbeat, ut ad prædicandum miſſus, populo valde proſit *verbo, exemplo, & ſanctarum fructu orationum. Manent enim tria hæc: Verbum, Exemplum, Oratio: major autem his eſt oratio. Nam etſi vocis virtus ſit opus: & operi tamen & voci gratiam efficaciamque promeretur oratio.* [S. Bernardus, Epiſt. 201.]

LI. Ambitionem omnem tamquam peſtem fugiat, omnemque illius ſuſpicionem. Ne loca inſigniora, ubi prædicationis ſuæ ſemen ſpargat, ambiat, affectetve; memor Chriſti Domini, quem à Patre è cælis miſſum ad erudiendum humanum genus, pagos, & vicos, & caſtella obiiſſe legimus. Numquam in opinionem inducat, majori atque nobiliori ſuggeſto ſe dignum eſſe. Fuit hæc quondam Ethnicorum Oratorum ambitio, à qua penitus alienus eſſe debet Chriſtianus Concionator, qui ad *prædicandum Chriſtum crucifixum*, non ad ſui ingenii, doctrinæ, aut eloquentiæ oſtentationem vocatus eſt.

LII. Cùm prædicandi munus non humanæ ſcientiæ aut facundiæ, ſed divinæ virtuti ac Spiritus-Sancti gratiæ inniti Concionator intelligat; diligentiſſimè ſibi cavebit, ne mortali peccato inquinatus, *Spiritum-Sanctum contriſtet*, ac Apoſtolicum opus, ipſiuſque Domini noſtri Jeſu Chriſti munus attingat. Conſcientiam igitur ab omni peccatorum labe pœnitentiæ Sacramento ante expurget, quàm ad verbi Dei tractationem accedat, graviſſimam illam Prophetæ objurgationem vehementer pertimeſcens: *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* [Pſal. 49. 16.] illam etiam ejuſdem Vatis orationem uſurpans, *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaque.* Non enim metum hunc Prophetæ fuiſſe exiſtimandum eſt, ut ſibi veritatis verbum ex corde vereretur auferri: ait enim, *Quia in judiciis tuis ſuperſperavi.* [Pſal. 118. 43.] Sperans ergo in judiciis Dei, verbum veritatis de corde ſibi non metuit auferri. Scit autem quædam eſſe peccata, quæ ex ore verbum auferant veritatis. *Peccatori enim dixit Deus, Quare tu enarras juſtitias meas?* [S. Hilarius, Tractatu in Pſal. 118. Littera 6. Num. 8.] Non enim ait, Quare immemor es juſtitiarum mearum? *Sed peccatorem monuit eum qui in peccato manſiſſet, à prædicationis officio abſtinere. Vult enim liberum à crimine eſſe doctrinæ cæleſtis Prædicatorem, vult Eloquia ſua à caſti corporis caſto ore tractari. Cavendum igitur eſt, ne quando ex ore noſtro verbi veritatis auferatur eloquium. Hinc illud eſt quod Apoſtolus monet:* Noli negligere quod in te eſt chariſma: *ne per negligentiam ac deſidiam indigni prædicatione verbi Dei ſimus.* [1. Tim. 4. 14.]

LIII. Nocte quæ Concionis diem præcedit, Deum ferventer oret omnis ſapientiæ omniumque ſanctarum virtutum auctorem, ut & ſibi & auditoribus largiatur, unde divinus cultus, & animarum ſalus adjuvetur.

Antequàm ſuggeſtum aſcendat, ſibi proponat concionem ejuſmodi, quæ vel multitudo ſit hominum eſurientium, cibumque ſpiritualem exſpectantium; vel cœtus claudorum, paralyticorum, hydropiſi laborantium, mutorum, cæcorum, ſurdorum, malo dæmone [S. Carolus Borromæus.]

æſtuantium, leproſorum, valetudinis beneficium quærentium. Quamobrem ita in omni Concionis parte ſe comparet, ut eorum ſaluti proſpiciat. Conſideret præterea ſe piſcatorem hominum eſſe: Ideo nervos omnes intendere debere, ut ſagenam Evangelicam impleat, animaſque pereuntium Chriſto Domino lucrifaciat. Ne igitur in prædicationis officio langueſcat. Sed ut ſanctas commotiones in aliis excitet, tales ipſe animo ſuo primùm concipiat; ut auditores ad Dei & virtutis amorem accendat, ipſe prior inardeſcat: & quales in alios transfundi cupit ſanctos affectus, ipſe illos animi ſui ſenſibus rectè conceptos, quaſi cæteris ſpectandos proponat. Id aſſequi ſtudebit primùm ardenti precatione; deinde argumenti de quo dicturus eſt, explorata cognitione; tum vehementi cogitatione & quaſi ob oculos poſitæ ſpecie ipſius rei quam meditatione concepit; ac præterea attenta lectione locorum Sacræ Scripturæ, qui cum re conveniant, quam animo excogitatam habet. Intus audiat, antequam prædicet. *Verbi enim Dei inanis eſt foriſecus Prædicator, qui non eſt intus auditor.*

S. Auguſtinus, Serm. 172. Alias De Diverſis, 27. Cap. 1.

LIV. Et quoniam ad commovendos animos parum valet concio alieno labore conſcripta; numquam ad piarum affectionum excitationem alienæ concionis induſtriâ utetur, ſed ingenio ſuo concipiet ac pariet, quò vehementiùs primùm ſe, deinde auditores afficiat. Sacræ enim diſciplinæ cibus qui populo proponitur, mente propriâ quaſi ſtomacho concoctus, vires majores habet ad omnem piam commotionem. Ne igitur Prædicator ſe totum in alienas conciones temerè ingurgitet, ſatius eſt eas ex ſanctiſſimorum Eccleſiæ Doctorum, Chryſoſtomi, Ambroſii, Auguſtini, Gregorii Magni, aliorumque Patrum Homiliis, Sermonibus, & Tractatibus confici & quaſi conflari.

LV. Illi tamen minimè contemnendi ſunt, qui cùm bene pronuntiare poſſint, & quid pronuntient, excogi-



tare non valeant; ab aliis ſumunt eloquenter ſapienterque conſcripta, memoriæque commendant, & ad populum proferunt; modò piis meditationibus ſanctas affectiones in ſe ipſis excitent, & prout Dominus dederit, in animos auditorum transfundant. *Sic enim, quod profectò utile eſt, multi Prædicatores veritatis ſunt, nec multi magiſtri, ſi unius veri Magiſtri id ipſum dicant omnes, & non ſint in eis ſchiſmata. Nec deterrendi ſunt iſti voce Jeremiæ Prophetæ, per quem Deus arguit eos, qui* Furantur verba ejus unuſquiſque à proximo ſuo. *Qui enim furantur, alienum auferunt; verbum autem Dei non eſt ab iis alienum qui obtemperant ei: potiùſque ille dicit aliena, qui cùm dicat bene, vivit malè. Quæcumque enim bona dicit, ejus excogitari videntur ingenio, ſed ab ejus moribus aliena ſunt. Eos itaque dixit Deus furari verba ſua, qui boni volunt videri, loquendo quæ Dei ſunt, cùm mali ſint, faciendo quæ ſua ſunt...... Cùm verò boni Fideles bonis Fidelibus hanc operam commodant, utrique ſua dicunt: quia & Deus ipſorum eſt, cujus ſunt illa quæ dicunt: & ea ſua faciunt, quæ non ipſi componere potuerant, qui ſecundum illa compoſitè vivunt.*

S. Auguſtinus Lib. 4. De Doctrina Chriſtiana Cap. 29. & 16. Jerem. 23.

*Sive autem ad populum, vel apud quoslibet jam jamque dicturus, ſive quod apud populum dicendum, vel eis qui voluerint vel potuerint, legendum eſt dictaturus, oret ut Deus ſermonem bonum det in os ejus. Si enim Regina oravit Eſther, pro ſuæ gentis temporaria ſalute locutura apud Regem, ut in os ejus Deus congruum ſermonem daret: quantò magis orare debet ut tale munus accipiat, qui pro æterna hominum ſalute in verbo & doctrina laborat?* ... Cùm enim ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur, pietate magis orationum quàm Oratorum facultate aſſequi ſe poſſe non dubitet: *Orando pro ſe ac pro iis quos eſt allocuturus, ſit orator antequam dictor. Ipsâ horâ jam ut dicat accedens, prius quàm exſerat proferentem lin-*

S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana, Cap. 15.

*guam, ad Deum livet animam ſitientem, ut eructet quod biberit, vel quod impleverit fundat. Cum enim de unaquaque re, quæ ſecundum fidem dilectionemque tractanda ſunt, multa ſunt quæ dicantur, & multi modi quibus dicantur ab eis qui hæc ſciunt: quis novit quid ad præſens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, niſi qui corda omnium videt? Et quis facit ut quod oportet, & quemadmodum oportet, dicatur, niſi in cujus manu ſunt & nos & ſermones noſtri? Ac per hæc, diſcat quidem omnia quæ docenda ſunt, qui & noſſe vult & docere, facultatemque dicendi, ut decet virum Eccleſiaſticum, comparet: Ad horam verò ipſius dictionis, illud potius bonæ menti cogi-*
Matt. 10. » *tet convenire, quod Dominus ait,* Nolite cogitare quo-
» modo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa
» hora quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini,
» ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. *Si ergo loquitur in eis Spiritus-Sanctus, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis qui tradunt diſcentibus Chriſtum?*

S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Christiana, Cap. 30. *Illi verò qui ea dicturi ſunt, quæ ab aliis acceperunt, & antequam accipiant, orent pro eis à quibus accipiunt; ut eis detur quod per eos accipere volunt; & cùm acceperint, orent ut bene & ipſi proferant, & illi ad quos proferunt ſumant, & de proſpero exitu dictionis eidem gratias agant, à quo id ſe accepiſſe non dubitant: Ut qui gloriatur, in illo glorietur, in cujus manu ſunt & nos & ſermones noſtri.*



## CAPUT XII.

### *De Diſciplina virtutum, & vita innocentia Concionatoris.*

LVI. QUemadmodum in Arca Teſtamenti duo illi Cherubim ita collocati erant, ut ſemper mutuò ſe reſpicerent; ita vita Concionatoris doctrinæ ex altera parte reſpondere debet, ut & vitam doctrina colluſtret, & doctrinam vita corroboret. *Oportet prius mundari, quam mundare.* Exemplum Chriſti imitan- S. Gregorius M.
dum eſt, qui *cœpit facere & docere:* & magnum in Act. 1. Matt. 5. 19.
Regno cælorum illum fore dixit, *qui fecerit, & docuerit.* Sit igitur Concionator ſingulari vitæ innocentiâ, moribus ſanctiſſimis, & divinis virtutibus inſtructus, Dei timore, terrenarum rerum deſpicientia, zelo ſalutis animarum, humilitate, manſuetudine, patientia, caritate, cæteriſque Chriſtianæ Diſciplinæ bene munitus. *Debet enim pauper ſpiritu eſſe, ut avaritiæ* S. Joannes
*ſtudium, atque omnem quæſtus cupiditatem liberè re-* Chryſoſtomus.
*prehendat. Debet perpetuò & ſua & aliena peccata lugere, ut eos exagitet, qui antequam peccent, peccare non verentur; & ubi peccaverint, dolorem non concipiunt ſcelerum quæ admiſerint. Debet eſurire & ſitire juſtitiam: ut operum bonorum ſtudio languentes excitet verbo Dei, & exemplo ſuo accendat. Debet eſſe manſuetus, ut ametur potiùs quam timeatur. Debet eſſe miſericors erga alios, & ſeveritatem ſibi adhibere. Debet eſſe mundo corde, ut ne cogitationes quidem inanes & inutiles hujus ſæculi ſuſcipiat, nedum ſæcularibus negotiis ſe implicet. Debet eſſe pacificus, ut populus quem docet, ſolicitus ſit ſervare unitatem ſpiritûs in vinculo pacis. Debet eſſe paratus ad res omnes difficillimas, pro gloria Dei, proque Eccleſia ferendas,*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*non inani quodam animi impetu, ſed ſolidiâ veraquê conſtantiâ, digna Martyribus.*

S. Gregorius Nazian. Orat. 1. De Theologia. S. Baſilius, Epiſt. De Vita ſolitudinis, ad S. Gregorium Nazianz. S. Auguſtinus, lib. 4. De Doctrina Chriſtiana, Cap. 27.

Neque ſolùm his *S. Joannis Chryſoſtomi* monitis ſe conformet Evangelicus Prædicator; ſed & diſciplinam imitetur à *S. Gregorio Nazianzeno* ea de re traditam, & à *S. Baſilio* confirmatam. Sed & *S. Auguſtinum* audiat, cujus præclara eſt de eodem argumento ſententia. *Habet autem* (inquit) *ut obedienter audiatur, quantacumque granditate dictionis majus pondus vita dicentis. Nam qui ſapienter & eloquenter dicit, vivit autem nequiter, erudit quidem multos diſcendi ſtudioſos, quamvis animæ ſuæ ſit inutilis ... Multis itaque proſunt dicendo quæ non faciunt, ſed longè pluribus prodeſſent faciendo quæ dicunt. Abundant enim qui malæ vitæ ſuæ defenſionem ex ipſis ſuis Præpoſitis & Doctoribus quærunt, reſpondentes corde ſuo, aut etiam ſi ad hoc erumpant, ore ſuo, atque dicentes, Quod mihi præcipis, cur ipſe non facis? Ita fit ut eum non obedienter audiant, qui ſe ipſe non audit, & Dei verbum quod eis prædicatur, ſimul cum ipſo Prædicatore contemnant. Denique Apoſtolus ſcribens ad*

1. Tim. 4.

» *Timotheum, cùm dixiſſet*, Nemo adoleſcentiam tuam
» contemnat; *ſubjecit unde non contemneretur, atque*
» *ait*: Sed forma eſto Fidelium in ſermone, in conver-
» ſatione, in dilectione, in fide, in caſtitate. *Talis Doctor ut obedienter audiatur, non ſolum ſubmiſſè ac temperatè, verùm etiam granditer dicit, qui non contemptibiliter vivit. Sic namque eligit bonam vitam, ut etiam bonam non negligat famam, ſed provideat bona coram Deo & hominibus, quantùm poteſt, illum timendo, his conſulendo.*

S. Gregorius p. 1. Curæ Paſtoralis, Cap. 6.

Audiat & *S. Gregorium Magnum*, dicentem: *Prædicator quiſque plus actibus quàm vocibus inſonet, & bene vivendo veſtigia ſequacibus imprimat, quàm loquendo quò gradiantur oſtendat. Quia & gallus iſte, quem pro exprimenda boni Prædicatoris ſpecie in lo-*



*cutione ſua Dominus aſſumit, cùm jam edere cantus parat, priùs alas excutit, & ſemetipſum feriens vigilantiorem reddit: quia nimirum neceſſe eſt ut hi qui verba ſanctæ prædicationis movent, priùs ſtudio bonæ actionis evigilent, ne in ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce: priùs ſe per ſublimia facta excutiant, & tunc ad bene vivendum alios ſolicitos reddant: priùs cogitationum alis ſemetipſos feriant; quicquid in ſe inutiliter torpet, ſolicita inveſtigatione deprehendant, diſtricta animadverſione corrigant, & tunc demum aliorum vitam loquendo componant: priùs punire propria fletibus curent, & tunc quæ aliorum punienda ſunt denuntient: & antequam verba exhortationis inſonent, omne quod locuturi ſunt, operibus clament.*

Prædicatorum typum Gedeon exhibuit in ſelectis militibus, quos contra Madian pugnaturos duxit. Ad fluvium ducti ſunt ut aquas biberent: & quicumque aquas flexis genibus hauſerunt, ab Exercitu repulſi ſunt. *Aquis namque doctrina ſapientiæ, ſtante autem genu recta operatio deſignatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genu flexiſſe perhibentur, à bellorum certamine prohibiti receſſerunt: quia cum illis Chriſtus contra hoſtes fidei pergit ad prælium, qui cùm doctrinæ fluenta hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt. Omnes quippe tunc bibiſſe aquam, ſed non omnes recto genu ſtetiſſe narrati ſunt. Reprobatique ſunt, qui genua, dum aquas biberent, inflexerunt: quia atteſtante Apoſtolo*, Non auditores legis juſti ſunt apud « Rom. 2.
Deum, ſed factores legis juſtificabuntur. *Quia enim* «
*diſſolutio operum in ipſa genuum incurvatione ſignatur, rectè rurſum per Paulum dicitur*: Remiſſas ma- « Hebr. 12.
nus & diſſoluta genua erigite, & greſſus rectos faci- «
te pedibus veſtris. *Hi ergo Chriſto duce ad bellum pro-* «
*cedunt, qui hoc quod ore annuntiant, opere oſtendunt, qui fluenta doctrinæ ſpiritualiter hauriunt, nec tamen*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*in pravis operibus inflectuntur carnaliter, quia, ſicut ſcriptum eſt, Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.*

Eccli 15. S. Bernardus. Serm. 18. in Cantic. Concha ſit Prædicator, non canalis; hic ſiquidem pene ſimul & recipit & refundit: illa verò donec impleatur, exſpectat, & ſic quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat. *Verùm Canales hodie in Eccleſia habemus multos, conchas vero perpaucas. Tantæ caritatis ſunt, per quos nobis fluenta cæleſtia manant, ut ante effundere quam infundi velint: loqui quàm audire paratiores; & prompti docere quod non didicerunt: & aliis præeſſe geſtientes, qui ſe ipſos regere neſciunt. Ego nullum ad ſalutem pietatis gradum illi anteponendum exiſtimo, quem Sapiens propoſuit, dicens:* Miſerere animæ tuæ placens Deo. *Quod ſi* Eccl. 10. *non habeo niſi paramper olei quo ungar, putas debeo tibi dare, & remanere inanis? Servo illud mihi, & omnino niſi ad Prophetæ juſſionem non profero .... Cæterùm tu, frater, cui firma ſatis propria ſalus nondum eſt, cui caritas adhuc aut nulla eſt, aut adeo tenera atque arundinea, quatenus omni flatui cedat, omni credat ſpiritui, omni circumferatur vento doctrinæ: imò cui caritas tanta eſt, ut ultra mandatum quidem diligas proximum tuum plus quàm te ipſum: & rurſum tantilla, ut contra mandatum favore liqueſcat, pavore deficiat, perturbetur triſtitiâ, avaritiâ contrahatur, protrahatur ambitione, ſuſpicionibus inquietetur, convitiis exagitetur, curis eviſceretur, honoribus tumeat, livore tabeſcat: tu (inquam) ita in propriis te ipſum ſentiens, quanam dementiâ quæſo aliena curare aut ambis, aut acquieſcis? ... Diſce nonniſi de pleno effundere, nec Deo largior eſſe velis. Concha imitetur fontem: non manat ille in rivum, nec in lacum extenditur, donec ſuis ſatietur aquis. Ipſe fons vitæ plenus in ſe ipſo, & plenus ſe ipſo, nonne primùm quidem ebulliens & ſaliens in proxima ſecreta cælorum, omnia implevit bonitate, & tunc demum impletis ſu-*



*perioribus ſecretioribuſque partibus erupit ad terras, ac de ſuperfluo homines & jumenta ſalvavit, quemadmodum multiplicavit miſericordiam ſuam? Ergo & tu fac ſimiliter. Implere prius, & ſic curato effundere...... Quanta vero prius infundenda ſunt, ut effundere audeamus, de plenitudine, non de penuria largientes? Primò quidem compunctio, deinde devotio, tertiò pœnitentiæ labor, quartò pietatis opus, quintò orationis ſtudium, ſextò contemplationis otium, ſeptimò plenitudo dilectionis.* Unde Apoſtolus ait: *Pleni* Rom. 15. 14.
*eſtis dilectione, repleti omni ſcientiâ, ita ut poſſitis alterutrum monere.* Plenitudo legis, & cordis, eſt ca- S. Bernardus
ritas *Non eſt quò ſe immiſceat vanitas, ubi totum occupat caritas.*

LVII. Evangelica Doctrina, verbique divini prædicatio) inquit *S. Carolus Borromeus)* ignis ille eſt ſemper in Altari exardeſcens, cui Concionator perpetua ſolicitudine ſubminiſtrare debet alimenta, nempe optima præclaraque vitæ ſuæ ſanctiſſimæ exempla, officia atque opera virtutum, quibus corda Fidelium ad ſanctè agendi ſtudium accendat. De Sancto Joanne Baptiſta ſcriptum eſt in Evangelio, *Erat lucerna ardens & lucens*: quippe cùm cæleſtem illam doctrinam, quam docuit, virtutum ſplendore colluſtravit. Nam *Lucere tantùm, vanum; ardere tantum, parum: lucere & ardere, perfectum.* Hoc exemplar imitari ſtudeat Prædicator Evangelicus, ac perpetuam ſanctiſſimæ vitæ conſuetudinem ſervare.

In inceſſu, ſtatu, accubatione, dejectione vultûs, oculorum demiſſione, capitis inclinatione, genuum inflexione, omni denique motu corporis, teneat gravitatem & decorum, à perſona quam ſuſtinet non alienum. Sit in omni colloquio gravis, manſuetus, ſalutaris. In habitu veſtituque Sacerdotali vel Religioſo modeſtus. In victu temperans & parcus, ciborum varietatem fugiens, frugalitatis abſtinentiæque ſtudioſiſ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſimus, ſtatorum jejuniorum accuratus & ſeverus obſervator, ut cæteros exemplo ſuo ad leges abſtinentiæ ac jejunii rectè ac religioſè ſervandas accendat.

Si quo autem in loco, ubi concionatur, moris eſt cibum à Fidelibus Concionatori opiparè apparari, & verbis, & ipſa frugalitate quâ perpetuò utetur, omnique alia ratione, ab eo apparatu eos revocare ſtudeat. In aliis domibus non ita lautè ſe exceptum non conqueratur, ſed cum gratiarum actione manducet quæ ſibi apponuntur; nec ditiorum menſam affectetur, ubi exquiſitiora fercula miniſtrantur, aut vinum generoſius; ſpretis pauperum menſis, apud quos olera cum pane cibario apponuntur, ſi quando ab ipſis invitetur, memor Dominici mandati: *Manducate quæ apponuntur vobis.* Pacem adprecetur iis qui ipſum excipiunt, & ſi quæ ſint ipſis domeſticæ vel externæ diſſenſiones, illas ſedare conetur, omneſque in Chriſto conciliare, ut in illo impleatur propheticum oraculum: *Quàm ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.*

*Luc. 10. 8.* — *1. Petri 4.* — *Iſai. 52. Rom. 10. 15.*

Vita Concionatoris nulli ſit obnoxia reprehenſioni, ut cum fiducia loqui poſſit verbum Dei. Nam *ſubtrahit quis doctrinæ fiduciam, cum conſcientia præpedit linguam.* Sint Prædicatores *ſine reprehenſione in medio nationis pravæ & perverſæ: inter quos luceant ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes.* Prædicatorum vita ſit auſtera, ut præcones pœnitentiæ decet. *Caſtigo corpus meum* (inquit magnus Prædicator S. Paulus) *& in ſervitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.* Vita Prædicatorum ſit præcellens, non vulgaris. Montem Evangelicæ perfectionis aſcendant, ut viam ſalutis & perfectionis doceant. *Super montem excelſum aſcende tu qui evangelizas Sion.* Converſatio illorum ſancta ſit, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus: non ſolùm in aliquibus occaſionibus & circumſtantiis, ſed in

*S. Gregorius.* — *Philipp. 2. 15. & 16.* — *1. Cor. 9. 27.* — *Iſaia 40.* — *Rom. 12.*



omnibus. *In omni converſatione ſancti ſitis.* Non ſolùm in aliquibus locis, ſed ubique; non aliquando tantùm, ſed ſemper. Numquam ſit otioſa, ſed fructuoſa ſemper, exemplo Apoſtoli, qui majoribus natu Epheſinæ Eccleſiæ ait: *Per triennium nocte & die non ceſſavi, cum lacrymis monens unumquemque veſtrûm.* Prædicatoris Evangelici vita & converſatio ſacrum ejus miniſterium honoret, commendet. *Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum.* In familiaribus locutionibus verba ſcurrilia, ludicra, levitatem, vanitatem, ſæcularitatem ſpirantia devitet; ne ipſi conveniat illud Davidis: *Et ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur; cor ejus congregavit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum.* Sermo ejus priùs ad limam veniat, quàm ad linguam. Idiomatis cæleſtis, idiomatis ſpiritualis ne obliviſcatur, nec ſæcularium hominum aſſueſcat idiomati, cùm inter illos converſatur, exemplo Judæorum, de quibus Nehemiæ ultimo ſcriptum eſt: *Et filii eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & neſciebant loqui Judaicè, & loquebantur juxta linguam populi & populi.* Os Prædicatoris, os Dei eſt. Si *ſeparaveris* (inquit) *pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Ex ore Dei nonniſi divina & cæleſtia verba profundi debent. *Qui de terra eſt, de terra loquitur … Quem miſit Deus, verba Dei loquitur … Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem ex ore ejus requirent;* non nugas & fabulas. Os Prædicatoris Deo conſecratum, ad ſæculares uſus redigere nefas. *Os tuum conſecraſti Evangelio* (inquit S. Bernardus) *talibus aperire, illicitum; aſſueſcere, ſacrilegium eſt.* Si de rebus ſæcularibus interdum loqui neceſſe ſit, ne loquatur ſæculariter Prædicator, ſed colloquio aliquid admiſceat ſpiritalis ædificationis & utilitatis, cum prudentiâ, gratiâ, & manſuetudine, ne ſit oneri & faſtidio.

*1. Petri 1.* — *Act. 20. 31.* — *2. Cor. 6.* — *Pſalm. 40. 7.* — *Jerem. 15. 19.* — *Joan. 3. 31. 34.* — *Malach. 2. 7.*

Ne ſæcularibus auditorum negotiis ultro ſe Prædi-

catos immiſceat, niſi caritas & pietas urgeant. Alioqui lamentationi Propheticæ locus erit: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum?* Quid namque auro, quod metallis ceteris præeminet, niſi excellentia ſanctitatis? Quid colore optimo, niſi cunctis amabilis reverentia religionis exprimitur? Quid per ſanctuarii lapides, niſi ſacrorum Ordinum perſonæ figurantur? Quid platearum nomine, niſi præſentis vitæ latitudo ſignatur? *Aurum igitur obſcuratur, cùm terrenis actibus ſanctitatis vita polluitur. Color optimus commutatur, cùm quorumdam, qui degere religiosè credebantur, æſtimatio ante acta minuitur. Nam cùm quilibet poſt ſanctitatis habitum terrenis ſe actibus inſerit, quaſi colore permutato ante humanos oculos ejus reverentia deſpecta palleſcit. Sanctuarii quoque lapides in plateis diſperguntur, cùm cauſarum ſæcularium foras lata itinera expetunt hi, qui ad ornamentum Eccleſiæ internis myſteriis, quaſi in ſecretis ſanctuarii vacare debuerunt ...... Sæcularia itaque negotia aliquando ex compaſſione toleranda ſunt, numquam verò ex amore requirenda: ne cùm mentem diligentis aggravant, hanc ſuo victam pondere ad ima de cœleſtibus mergant.*

Thren. 4.

S. Gregorius M. P. II. Paſtorali Cap. 7.

Loquamur quicumque ſacræ paginæ notitiam adepti ſumus, *ſicut ex Deo*, hoc eſt, Deum totius noſtri tractatûs habentes originem, & *coram Deo*, nulli præter Deo ſoli ex noſtri ſermonis contextione placere, quærentes. *Si enim quicquid ad exhortationem pertinet animarum, non aliud debet ſonare quàm Deum, vel aliunde quàm ex ipſo quaſi ex proprio ſuo fonte prodire: quid ſacrilegii facit, qui de divinis rebus, in quibus Dei ſola quærenda laus eſt, ſuam præſumit quærere? ſi furtum inter humana negotia probroſiſſimum eſt, quid criminis eſſe putamus ſua ſubtrahere Deo, & ſibi arrogare?*

Guibertus Novigenti Abbas, in Tract. quo ordine Sermo fieri debeat.

LVIII.



LVIII. In proprio Monaſterio, qui Regularis eſt, habitet, aut in ædibus Parochialis Collegiatæve Eccleſiæ, ubi concionatur, aut certè in aliis Eccleſiaſticis domiciliis, ſi ullo modo poteſt, ac diſtinctis omnino à Laïcorum habitatione. Eò feminas ad colloquium ſecum ineundum ne introducat vel admittat. Familiaritates & conſuetudines Laïcorum vitet, quantùm fieri poterit, illaſque ſecundùm caritatis & urbanitatis Regulas moderetur.

S. Carolus Borromæus, in inſtruct. Prædic. Verbi Dei.

LIX. Ne oſtentet quæ ad propriam laudem referri poſſe videantur, memor verbi & exempli Chriſti, dicentis: *Ego non quæro gloriam meam ... Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt.* Et rurſus: *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis: & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Non alteri in eadem urbe concionanti frequentiorem auditorum concurſum invideat; neque aut verbo, aut facto, aut alio modo ei detrahat. Auditores ab illo ne ſtudeat avocare; ſed honore illum præveniens, diligat, colat, obſervet ut fratrem & Comminiſtrum Chriſti. Nec propterea deſpondeat animum, ſi perpaucos auditores ad ſe convenire viderit: ſiquidem ſummus vitæ Magiſter Chriſtus Jeſus, cùm Dei ſapientiam, vitamque æternam hominibus monſtraret, paucitate Diſcipulorum contentus fuit: Imò aliquando ſolam mulierem Samaritanam habuit, quæ illum & de divino cultu, & de cœleſti gratia loquentem audiret.

Joan. c. 8. & 5. Joan. c. 44.

LX. In rebus adverſis omnem animi abjectionem vitet. Pro gloria Chriſti, pro ſalute animarum, in omni oppugnatione nihil non fortiter conſtanterque agat. Amore Dei inflammatus, non modò probra, convicia, contumelias patienter ferat, ſed mortem ipſam, ſi opus fuerit, forti invictoque animo ſubeat, memor præclaræ S. Cypriani ſententiæ. *Chriſtiani ultra aut durare, aut eſſe jam non poſſumus, ſi ad hoc ventum eſt ut perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. Nam &*

S. Cyprianus Epiſt. 55.

E

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*Gentiles & Judæi minantur, & Hæretici, atque omnes quorum pectora & mentes diabolus obſedit, venenatam rabiem ſuam quotidie furioſa voce teſtantur. Non tamen idcirco cedendum eſt, quia minantur: Aut ideo adverſarius & inimicus major eſt Chriſto, quia tantùm ſibi vindicat & aſſumit in ſæculo. Manere debet apud nos fidei robur immobile, & ſtabilis atque inconcuſſa virtus contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine & mole debet obſiſtere . . . . Non idcirco relinquenda eſt Eccleſiaſtica Diſciplina, aut Sacerdotalis ſolvenda cenſura, quoniam convitiis infeſtamur, aut terroribus quatimur . . . Sacerdos Dei Evangelium tenens, & præcepta Chriſti cuſtodiens, occidi poteſt, non poteſt vinci.*

LXI. Recitato Officio, aliquid temporis in divinarum rerum contemplatione, pioque tacitæ Meditationis ſtudio ponat. Ita enim fiet ut divini amoris ardore inflammatus, qui orando meditandoque maximè exardeſcit, auditores ſuos ad caritatis, quæ virtutum omnium ſeminarium eſt, ſtudium incendat ardentiùs.

LXII. Miſſæ ſacrificium quotidie offerre non prætermittat, niſi legitimâ causâ impediatur. Hoc ſanctiſſimi ſacrificii uſu frequenti, cùm ſibi in omnes ſanctè agendi partes plurimùm proderit, tum Fideles etiam excitabit, ut ejuſdem ſacrificii cultores ſint & diligentiores & religioſiores.

*S. Carolus Borromæus, in Inſtruct. Prædic. verbi Dei.*

LXIII. Prædicationis nomine vel occaſione, nullam eleemoſynam paciſcatur Concionator. Si qua ſponte datur, Monaſterio ſuo eam in commune conferat Regularis, aut Superiori pro Inſtituti cujuſque ratione & Regula tradat, memor voti paupertatis. Nihil ſibi petet aut extorquebit. Non veſtem, non induſia, non ſudariola, aut cætera id generis quæritabit: nec ullum munus, etiam cibarium capiet; niſi valetudinis imbecillitas aliquod eſculentæ aut poculentæ rei donum requi-



rat. Caveat ut non ſolùm crimine, ſed etiam omni vel leviſſima ſuſpicione avaritiæ careat: quæ ubi in animum irrepſerit, illumque occupaverit, omnem ſanctè agendi curſum, atque adeo progreſſum impedit. Ne animo quidem appetat, nedum petat quidquam, etiam pro Monaſterio ſuo, quod ſibi aliquam cupiditatis notam inurat. Ne eleemoſynas pro Miſſarum celebratione aucupetur. Ne circumeat domos, velut prædicationis ſtipendium, inſtar mercenarii, quæſiturus. Si quid ſponte offerri moris ſit, piam conſuetudinem in memoriam revocet Parochus, vel alter Eccleſiæ Rector; ipſeque vel Sacerdos alius ab eo deputatus, aut Matricularius recipiat, & abeunti Concionatori tradat. In urbibus, in quibus Conciones habet, mulieres elegantioris formæ ne roget ac invitet Concionator, quæ omni mundo muliebri ornatæ, in Templo vel ædibus pro ipſo quæſitum uberiorem faciant, ſeu amplius honorarium non tam colligant, quam extorqueant: immò hanc, ſicubi invaluerit, corruptelam, aboleri curet; nec mulieribus hoc officium committi ullatenus patiatur. Concionator denique *ſollicitè curet ſe ipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* Non quærat *quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti.* Non requirat *datum, ſed fructum.* Ex animo dicat cum Apoſtolo, *Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris.* In omnibus exhibeat ſe ſicut Dei Miniſtrum, qui verè dicere poſſit: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

*2. Tim. 2. 15.*
*Philipp. 4. 17.*
*2. Cor. 12. 14. 15.*
*Galat. 6. 14.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# INSTITUTIONIS CONCIONATORUM

## PARS SECUNDA.

*SIVE*

Theologiæ Dogmaticæ & Moralis ad Conciones pro ſingulis Dominicis, necnon Quadrageſimalibus Feriis, & præcipuis Feſtis totius anni accommodatio.

---

### DOMINICA I. ADVENTUS.

*Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis... Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube, cum poteſtate magna, & majeſtate.* Luc. 21.

MUltiplex Dei Judicium. Noviſſimi judicii tempus ignotum. Signa illud præcedentia. (*Lib. 1. q. 2. Art. 8.* quo ſeptimus Symboli Articulus explicatur.) *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.* Cur præter privatum de ſingulis, alterum etiam de univerſis hominibus judicium fieri neceſſe ſit? Lege quinque rationes *ibidem* §. 2. *expoſitas.* Chriſtus Dominus ut homo judicabit. Judicis dotes. Ultima ſententia. (*Ibid.* §. 3.) Nunc timendum, ne tunc timeamus, &
Apoc. 14. areſcamus præ timore. *Timete Dominum, & date illi honorem. Appropinquat* enim *hora judicii ejus.* Æterna ſeparatio à facie Dei timenda eſt. Mutemur, & non
Pſal. 118. 120. timebimus. *Confige timore tuo carnes meas, à judiciis*



*enim tuis timui* (inquit Propheta.) Timore caſto, non timore ſervili timendum judicium. Iniqui diem judicii timent ut ſervi improbi timent adventum & præſentiam Domini; Juſti verò & pii diem judicii timent timore caſto, & conjuncto cum amore, & deſiderio, ſicut filii deſiderant præſentiam Patris, quem reverentur, colunt & diligunt. *His autem fieri incipientibus* Luc. 21.
(inquit Chriſtus) *reſpicite & levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Tunc complebitur redemptio electorum, cùm peccandi poteſtas auferetur. Nam *prima libertas poſſe non peccare: noviſ-* S. Auguſtinus
*ſima erit* multò major, *Non poſſe peccare* (inquit S. lib. de Corrept. & Grat. c. XI.
Auguſtinus.) Supremi judicii ſigna nobis indicat Chriſtus Dominus, non ut illud fugiamus; id enim impoſſibile. *Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal* 2. Cor. 5. 10.
*Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum.* Et quò à facie Dei fugeremus? Una tantùm ſupereſt fugiendi ratio: ab ipſo ad ipſum, à Deo irato, ad Deum placatum. Qui litem difficilem & magni momenti habent, in qua de ſumma rerum ſuarum agitur, de fortunis, de honore, de vita, quid non faciunt, quem lapidem non movent, ut judicem ſibi concilient, ac propitium reddant? De ſalute noſtra æterna agitur, de beatitudine vel damnatione æterna. Judicem habemus quem flectere poſſimus, promereri, placare pœnitentiâ noſtrâ, lacrymis, precibus, jejuniis, eleemoſynis; & minimè curamus. Pronus eſt ad miſericordiam. Juſtitiam ſuam in peccatores non exercet, niſi propemodum compulſus per ipſorum peccata. *Juſtitia* (inquit Tertullianus) *opus à* Lib. de Reſurr. Carnis,
*Deo peregrinum: Deus de ſuo optimus, de noſtro juſtus.* c. 14.
*Niſi enim homo deliquiſſet, optimum ſolummodo Deum noſſet ex naturæ proprietate: & nunc etiam juſtum eum patitur ex cauſæ neceſſitate.* Ideo de juſtitiâ & indignatione ſuâ ait: *Ecce furor meus & indignatio mea con-* Jerem. [illegible]
*flatur ſuper locum iſtum.* Conflari dicuntur inſtrumen-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

ta ab agente ſeparata, gladii, lanceæ, ſagittæ, non quæ à natura inſunt, ut cor generoſum, manus fortes, pedes veloces, corpus agile. Quamobrem conflandi verbo utitur Deus, ubi de juſtitiâ exercendâ ſermo erit, ut iracundiam quaſi ſibi extraneam & à naturâ ſua alienam eſſe ſignificet, vimque ſibi fieri quodam modo, cùm punire cogitur homines, peccatis illorum ad iracundiam provocatus. Aliter verti poſſe S. Hieronymus obſervat: *Ecce furor meus & indignatio mea ſtillavit ſuper locum iſtum.* Et eſt ſenſus: *Ego quidem naturaliter non iraſcor, ſed illi ita agunt ut me ad iracundiam provocent: & meam videar mutare naturam. Sentient igitur iratum, quod quantum in ſe eſt, facere conantur.* Pulchrèque non ait, *Effuſus eſt furor meus ſuper locum iſtum, ſed ſtillavit, ut moderatam pœnam ſignificet. Si autem in ſtilla furoris tanta duritia eſt, quid fiet ſi omnis imber fuerit effuſus*, ut certè in die Judicii effundetur? *Sed & conflata indignatio ſic intelligi poteſt, ut quod diu facere noluit, peccatorum multitudine facere compellatur.* Cùm autem Deus iratus fuerit, & homines, & ea quæ hominum ſunt, parem interitum ſuſtinebunt. *Et ſuccendetur*, furor ſcilicet Domini, *& non extinguetur: quia non agit populus, per quæ poſſit extingui.* Lachrymis pœnitentiæ, bonis operibus, eleemoſynis ira Dei impræſentiarum extingui poteſt.

*S. Hieron. in Cap. 11. Jerem.*

Præcedentibus ſignis peccatores Deus admonet, ut ejus iram & juſtitiam vindicem pœnitendo effugiant. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus: ut liberentur dilecti tui.* Diem igitur judicii frequenter cogitemus, & vitemus peccatum, & jam commiſſa pœnitendo deleamus: *Et obſervabo me ab iniquitate mea, quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo.*

*Pſal. 59. 6.* *Pſalm. 17. 24.*

*Erunt ſigna in ſole, & luna & ſtellis.* De ſole materiali, de luna & ſideribus, quæ corporis oculis affulgent, & dici noctique præſunt, hæc ad litteram intel-



liguntur: ſi verò hæc ad ſenſum myſticum inflectamus, erunt ſigna in ſole Juſtitiæ, Chriſto ſcilicet Judice; in luna, id eſt, in conſcientia peccatoris, qui *ut luna mutatur*; & in ſtellis, id eſt, in Sanctis, qui *fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* In Chriſto Judice videbunt reprobi ſigna iræ, quam nunquam poterunt placare. In propria conſcientia videbunt ſigna confuſionis, quam non poterunt vitare. In Sanctis videbunt ſigna beatitudinis & gloriæ, quam non poterunt ſperare.

*Eccli. 27. 12.* *Dan. 12. 3.*

Nunc per alternas vices miſericordiam & juſtitiam ſuam Deus erga peccatores exercet, immò juſtitiam exercendo miſeretur, iraſcitur ut Pater, filios puniens ut revocet ad officium. *Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum comminabitur . . . Miſericors Dominus & juſtus, & Deus noſter miſeretur . . . Numquid obliviſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Hinc Tertullianus: *Deus poſt tot & tanta delicta humanæ temeritatis à Principe generis Adam auſpicata, poſt condemnatum hominem cum ſæculi dote, poſt ejectum paradiſo, mortique ſubjectum, cum rurſus ad ſuam miſericordiam maturaviſſet, jam inde in ſemetipſo pœnitentiam dedicavit, reſciſſa ſententia irarum priſtinarum, ignoſcere pactus operi & imagini ſuæ.* In ſupremo autem judicio nullus erit erga reprobos miſericordiæ locus. *Non addam ultra miſereri, ſed oblivione obliviſcar eorum.* Nunc *ſuperexaltat miſericordia judicium.* In noviſſimo verò die *judicium erit abſque miſericordia his qui non fecerint miſericordiam*: qui nec proximi, nec animæ ſuæ miſerti fuerint. Tunc *accipiet armaturam zelus illius.* Tunc *Triumphator Iſrael non parcet, non flectetur.* Nunc velut digitum adhibet duntaxat ad punitionem peccatorum: *Digitus Dei eſt hic.* In ſupremo verò judicio manum ſuam ſuper peccatores aggravabit. *Oſtendam eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam & virtutem meam: & ſcient*

*Pſal. 102. 9.* *Pſal. 114. 5.* *Pſal. 76. 10.* *Habacuc. 3. 2.* *Lib. de Pœnit. Cap. 2.* *Oſeæ 1. 6.* *Jacobi 2.* *Sap. 5. 18.* *1. Reg. 15. 29.* *Exod. 8. 19.* *Jerem. 16. 21.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*nomen mihi Dominus.* Tunc peccator deſperatus, & blaſphemans Deo dicet: *Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ adverſaris mihi.* (Job. 30. 21.)

Tunc peccator omnia ſcelera ſua in conſcientia ſua videbit, nec ipſe ſolus, ſed homines univerſi, ad opprobrium ejus ſempiternum. *Immittam furorem meum in te*, ait Dominus; *& judicabo te juxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor; ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erunt.* (Ezech. 7. 3. 4.)

Tunc denique peccatores videbunt in Sanctis, qui in corporibus glorificatis redivivi obviàm ibunt Chriſto in aëra, ſemper cum Domino futuri, & ad dexteram ejus poſiti ad Regni æterni poſſeſſionem vocabuntur; in illis (inquam) videbunt reprobi ſigna gloriæ, quam illis ſperare non licebit, ad ignem æternum damnatis, ad tenebras ſine lumine, ad ſupplicia ſine fine. Magnum chaos & inſuperabile inter ſanctos & reprobos firmabitur, ita ut ad illos tranſire numquam poſſint. (Luc. 16.)

Præparemus nos ad judicium divinum: ſic vivamus, ut rationem omnium operum, verborum, conſiliorum & intentionum, cogitationum denique noſtrarum Deo reddituri. Vigilemus, & oremus, Chriſto fideles ſimus, mandata ejus accuratè ſervantes. Dies Domini, *ſicut fur in nocte, ita veniet.* (1. Theſſ. 5. 2.) *Vigilate ergo, quia neſcitis quâ horâ Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pater-familias quâ horâ fur venturus eſſet, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos eſtote parati, quia quâ neſcitis horâ Filius hominis venturus eſt . . . Beatus ille ſervus, quem, cùm venerit Dominus ejus, invenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Si autem dixerit malus ſervus in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conſervos ſuos, manducet* (Matth. 24. 42. & ſeqq.)



*autem & bibat cum ebrioſis: veniet Dominus ſervi illius, in die quâ non ſperat, & horâ quâ ignorat: & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & ſtridor dentium.*

---

## DOMINICA II. ADVENTUS.

*Joannes autem cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus? Et reſpondens Jeſus ait illis: Euntes renuntiate Joanni quæ audiſtis, & vidiſtis: cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur, & beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.* (Matth. XI. 2. 3. 4. & ſeq.)

QUàm neceſſaria ſit fides in Chriſtum Filium Dei unicum, Dominum noſtrum. (*Lib. 1. c. 2. Art. 3. §. 1.*) Hoc fundamentum fidei noſtræ ac ſalutis: *Unus Deus: Unus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus* (1. Tim. 2.) (*ibid.*) Fides explicita Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſub Lege gratiæ neceſſaria eſt ad ſalutem omnibus & ſingulis hominibus, tam neceſſitate medii, quàm neceſſitate præcepti. (*Lib. 4. Cap. 3. Art. 8. Regula 5.*) Fides Chriſtiana in duorum hominum cauſâ propriè conſiſtit. (*Lib. 1. Cap. 2. Art. 3. §. 1.*) Juſti antiqui Chriſti Mediatoris fide juſtificati ſunt. (*ibid.*) Gratia Chriſti Jeſu erat tempore Legis veteris, ſed occulta. Spes futuræ per Chriſtum redemptionis in Mundi initio præmonſtrata. Abraham fide Incarnationis Filii Dei imbutus. Inſignes Chriſti venturi figuræ & Prophetiæ . . . Quomodo & per quid Chriſtus Mediator eſt? §. 2. Ad Chriſtum adeundum cum

*S. Auguſt. Enchir. [illegible] Inter Deum Trinitatem, & hominum infirmitatem & iniquitatem, Mediator factus eſt homo, non iniquus, ſed tamen infirmus; ut ex eo quod non iniquus,*

*Jungeret te Deo; ex eo quòd infirmum, propinquaret tibi: atque ita, ut inter hominem & Deum Mediator exiſteret, Verbum caro factum eſt.*

Diſcipulis Joannis, ut ab ipſo doceantur. Chriſtus ſcilicet ſummus Propheta & Magiſter à Moyſe & Prophetis prænunciatus. Quæ Chriſtus docuit? Gentes docuit verum Dei cultum. Item quæ ſit vera felicitas, & quomodo ad illam perveniatur. Summa doctrinæ Chriſti. Ipſum eſſe verum Meſſiam, verum Dei Filium, Dei hominumque Mediatorem, omnium hominum Salvatorem, viam, veritatem & vitam ab ipſo diſcemus. Vitam, quam Juſti omnes ante ejus adventum deſiderarunt, ut à morte peccati, in quam per Adamum inciderat, genus humanum liberaretur. Veritatem, quâ figuræ omnes ipſum, ejuſque myſteria adumbrantes, promiſſa Patriarchis facta, Prophetarum denique vaticinia implerentur. Chriſtus enim *ſignaculum omnium*

Tertullian. lib. Adverſ. Judæos.

*Prophetarum* (ait Tertullianus) *adimplens omnia quæ retrò de eo Prophetæ nuntiaverant. Poſt enim adventum Chriſti & paſſionem ipſius, jam non viſio, neque Prophetes eſt, qui Chriſtum nuntiet venturum.* Ideo Evangeliſta ait: *Lex & Prophetæ uſque ad Joannem.* Idque

Luc. 16.

Daniel. 9. 24.

Daniel prædixerat celebri oraculo: *Septuaginta Hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum.* Diſcemus Chriſtum eſſe viam, quam ſequi homines debent

Joan. 14. 6.

univerſi, ut ad Deum perveniant. *Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, niſi per me.*

I. Juſti veteris Legis Chriſtum ardenter deſiderabant. Illorum deſideria Eccleſia exprimit ſacro hoc Adventus Dominici tempore. *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem Filiæ Sion . . . Rorate Cæli deſuper, & nubes pluant Juſtum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem . . . Utinam dirumperes cælos & deſcenderes!* Ferventia illa veterum juſtorum deſideria exprimunt ſolemnes Antiphonæ

Iſai. 16. 1.

Iſai. 45. 8.

Iſai. 64. 1.



quæ ſeptem diebus ante Nativitatem Domini in Eccleſia ad *Magnificat* canuntur, *O Sapientia! O Oriens, O Clavis David! O Emmanuel*, &c. De Chriſto ſcilicet vaticinatus eſt Aggæus Propheta: *Veniet deſideratus cunctis Gentibus.* De ipſo longè ante prædixerat Jacob; *Non auferetur ſceptrum de Juda & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt: & ipſe erit exſpectatio Gentium.* De illo Jeremias: *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: In umbra tua vivemus in Gentibus.*

Aggæi. 2. 8.

Geneſ. 49. 10.

Lamentat. 4. 20.

Hic eſt in quo Pater Æternus nos *vivificavit*, & *benedixit omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus.* Hic eſt qui nos *reconciliavit Deo per crucem*, per quem *habemus acceſſum in uno Spiritu ad Patrem.* Hic eſt, ſine cujus gratia nulla opera noſtra Deo grata eſſe poſſunt, nec meritoria ſalutis æternæ; *Sicut enim*, inquit, *palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere*, &c. Hic eſt, ſine quo orationes noſtræ non ſunt acceptæ Deo, nec exaudiri poſſunt, niſi per ipſum factæ. Quod nos docet Eccleſia, orationes ſuas ita concludens: *Per Dominum noſtrum JeſumChriſtum Filium tuum.* Certò ſciens quòd *Oratio quæ non fit per Chriſtum, non ſolùm non poteſt delere peccatum, ſed etiam ipſa fit peccatum:* (ut loquitur S. Auguſtinus.) Hic eſt Pontifex magnus, qui non per ſanguinem victimarum legalium, quæ peccata per ſe expiare non poterant, *ſed per proprium ſanguinem, ſemel introivit in ſancta, æterna redemptione inventâ.* Hic *Novi Teſtamenti Mediator qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, per ſanguinem ſuum emundans conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi.* Hic eſt, qui *una oblatione* corporis *ſui conſummavit in ſempiternum ſanctificatos:* & ſemper vi-

Epheſ. 2.

Epheſ. 1. 3.

Joan. 15.

S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 108.

Hebr. 9. & 10.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vit, atque ad dextram Dei ſedet Pontifex magnus, interpellans pro nobis. *Adeamus ergo cum fiducia ad* (Hebr. 4. 15.16.) *thronum gratiæ: ut miſericordiam* per ipſum *conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Hæc ſumma eorum, quæ de Chriſto ſcire & credere debemus. Verùm credere non ſufficit Jeſum Chriſtum Dei Filium, propter nos hominem factum, redemptorem noſtrum eſſe ac mediatorem, pro nobis mortuum, Deo pro peccatis noſtris copioſam ſatisfactionem exhibuiſſe, propter noſtram juſtificationem reſurrexiſſe, aſcendiſſe (1. Joan. 2.) in cælos ut pararet nobis locum, & *Advocatus* noſter eſſe apud Patrem: hæc, inquam, ſcire & credere non ſufficit, niſi Chriſto Jeſu, ut membra capiti, ut ſervi Domino noſtro adhæreamus, niſi ipſum diligamus, & mandata ejus ſervemus. *Et in hoc ſcimus, quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus obſervemus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. Qui autem ſervat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt: & in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare.* Chriſtianus veraciter non dicitur, qui Chriſtum minimè imitatur. Si in Chriſtum creditis, operibus fidem comprobate. Morum veſtrorum ſanctitas demonſtret, vos alium non exſpectare. *Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?* Si creditis Chriſtum eſſe verum Meſſiam ac Salvatorem mundi, ut credebat Joannes Baptiſta, fidei veſtræ ſinceritatem oſtendite, ut Joannes. Mittite domeſticos veſtros ad Jeſum. Suſtinete libenter perſecutiones & tribulationes, ut Joannes vincula ſua & carcerem Herodis, & in iis ſemper memores eſtote (S. August. Serm. 197.) Chriſti Jeſu, ſcientes quòd *Chriſtianorum eſt pati mala temporalia, & bona ſperare ſempiterna.* Propter hanc ſpem Chriſtiani facti ſumus. Seceſſum in deſertum cum Joanne vobis non imperamus, ſed ſeceſſum ab occaſionibus peccati, à ſocietate & familiaritate ho-



minum improborum, à conſilio impiorum, à viis peccatorum, à cathedra peſtilentiæ, à popinis, ludis, ſpectaculis, à mulierum frequentatione quibuſcum periclitatur innocentia. Chriſti nomine jubemus ne mundum diligatis, & ea quæ in mundo ſunt: quia *Si quis diligit mundum, caritas Patris non eſt in eo.* (1. Joan. 2.) Mundus iſte vobis deſertum ſit, ad æternam patriam ſuſpirantibus. *Quid exiſtis in deſertum videre?* Non imperamus ut veſtimentum veſtrum ſit ex pilis camelorum, ſicut Joannis, ut victus veſter ſint locuſtæ & mel ſilveſtre: ſed ut frugalitatem in victu, modeſtiam in veſtitu ſervetis, ut Chriſtianos decet: *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus enim prope eſt.* Chriſtianis mulieribus præcipimus Chriſti nomine ut luxui renuncient, ne cultum affectent quo *luxuria negotiatur aut gloria inſoleſcit:* Hortamur ut *cum verecundia & ſobrietate* (Tertullian. de Habitu muliebri.) *ornent ſe, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa: ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* Præcipimus ut *in-* (1. Timot. 2.) *duamini Dominum Jeſum Chriſtum*: ut mortificationem ejus in corporibus veſtris circumferatis; ut attendatis ad exitum infelicem & ſortem divitis illius reprobi, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè, & ſepultus eſt in infernum. *Quid exiſtis in deſertum videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.* Hortamur ut Joannis conſtantiam in Chriſtianarum virtutum praxi, & divinorum obſervantia mandatorum imitemini; ut in bono propoſito, quo peccatum fugere ſtatuiſtis, & pœnitentiam agere, firmi conſtanteſque ſitis: ne proſperitas vos extollat, ne dejiciat adverſitas, ne tentationis ventus in peccatum impellat minimè radicatos in caritate Chriſti; ne per alternas pœnitentiæ & peccatorum vices levitas veſtra, inſtar fragilium arundinum, innoteſcat. *Quid exiſtis videre? Arundinem vento agitatam?* Hortamur ut ſecundùm Evangelium

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vivatis, ut Chriſtum audiatis. Sed heu! quot ex iis qui Chriſtianam Religionem profitentur, Evangelii præcepta faſtidiunt, crucem refugiunt? Inimici crucis Chriſti, qui terrena ſapiunt, quorum Deus venter eſt, quorum gloria in confuſione ipſorum: qui Chriſtianiſmum vellent cum ſæculi voluptatibus, cum divitiarum cupiditate, cum ſuperbia vitæ & gloria mundi conjun- Math. 19. 23. ctum: cùm Chriſtus prædicet: *Dives difficilè intrabit* Luc. 6. 24. *in Regnum cœlorum ... Væ vobis divitibus ... Si quis vult venire poſt me, abneget ſemet ipſum, & tollat cru-* Math. 16. 24. *cem ſuam, & ſequatur me ... Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde ...* Cùm Apoſtolus Chriſti Math. 11. 29. nomine jubeat: *Nolite conformari huic ſæculo ... Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpi-* Rom. 12. 2. *ritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Qui ſæculo ſe conformant, non Evangelio, hi certè in Chriſ- Rom. 8. 13. to ſcandalizantur, nec ad eos pertinet illa Salvatoris noſtri ſententia: *Beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.*

II. *Ite, renunciate Johanni quæ audiſtis & vidiſtis: Cæci vident, &c.* Chriſti miracula, ſunt divinitatis ejus, & miſſionis à Patre argumenta firmiſſima, maximè ſi cum Prophetarum vaticiniis comparentur, Iſaiæ 35. 4. *Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum*; Iſaiæ 16. 1. *Spiritus Domini ſuper me, eò quod unxerit Dominus me: ad annuntiandum man-* Luc. 4. 18. 19. 20. 21. *ſuetis miſit me.* Quod à Propheta non ſuo, ſed Chriſti nomine dictum, & in ſe adimpletum Chriſtus in Nazarena Synagoga oſtendit. Quamobrem miſſionem ſuam & divinitatem non ſemel probat Judæis ex ope- Joan. 5. 36. ribus & miraculis à ſe editis. *Ego autem*, inquit, *habeo teſtimonium majus Joanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me ....*



*Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si* Joan. 10. 37. *autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoſcatis & credatis quia Pater in me eſt, & ego in Patre.* Expendamus, quæſo, an opera & miracula quæ Chriſtus in Chriſtianis operatur, probent ipſorum fidem in Chriſtum Salvatorem ac Dominum noſtrum. Heu! quàm infrequentia ſunt, hominum infidelitate obicem ponente gratiæ Salvatoris. An *cæci vident?* Immò cæcis plenus eſt mundus, qui nolunt à Chriſto illuminari, qui tenebras ſuas diligunt magis quàm lucem; qui quærunt & amant Doctores Moralis laxioris, faciles & benignos conſcientiarum Moderatores, prurientes auribus, qui eorum cupiditatibus blandiantur, cæcos & duces cæcorum. An *ſurdi audiunt?* Immò ſurdorum propemodum infinitus numerus eſt. Pœnitentiam prædicamus peccatoribus, reſtitutionem uſurariis, & aliis qui fraudibus & malis artibus divitias congregarunt, injuriarum condonationem, & dilectionem inimicorum his qui inimicos habent aut habere ſe putant: præcipimus cum Apoſtolo *Divitibus hujus ſæculi non ſublime ſapere, neque* 1. Tim. 17. *ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, &c.* Sed aures habent, & non audiunt. Facti ſunt ſicut aſpides ſurdæ & obturantes aures ſuas, quæ non exaudiunt vocem incantantium. Num *leproſi mundantur, & mortui reſurgunt?* Immo Chriſtiani innumeri peccatorum leprâ maculati, vita gratiæ privati, in ſepulcro pravæ conſuetudinis, in habitu peccati, in occaſionibus proximis cum ſcandalo fœtentes, oſtendere nolunt lepram ſuam, aperire nolunt conſcientiam Sacerdoti per confeſſionem Sacramentalem, ut mundentur; nec audire volunt interiorem gratiæ vocem dicentis: *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis, & il-* Ephes. 5. 14. *luminabit te Chriſtus.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## IN EADEM DOMINICA.

*Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?*

[Proverb. 25. 27.] LAudabilis & ſalubris curioſitas eſt in ſalutis negotio, non quæ ſcrutatur myſteria, quia *Scrutator* [Iſa. 40. 13.] *majeſtatis opprimetur à gloria* : &, *Quis novit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit?* Sed quæ de myſteriis & rebus divinis ad ſalutem ſuam pertinentibus ſtudet doceri. [Lib. de Præſcript. C. 14.] *Age jam qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis*: (inquit Tertullianus.) [S. Bernard. Serm. 1. in Adventu Dom.] Ut igitur Chriſtianos ad celebrandum qua par eſt devotione Adventum Domini diſponamus, quærendum ac explicandum eſt, Quis veniat? Ad quid veniat? Quando veniat?

[S. Thomas 3. p. q. 3. a. 8.] I. *Quis venit?* Dei Filius unicus, Filius conſubſtantialis Patri, coæqualis, coæternus. Filium incarnari magis decuit quàm Patrem aut Spiritum Sanctum. Primò, quia artifex opus quod per artem ſuam fecit, per eamdem, ſi collapſum aut depravatum fuerit, reficit & emendat. Cùm igitur ſupremus artifex Deus, per Filium ſuum, per Verbum ſuum, per Sapientiam ſuam, quæ eſt ars ejus, condiderit hominem; per Filium eumdem reformare & reparare decuit. [Serm. 11. de paſſione Domini.] *In hac ineffabili unitate Trinitatis* (inquit S. Leo) *cujus in omnibus communia ſunt opera atque judicia, reparationem humani generis propriè Filii perſona ſuſcepit, ut quoniam ipſe eſt per quem omnia facta ſunt & ſine quo factum eſt nihil, quique plaſmatum de limo terræ hominem flatu vitæ rationalis animavit, idem naturam noſtram ab æternitatis arce dejectam amiſſæ reſtitueret dignitati, & cujus erat conditor, eſſet etiam reformator.*

Secundò, Filius Dei eſt æterna Sapientia, à qua omnis



nis ſapientia hominum derivatur: & ideo per hoc homo in ſapientia perficitur, quòd verbi Dei ſit particeps, ſicut Diſcipulus inſtruitur recipiendo verbum Magiſtri. Unde Eccleſiaſt. 1. dicitur: *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis.* Et ideo ad conſummatam hominis perfectionem conveniens fuit ut Verbum Dei humanæ naturæ perſonaliter uniretur. *Non enim aliter nos diſcere poteramus quæ ſunt Dei, niſi Magiſter noſter Verbum exiſtens, homo factus fuiſſet. Neque enim alius poterat enarrare nobis quæ ſunt Patris, niſi proprium ipſius Verbum. Quis enim alius cognovit ſenſum Domini, aut quis alius Conſiliarius ejus factus eſt? Neque rurſus nos aliter diſcere poteramus, niſi Magiſtrum noſtrum videntes* (inquit S. Irenæus Lib. 5. Cap. 1.) Ideo Filius Dei caro factus eſt, nec tamen mutatus in carnem; ſicut verbum cùm fit vox, ut ab auditoribus capiatur, non mutatur in vocem. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4.*)

Tertiò, perſona Filii humanam naturam aſſumpſit, ut impleretur prædeſtinatio eorum qui præordinati ſunt ad hereditatem cæleſtem, quæ non debetur niſi filiis ejus. *Si filii, & heredes.* Decuit igitur ut Filius Dei [Rom. 8. [illegible]] incarnaretur, ut adoptandos in hereditatem vocaret, & conſenſum ſuum in gratia adoptionis comprobaret. Neque enim ſine conſenſu filii naturalis ducendi erant in hereditatem qui à Patre alieni erant. Miſit ergo Pater pro filiis, venit Filius pro fratribus, ut filii nomen adoptandi perciperent, & per illum cujus erat, & ab illo à quo erat. Adoptionis igitur gratiâ per Chriſtum Jeſum Filium Dei unicum donati ſumus. Nos hereditas Chriſti, & hereditas noſtra Chriſtus. (*Lib. 1. Quæſt. 2. §. 6.*) Licèt porro tres perſonæ Sanctiſſimæ Trinitatis Incarnationem operatæ ſint, ſolus tamen Dei Filius incarnatus eſt. (*Eodem ib. & Quæſt. Art 4. §. 4.*)

II. *Ad quid venit* Dei Filius? Ad humani generis redemptionem. *Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cælis . . . & homo factus eſt.*

F

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Propter nos homines, viliſſimas creaturas, propter nos *Hebr. 2.* peccatores: non propter Angelos. *Non Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Peccaverant Angeli, pec- *2. Petri 2. 4.* caverat homo, Deus autem *peccantibus Angelis non* *Judæ 6.* *pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, & in judicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſervavit.* Hominum verò miſertus eſt, & ſic eos dilexit, æquè immeritos, ut Filium ſuum unigenitum daret. Deſcendit Filius à ſummo cælo, è ſinu Patris ut homines perditos repararet, captivos à diaboli tyrannide liberaret, pro noſtris peccatis ſatisfaceret Deo, nec pro noſtris tantùm, ſed totius Mundi. Ita venit propter nos peccatores, ut ſi homo in ſtatu innocentiæ perſeveraſſet, Filius Dei incarnatus non fuiſſet. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4. §. 8.*) Factus eſt nobis via per quam redeamus ad Deum. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Jeſus ve-* *1. Tim. 1. S. Auguſt. Serm. 171. alias 9. de verbis Apoſt.* *nit in mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ. Si venit de cælo magnus Medicus, magnus per totum orbem terræ jacebat ægrotus. Ipſe ægrotus genus humanum eſt;* (inquit S. Auguſtinus.) *Si enim homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus, in ſuæ naturæ honore manſiſſet, nec diaboli fraude deceptus, à lege ſibi poſita per concupiſcentiam deviaſſet, Creator mundi* *S. Leo Serm. 71.* *creatura non fieret;* (inquit S. Leo.) Magnum aliquid in cauſa fuiſſe credendum eſt, ut Majeſtas tanta de tam longinquo in locum tam indignum deſcendere dignaretur. *Ecce nomen Domini venit de longinquo.* *Iſa. 30. Serm. 1. de Adventu Dom.* Planè magnum aliquid (inquit S. Bernardus) quia miſericordia magna, quia miſeratio multa, quia caritas copioſa. Adventûs ejus cauſam & verba & opera clamant. Ad quærendam quippe ovem centeſimam quæ erraverat, de montibus properavit: & ut confiteantur manifeſtiùs Domino miſericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum, propter nos venit. Mira quæren-



tis Dei dignatio, magna dignitatas hominis ſic quæſiti. In qua ſi gloriari voluerit, non erit inſipiens: non quòd aliquid eſſe videatur tanquam à ſe ipſo, ſed quòd tanti eum fecerit ipſe qui fecit. *Domine quid eſt homo* *Job 7.* *quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Sed cur non potiùs homo ad Deum, quàm Deus ad hominem venit? Nos quidem magis ad eum venire dignum fuit, ſed duplex erat impedimentum. Nam & caligabant oculi noſtri, ille verò lucem habitat inacceſſibilem; & jacentes paralytici in grabato, divinam illam non poteramus attingere celſitudinem: propterea benigniſſimus Salvator & Medicus animarum, & deſcendit ab altitudine ſua, & claritatem ſuam infirmis oculis temperavit.

*S. Thomas 3. p. q. 1. a. 5. & 6.* III. *Quando venit?* Nec initio mundi, ſtatimque poſt lapſum hominis venire decuit; cùm enim homo ex ſuperbia peccaſſet, eo modo liberandus erat, ut humiliatus agnoſceret ſe Redemptore indigere. Neque ad finem Mundi Filii Dei Incarnationem differri conveniens fuit, quia Dei notitia & reverentia, & morum honeſtas penitus abolita fuiſſet in terris: *Sed ubi venit* *Galat. 4. 4.* *plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.* Priùs *Lex* *S. Auguſt. Epiſt. 120. alias 144.* Moyſi *data eſt, quæ homini demonſtrat ſuam infirmitatem, ut quærat demonſtrata infirmitas Salvatorem, à quo ſanata voluntas poſſit quod infirma non poſſet.* Venit Dei Filius ad liberandum hominem, in medio annorum, ſexta mundi ætate, cùm jam eſſet miſerendi tempus quod ab æterno prædefiniverat ac præordinaverat. Cùm magis neceſſarium erat auxilium, cùm jam refriguiſſet caritas, & abundaret iniquitas; cùm jam non appareret Angelus, non loqueretur Propheta: tunc *S. Bernard.* dixit Filius Dei, *Ecce venio.* In plenitudine temporis. Nimirum *plenitudo & abundantia temporalium, oblivionem & inopiam fecerat æternorum.* Opportunè ergo



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*advenit Æternitas, quando magis temporalitas prævalebat.*

IV. Chriſto ob ejus Adventum, & collata nobis in eo beneficia, gratias immortales agamus. Ipſum precemur ut Incarnationis ſuæ fructum nobis per gratiam ſuam applicare dignetur; Demus operam ne peccatis noſtris fiat nobis inutilis ejus Adventus. Triplex Domini adventus, *Ad homines, in homines, contra homines.* Ad homines per Incarnationem, in homines per gratiam ſanctificantem; contra homines in die judicii. Ob primum adventum gratias agamus Domino Deo noſtro, & amorem illi rependamus, qui ſic prior dilexit nos. Ad ſecundum nos præparemus per pœnitentiam, & per juſtitiam. *Juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ* (ait Propheta.) Juſtitia virtus eſt quod ſuum eſt unicuique tribuens. Tribue ergo tribus quæ ſua ſunt. *Redde ſuperiori, redde inferiori, redde æquali, cuique quod debes*, & dignè celebras adventum Chriſti, parans ei in juſtitia ſedem ſuam. Redde ſuperioribus reverentiam & obedientiam: Æqualibus, auxilium, exemplum, orationem: Inferioribus, cuſtodiam & diſciplinam. Præſta imprimis duplex iſtud officium corpori tuo. Cuſtodiam, ut non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati: Diſciplinam, ut dignos faciat pœnitentiæ fructus, caſtigatum & ſubditum ſervituti. Si nos ita geramus, primi Adventus fructum percipiemus, in quo venit ad homines in carne & infirmitate: ad medium Adventum nos diſponemus, quo venit in ſpiritu & virtute: in poſtremo denique Adventu ſecuri erimus, quo veniet in gloria & majeſtate. In primo Chriſtus fuit redemptio noſtra: in ſecundo fit juſtitia noſtra: in ultimo apparebit vita noſtra, & ſi ipſius mandata ſervaverimus, apparebimus cum ipſo in gloria.

S. Bernard. Serm. 1. de Adventu.

Pſal. 88.



## DOMINICA III. ADVENTUS.

*Miſerunt Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes & Levitas ad Joannem ut interrogarent eum, Tu quis es? Joan. 1. 19.*

DUo Chriſtianæ humilitatis cardines, cognitio Dei, & cognitio ſui. Humilitas hominem Deo ſubjicit. Humilitas Chriſtiana facit ut homo cæteris omnibus hominibus ſe poſtponat, non cognitione ſolùm, ſed affectu. (*Lib. 3. Cap. 5. Art. 9.*) Cum ſuperbia & inani gloria pugnat. Quantum inanis gloriæ periculum: (*Art. 12. Regulâ 5.*) Remedia contra vanam gloriam. 1. Operum noſtrorum defectus conſiderandi. 2. Conſiderandum, quicquid boni in operibus noſtris eſt, Dei munus eſſe. 3. Vanam gloriam nos æternæ gloriæ præmio fruſtrari. 4. Oculi noſtri à bonis operibus noſtris avertendi, & in peccata noſtra reflectendi. 5. Divinum judicium conſiderandum. 6. Conſiderandum quid nobis deſit. (*Lib. 3. c. 5. Art. 13.*) S. Joannis exemplo omnia ad Deum referenda, nihil nobis tribuendum eſt, *De noſtro nihil habemus, niſi mendacium & peccatum. Joannes Baptiſta quantò præclarior erat in natis mulierum, & quantò humilior ad cognoſcendum Dominum, tantò meruit eſſe amicus Sponſi; Sponſo zelans, non ſibi: non ſuum honorem quærens, ſed judicis ſui, quem tanquam præco præibat.* Mittunt ad eum Judæi, non viles homines, non Herodianos, ſicut miſerunt ad Chriſtum, ſed inſignem legationem, Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, *Tu quis es?* ipſum ſcilicet adulationibus ſuis adducere volebant ad fatendum ſe eſſe Chriſtum, & ad gerendum ſe pro Chriſto, ipſum potius Magiſtrum habere & populo proponere volentes quàm Jeſum; cum ob generis clari-

Concil. Arauſic. 2.

S. Joannes Chryſoſt. Hom. 14. in Joan.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tatem, & ob auſteritatem vitæ pluris faciendus ipſis videretur, quàm Jeſus, quem vulgò ut fabri filium, ut nihil ſingulare in ſua converſatione, victu & veſtitu habentem, deſpiciebant. Sed Joannes, quo nemo homo major, adulationem reſpuit, nobiſque fugiendam eſſe docet ut peſtem animæ, & cor noſtrum contra noxias adulatorum laudes muniendum, quia *Plus perſequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris.* (*Lib. 4. Cap. 10. Art. 3. Regulâ 17.*) *Confeſſus eſt* igitur Joannes, *& non negavit, & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus.* Tanta erat excellentia in Joanne, ut poſſet credi Chriſtus, & in eo probata eſt humilitas ejus, quia dixit ſe non eſſe, cùm poſſet credi eſſe. Inſtant Judæorum Legati: *Elias es tu? Propheta es tu?* Reſpondet Joannes: Non ſum. Humilitas ipſum immemorem reddit excellentiæ ſuæ. Poterat enim ſine mendacio & oſtentatione confiteri ſe eſſe Eliam, ſiquidem Chriſtus de illo ait: *Elias jam venit, & non cognoverunt eum... Tunc intellexerunt Diſcipuli, quia de Joanne Baptiſta dixiſſet eis.* Poterat ſe Prophetam confiteri; de illo ſiquidem Chriſtus dixerat: *Quid exiſtis in deſertum videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam.* Non tamen mentitur Præcurſor Veritatis, cùm negat ſe Eliam eſſe. Elias enim non erat ſecundùm proprietatem perſonæ, Elias erat ſimilitudine, ſpiritu, & virtute. Luc. 1. 17. *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ.* Chriſtus affirmat de ſpiritu, quod Joannes verè negat de perſona. Nec etiam mentitur cùm ſe negat eſſe Prophetam: Non enim unus erat ex Prophetis illis antiquis, qui venturum Chriſtum prædicebant, ſed præſentem digito demonſtrabat. *Lex & Prophetæ uſque ad Joannem.* Ipſe *limes conſtitutus inter vetera & nova, ad quem deſineret Judaiſmus, & à quo inciperet Chriſtianiſmus.* Vel interrogatus, an Propheta eſſet, non quilibet, ſed ille à Deo promiſſus Moyſi Deuteron. 18. *Prophetam de gente tua, & de fratri-*

S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 63.

S. Auguſt. Tract. 4. in Joan.

Matth. 17. 12.

Matth. 11.

S. Auguſt. S. Greg. 36.

Luc. 16.

Tertullian. lib. 4. contr. Marcion. cap. 33.



*bus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies.* Interrogatus, inquam, an eſſet ille Propheta à Judæis exſpectatus, quem ipſi à Chriſto diſtinctum eſſe arbitrabantur, quamvis non alius à Chriſto eſſet, ad eorum mentem reſpondit: *Non.* Imitemur ſancti Præcurſoris humilitatem, ne honores, titulos, laudes nobis indebitas, cùm nobis offeruntur vel tribuuntur, accipiamus, etiam juſtas modeſtè recuſemus, nobiſque diſplicere ſignificemus, quamvis placeat benevolentia laudantium. Extenuemus illas, quantùm poſſumus. Cæterùm ne mentiamur unquam humilitatis ſpecie, *ut in parte veritatis, non in parte falſitatis, humilitas collocetur: & ne humilitas conſtituta in parte falſitatis, perdat præmium veritatis.* (*Lib. 4. Cap. 10. Art. 3. Regulâ 15. p.*) Joannem urgent Legati Judæorum, *Quis es, ut reſponſum demus his qui miſerunt nos: Quid dicis de te ipſo?* Miniſterium ſuum quàm humillimè fieri poteſt vir ideo maximus, quia humillimus, declarat. *Ego*, inquit, *vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini.* Non ſe Doctorem, Prædicatorem, Præcurſorem Chriſti dicit, ſed meram vocem. Quid voce fragilius? Sonus eſt, aëris percuſſio; cùm auditur, evaneſcit; vox eſt, prætereaque nihil. Quamquam verò magna ſit iſta Joannis dignitas, quòd eo quaſi voce Verbum divinum uti dignatum ſit, ejus tamen humilitatem & modeſtiam commendat hæc reſponſio, noſque docet, humiliter de nobis ſentire, non exaltare cor noſtrum, neque efferre oculos, neque ambulare in magnis & mirabilibus ſuper nos; ſed nos *ſervos inutiles* agnoſcere & profiteri coram Deo & hominibus; *peccatores omnium notarum, nulli rei niſi pœnitentiæ natos.* O utinam vel voces eſſemus, factis Deum prædicantes! ſed heu! ex illis ſumus, de quibus Apoſtolus ait (ad Titum 1. 16.) *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Chriſtianus qui ſecundùm fidem ſuam, Deique legem vivit, *auditur dum videtur*: nam & elinguis *Philoſophia vitâ contenta eſt.*

Origenes S. Joann. Chryſoſt. S. Cyrill. &c.

S. Auguſt. De Natura & Gratia, c. 34.

Pſal. 130. Luc. 17. 10. Sic & vos cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Servi inutiles ſumus. Tertull. Lib. de Pœnit. Peccatores omnium notarum, cùm ſim, nulli rei



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Etſi eloquium conticeſcat, ipſe habitus ſonat. De occurſu meo vitia ſuffundo*, inquit verus Chriſti diſcipulus. ( Apud Tertullianum. Lib. de Pallio, C. ultimo. )

II. Inſtant Judæorum Legati, qui erant ex Phariſæis, & Joannem, quem laudibus adulatoriis ab humilitatis propoſito dimovere non potuerant, exprobrando tentant, eòque adducere conantur, ut ſe vel Meſſiam vel certè Prophetam fateatur. *Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?* Tum humillimus Præcurſor Chriſtum prædicat, extollit; ſeipſum verò magis ac magis deprimit. *Ego baptizo in aqua. Medius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cujus ego non ſum dignus ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti.*

Ego in aqua ſola baptizo: Chriſtus in ſpiritu. Baptiſma quo plebem initio, pœnitentiæ profeſſio eſt, ad baptiſma Redemptoris diſponens. Jam ille inter vos agit, & ipſum ignoratis. Poſt me venit prædicans, & baptiſma divinius atque efficacius inſtituens; longè me dignior & excellentior eſt, utpote Filius Dei unigenitus, & Mundi Salvator, cui vel abjectiſſima exhibere miniſteria non ſum dignus. Joannem Chriſtianus imitetur, cùm de inani gloria tentatur, ad Chriſtum referat omnia, ad ejus cognitionem adducere modis omnibus ſtudeat eos quibus convivit. Deploranda enim hominum ſæculo ſervientium cæcitas eſt, qui Chriſtum non cognoſcunt, neque cognoſcere ſatagunt. *Medius veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis.* Attendant ad terribilem Apoſtoli ſententiam: *Si quis ignorat, ignorabitur.* 1. Cor. 14. 38.



## DOMINICA IV. ADVENTUS.

*Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem Zachariæ filium, in deſerto. Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Luc. 3.

JOannes Miniſtrorum Eccleſiaſticorum & Prædicatorum norma, electus à Deo, atque in deſerto per multos annos in omni virtutis genere exercitatus, vitæ auſteritate cum innocentiâ ſpectatiſſimus, & Præcurſoris Chriſti jam maturus officio, illud tamen obire non aggreditur, niſi vocatus & miſſus à Deo. *Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem Zachariæ filium in deſerto.* Hinc colligitur, neminem abſque Dei vocatione in Clerum adlegendum eſſe, & ſacris Ordinibus initiandum, neminem abſque probatione; neminem niſi qui vel innocenter vixerit, vel occultas prioris vitæ maculas diuturnâ pœnitentiâ eluerit. ( *Lib. 2. Cap. 3. Art. 3. Regulis 16. 18. & 19.* ) De neceſſitate vocationis ad beneficia Eccleſiaſtica, curam præſertim Animarum habentia, vide ( *Cap. 6. ejuſdem Libri, Regulis 3. 4. & 5.* ) Non minùs neceſſaria eſt vocatio, miſſio, morumque probata integritas, ad miniſterium prædicationis Evangelicæ obeundum. *Quomodo* enim *prædicabunt, niſi mittantur?* Hinc S. Paulus *Apoſtolum* ſe dicit *per imperium Dei, per voluntatem Dei.* Iſaias Propheta ſe non offert Deo ad prædicandum, niſi mundatis labiis ab Angelo. *Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de Altari. Et tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Et audivi vocem Domini dicentis, Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi:*

Tract. De Sacramento Ordinis. Rom. 10. 15. 1. Timot. 1. 2. Tim. 1. Iſai. 6. 6. 7. 8.

*Ecce ego, mitte me.* Vitæ auſterioris eſſe debent verbi Dei Prædicatores, ut pœnitentiam populis fructuosè prædicent, ſolitudinis & ſacri ſeceſſûs amantes, à ſæculo & moribus ſæculi ſegregati, quin etiam à ſæcularium hominum, & mulierum præſertim nimia frequentatione & familiaritate; qui audiantur magis in publico, quàm videantur, *Vox clamantis in* deſerto; nec prodeant niſi neceſſitate vel caritate compulſi, ut miniſterio ſuo fungantur, & parent Domino plebem perfectam. Diſcant parentes filios ſuos Eccleſiaſtico ſtatui non temerè devovere. Diſcant Beneficiati Eccleſiaſtica beneficia nepotibus, quorum non eſt probata vocatio, carnali affectu non reſignare, ut hereditate poſſideant ſanctuarium Dei. Audiant S. Bernardi verba Epiſt. 2. ad Fulconem, de ejus avunculo ſic loquentem: *O ſenem infelicem! ô avunculum crudelem, qui ſtatim moriturus, nepotis animam prius interfecit: quem ut peccatorum ſuorum haberet heredem, Chriſti ſorte privavit: maluit in ſuis facultatibus habere ſucceſſorem, quàm pro iniquitatibus interceſſorem.* Timeant qui in Clerum, & in dignitates & beneficia Eccleſiaſtica, verbique miniſterium, ſine vocatione inſiluerunt. Ille, ille debet ad Clerum, ad Sacerdotium, ad Animarum curam, ad verbi divini prædicationem pertrahi, *Qui* S. Gregorius M. P. 1. Paſtor. C. 10. *cunctis carnis paſſionibus moriens, jam ſpiritaliter vivit, qui proſpera mundi poſtpoſuit, qui nulla adverſa pertimeſcit, qui ſola interna deſiderat.* Qui denique in mundo eſt à mundo alienus, & ſolitarius, levans ſe ſuprà ſe, velut alter Baptiſta Dei vocationem fideliter & obedienter ſequens, non temerè præveniens. *Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem Zachariæ filium in deſerto.* Vitæ ſanctimonia Concionatori neceſſaria. (*Lib. 2. Cap. 7. Art. 2. Regula XI. . . .*)

*Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Miniſterium ſuum à prædicatione pœnitentiæ exorſus eſt



Joannes. Suum etiam inde auſpicatus eſt Chriſtus. Matth. 4. 17. *Exinde cœpit Jeſus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum.* Inde etiam Apoſtolorum prædicatio cœpit. *Pœnitentiam agite.* Actor. 2. 38. Hoc vitæ, pietatiſque Chriſtianæ fundamentum.

Magna felicitas eſt hominis ſanctum Chriſti Jeſu baptiſmum recepiſſe, qui baptiſmo Joannis longè excellentior eſt. (*Lib. 2. Cap. 3. propoſitione unicâ*) Tract. de Baptiſmo. quod & ejus admirabiles effectus demonſtrant, ſcilicet, Primò, plena & perfecta remiſſio cujuſcumque peccati. (*Cap. 8. propoſit. 1.*) Secundò, pœnarum omnium peccatis debitarum à Deo benigna condonatio. (*Propoſit. 2.*) Et quamvis poſt baptiſmum pœnæ hujus mortalis vitæ remaneant; baptiſmi tamen virtute ab his juſti liberabuntur in reſurrectione. (*Propoſit. 3.*) Tertiò, Regeneratio ſeu renovatio per gratiam ſanctificantem, virtutum infuſarum ac donorum comitatu inſtructam. (*Propoſit 4.*) Adeo ut baptiſmo ſequens omnis renovatio quodam modo tribuatur. (*Propoſit. 5.*) Quartò illuminatio, & bonorum operum fœcunditas (*Propoſit 6.*) Quintò, Chriſti character, (*Propoſit. 7.*) Sextò, Regni cœleſtis, quod baptiſmo interclusum erat, apertio. (*Propoſit. 8.*) Deo gratiæ agendæ, ejuſque miſericordia laudanda ob baptiſmi beneficium. Conſiderandum quàm aliena debet eſſe ab omni crimine Baptizatorum vita. (*Lib. 2. Cap. 7. in Documento ad Morum informationem poſt octavam propoſit.*)

II. *Venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Magna Dei miſericordia, qui homini in mortale peccatum lapſo poſt baptiſmum, remedium aliud providit, aliud quodammodo lavacrum, baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſecundam poſt naufragium tabulam . . . Pœnitentia, laborioſus baptiſmus à Pa-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tribus dicitur. Pœnitentiæ virtutis natura & characteres explicantur. Non eſt ſimplex reſipiſcentia, ſeu vitæ mutatio. Tres veræ pœnitentiæ actiones. (*Lib. 2. Tract. de Pœnit. Cap. 1. Art. 2. N. 3. 4. 5.*) Sacramentum eſt à baptiſmo diverſum. (*ibid. Art. 5. Propoſit. 6.*) Pœnitentiæ baptiſmus ſæpius iterari poteſt. (*Propoſit. 7.*) Peccatores timore judiciorum Dei primò concutiendi, ut ad pœnitentiam adducantur. Sic Joannes dicebat ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ipſo: *Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? . . . Jam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Timor pœnarum utilis, diſponit enim ad juſtificationem, ſed non ſufficit: Neceſſe eſt enim ut peccatores *à divinæ* *Concil. Trid. Seſſ. 6. C. 6.* *Juſtitiæ timore quo utiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe convertendo, in ſpem erigantur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore: Illumque tanquam omnis juſtitiæ fontem diligere incipiant.* (*Lib. 2. Cap. 4. Art. 3. Propoſit. 5. & 7.*) Sine amore Dei, cor non mutabitur; non ſuſcitabuntur de lapidibus iſtis filii Abrahæ: Non parabitur via, quâ nos ad Deum revertamur, & Deus ad nos revertatur. In cor noſtrum venire debet. Cor igitur parandum, & rectum faciendum. *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.* Rectum porro eſſe non poteſt, niſi Dei amore innovetur. Unus Dei amor rectum facere poteſt, quod amor ſæculi incurvavit, obliquum fecit, corrupit. Solus ille ex ſuperbis humiles facit, & Chriſto gratiarum fonti recipiendo idoneos reddit. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Solus amor Dei intentionem rectam efficit, ſine quâ nullum opus ſanctum eſt & utile ad ſalutem: *Et erunt prava in directa.* Solus amor Dei vias aſperas complanat, & facilem, jucundam, ſuavemque reddit divinæ legis ac mandatorum obſervantiam: *Et*



*aſpera in vias planas.* Solus amor Dei facit ut digni ſint Deo pœnitentiæ noſtræ fructus. *Non enim fructus eſt bonus, qui de caritatis radice non ſurgit* (ait S. Auguſtinus) *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* Si quæratis, quos fructus: cum Joanne reſpondebo: *S. Auguſt. Lib. de Spir. & Litt. C. 14.* *Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas ſimiliter faciat.* Hæc faciendo, corda veſtra & animos ad Chriſtum naſcentem recipiendum, ut par eſt, diſponetis, illumque vobiſmetipſis probabitis potentiſſimum & beneficentiſſimum Salvatorem. *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.*

---

## IN NATIVITATE DOMINI.

*Parvulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis.* Iſaiæ 9. 6.

NObis natus, nobis datus eſt Filius Dei, & parvulus propter nos factus.

Qui fructus ex Chriſti nativitate colligendi. Sapientia Dei, quæ cibus eſt Angelorum in ſinu patris æterni, facta eſt lac hominum in ſinu Virginis matris, & in præſepi Bethleemitico . . . Filius Dei homo factus eſt, ut nos faceret filios Dei . . . Agnoſcamus igitur dignitatem noſtram, & in novitate vitæ ambulemus. Primus hic fructus ex Nativitate Chriſti colligendus . . . Fructus alter, fervens amor Dei . . . . Imitandæ virtutes, quarum nobis exemplum in Nativitate ſua Chriſtus dedit, humilitas, paupertas, mortificatio carnis. *Niſi con-* *Matth. 18. 3. & 4.* *verſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte, hic eſt major in regno cælorum.* (Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4. §. VIII.)

I. Deſiderium omnium gentium in Chriſti Jeſu nativitate impletum eſt. *Ecce venit Deſideratus cunctis* *Aggæi. 2.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tribus dicitur. Pœnitentiæ virtutis natura & characteres explicantur. Non eſt ſimplex reſipiſcentia, ſeu vitæ mutatio. Tres veræ pœnitentiæ actiones. (*Lib. 2. Tract. de Pœnit. Cap. 1. Art. 2. N. 3. 4. 5.*) Sacramentum eſt à baptiſmo diverſum. (*ibid. Art. 5. Propoſit. 6.*) Pœnitentiæ baptiſmus ſæpius iterari poteſt. (*Propoſit. 7.*) Peccatores timore judiciorum Dei primò concutiendi, ut ad pœnitentiam adducantur. Sic Joannes dicebat ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ipſo: *Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? . . . Jam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Timor pœnarum utilis, diſponit enim ad juſtificationem, ſed non ſufficit: Neceſſe eſt enim ut peccatores *à divinæ Juſtitiæ timore quo utiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe convertendo, in ſpem erigantur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore: Illumque tanquam omnis juſtitiæ fontem diligere incipiant.* (*Lib. 2. Cap. 4. Art. 3. Propoſit. 5. & 7.*) Sine amore Dei, cor non mutabitur; non ſuſcitabuntur de lapibus iſtis filii Abrahæ: Non parabitur via, quâ nos ad Deum revertamur, & Deus ad nos revertatur In cor noſtrum venire debet. Cor igitur parandum, & rectum faciendum. *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.* Rectum porro eſſe non poteſt, niſi Dei amore innovetur. Unus Dei amor rectum facere poteſt, quod amor ſæculi incurvavit, obliquum fecit, corrupit. Solus ille ex ſuperbis humiles facit, & Chriſto gratiarum fonti recipiendo idoneos reddit. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Solus amor Dei intentionem rectam efficit, ſine quâ nullum opus ſanctum eſt & utile ad ſalutem: *Et erunt prava in directa.* Solus amor Dei vias aſperas complanat, & facilem, jucundam, ſuavemque reddit divinæ legis ac mandatorum obſervantiam: *Et*

*Concil. Trid. Seſſ. 6. C. 6.*



*aſpera in vias planas.* Solus amor Dei facit ut digni ſint Deo pœnitentiæ noſtræ fructus. *Non enim fructus eſt bonus, qui de caritatis radice non ſurgit* (ait S. Auguſtinus) *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* Si quæratis, quos fructus? cum Joanne reſpondebo: *Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas ſimiliter faciat.* Hæc faciendo, corda veſtra & animos ad Chriſtum naſcentem recipiendum, ut par eſt, diſponetis, illumque vobiſmetipſis probabitis potentiſſimum & beneficentiſſimum Salvatorem. *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.*

*S. Auguſt. Lib. de Spir. & Litt. C. 14.*

---

## IN NATIVITATE DOMINI.

*Parvulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis.* Iſaiæ 9. 6.

NObis natus, nobis datus eſt Filius Dei, & parvulus propter nos factus.

Qui fructus ex Chriſti nativitate colligendi. Sapientia Dei, quæ cibus eſt Angelorum in ſinu patris æterni, facta eſt lac hominum in ſinu Virginis matris, & in præſepi Bethleemitico . . . Filius Dei homo factus eſt, ut nos faceret filios Dei . . . Agnoſcamus igitur dignitatem noſtram, & in novitate vitæ ambulemus. Primus hic fructus ex Nativitate Chriſti colligendus . . . Fructus alter, fervens amor Dei . . . . Imitandæ virtutes, quarum nobis exemplum in Nativitate ſua Chriſtus dedit, humilitas, paupertas, mortificatio carnis. *Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte, hic eſt major in regno cælorum.* (Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4. §. VIII.)

*Matth. 18. 3. & 4.*

I. Deſiderium omnium gentium in Chriſti Jeſu nativitate impletum eſt. *Ecce venit Deſideratus cunctis* *Agg. 2.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*gentibus.* Gentes ante nativitatem Chriſti conſtitutæ *in regione umbræ mortis,* Salvatorem deſiderabant, qui vitam ipſis redderet. *In tenebris* ignorantiæ & erroris ambulantes, præceptorem & magiſtrum deſiderabant, qui ipſos ab errore liberaret. Sub gravi jugo peccati & tyrannide dæmonis gementes, deſiderabant victorem, qui *jugum oneris ejus, & virgam exactoris* confringeret. Stabulum & præſepe cunæ ſunt ubi Vita naſcitur, ut nos à morte liberet. Præſepe cathedra eſt Verbi docentis, ut nos ab errore liberet. Præſepe & ſtabulum caſtra ſunt ubi Triumphator Iſraël contra dæmonem pugnat, ut nos ab ejus ſervitute ac tyrannide liberet.

Chriſtus venit ut vitam habeamus, & abundantiùs habeamus. *Generatio Chriſti, origo eſt populi Chriſtiani: & natalis capitis, natalis eſt corporis,* (inquit S. Leo) *Habeant licèt ſinguli quique vocatorum ordinem ſuum, & omnes Eccleſiæ filii temporum ſint ſucceſſione diſtincti, univerſa tamen ſumma fidelium, fonte orta baptiſmatis, ſicut cum Chriſto in Paſſione crucifixi, in Reſurrectione reſuſcitati, in Aſcenſione ad dexteram Patris collocati, ita cum ipſo ſumus in hac novitate congeniti. Quiſquis enim hominum, in quacumque Mundi parte credentium regeneratur in Chriſto, interciſo originalis tramite vetuſtatis, tranſit in novum hominem renaſcendo; nec jam in propagine habetur carnalis patris, ſed in germine Salvatoris, qui ideo filius hominis eſt factus, ut nos filii Dei eſſe poſſimus.* Id in reſurrectione filii Sunamitidis adumbratum. Filium à Deo impetraverat pia illa mulier precibus Eliſæi Prophetæ. Hunc ipſi mors immatura præripuit. Venit ad Virum Dei in Montem Carmeli, ut filii vitam obtineret. Miſit illi Giezi ſervum cum baculo ſuo, jubens ut illud poneret ſuper faciem pueri defuncti. Mater afflicta ab Eliſæo obtinuit ut cum ipſa veniret in domum in qua puer jacebat. Giezi præceſſerat eos, & baculum Prophetæ ſuper faciem pueri fru-

*S. Leo Serm. 25.*

*4. Reg. 4.*



ſtra poſuerat; non erat vox, neque ſenſus. Reverſuſque eſt in occurſum Viri Dei, & nuntiavit ei, puerum non ſurrexiſſe. Ingreſſus domum Eliſæus, clauſoque oſtio, & fuſis ad Deum precibus, *incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus, & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reverſus, deambulavit in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcendit, & incubuit ſuper eum, & oſcitavit puer ſepties, aperuitque oculos.* Humanum genus in Adamo mortuum. Miſit Deus Legem, veluti baculum, per Moyſen ſervum ſuum. Poſuit ille baculum ſupra mortuum; non ſurrexit. *Si enim data eſſet Lex quæ poſſet vivificare, omnino ex Lege eſſet juſtitia.* Non ergo potuit Lex vivificare. *Venit ipſe* Dei Filius, *grandis ad parvulum, Salvator ad ſalvandum, vivus ad mortuum... Juvenilia membra contraxit, tanquam ſeipſum exinaniens, ut formam ſervi acciperet. Parvum ſe parvo coaptavit, ut efficeret corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori gloriæ ſuæ. Itaque in typo Chriſti Propheticè expreſſo ſuſcitatus eſt mortuus, tanquam juſtificatus impius.* Chriſti infantis lacrymis humanum genus revocatum ad vitam eſt. Monicæ Auguſtini matri ſanctiſſimæ ubertim flenti perditionem filii à Manichæis ſeducti, reſpondit olim ſanctus quidam Epiſcopus: *Vade à me, ita vivas, fieri non poteſt ut filius iſtarum lacrymarum pereat.* Et ego impoſſibile eſſe dixero ut genus humanum in morte peccati maneat, ſi quidem Jeſus infans lacrymas fundit ut ipſum ad vitam revocet. *Me illius infantiæ vagientis abluunt fletus, mea lacrymæ illæ delicta laverunt... Ille parvulus, ille infantulus fuit: ut tu vir poſſis eſſe perfectus: Ille involutus in pannis, ut tu mortis laqueis ſis abſolutus: Ille in præſepibus, ut tu in altaribus: Ille in terris, ut tu in cælis: Ille alium locum in eo diverſorio non habebat: ut tu plures haberes in cæleſtibus ſedibus manſiones.*

*S. Auguſt. Serm. 16. aliàs XI. de verbis Apoſt.*

*S. Auguſtinus, lib. 3. Confeſſ. Cap.*

*S. Ambroſ. Lib. 2. in Luc. N. 41.*

II. Non ſolùm ut nos à morte liberet, Vita naſcitur in præſepi Bethleemitico; ſed ut nos liberet ab errore, Verbum in ſtabulo docet, ac tenebras noſtras diſpellit. *Et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet.* Venit enim *ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus.* Veteris quidem Legis tempore Deus Verbum homines docebat, ſed mediatè tantùm, quia in ſubjectis creaturis; obſcurè, quia ſub variis figuris; de longè, quia cum dilatione promiſſionis. At hodie Verbum infans in præſepi homines docet, non Angelorum, aut aliorum hominum miniſterio, ſed immediatè & per ſe ipſum. *Ego ipſe*, inquit, *qui loquebar, Ecce adſum.* De ſinu patris, de umbris legis, de utero Matris Virginis exivi, ut vobis cæleſtia Myſteria revelem, & rectè vivendi Præcepta tradam. *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris ipſe enarravit.* Perfectiſſimè novit omnia quæ docere debet Deus ſcientiarum Dominus. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Artem habet docendi, modoque admirabili ſe attemperat captui hominum, carnem induens: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Deus optimus maximus, qui legem ſuam è cælo dictare poterat, ad Montem Sinaï deſcendit, ut eam populo ſuo traderet. Amoris fuit iſte condeſcenſus: *Qui poterat ex ipſo cælo legem dictare, norat utile eſſe hominibus ſi è Sinai eam promulgaret; idque ideo fecit ut & Moyſes aſcendere poſſet, & illi de proximo ſermonem audientes, meliùs crederent.* Verbum divinum, non in Montem Sinai, ſed in præſepe Bethleemiticum ſuam demittit Majeſtatem, ut nos doceat, & ut de proximo vocem ejus audientes, meliùs credamus. *Tranſeamus igitur uſque Bethleem & videamus hoc verbum quod factum eſt.* Jeſum præceptorem noſtrum audiamus, & inde revertemur ſapientiores atque ſanctiores; ſi quidem vim habet efficaciſſimam perſuadendi quæ ſcit & docet, non tantùm præceptis, ſed lacrymis & exemplis. *Nec*

*Joan. 1. Luc. 1.*

*Iſai. 52. 6. Joan. 1.*

*S. Athanaſius Orat. 3. cont. Arianos.*



*Nec dum loquitur lingua, & quæcumque de eo ſunt, clamant, prædicant, evangelizant: ipſa quoque infantilia membra non ſilent. In omnibus mundi judicium arguitur, ſubvertitur, confutatur.* Verbum factum eſt caro, & ſic habitavit in nobis. Dum eſſet in principio ad Deum, *lucem habitabat inacceſſibilem*, & non erat qui caperet illud. *Quis enim inveſtigavit ſenſum Domini, aut quis Conſiliarius ejus fuit? Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei:* ſed jam capiat & carnalis, quia Verbum factum eſt caro. Si nihil præter carnem novit audire, ecce Verbum caro factum eſt, audiat illud vel in carne. O homo, in carne tibi exhibetur Sapientia illa quondam occulta: ecce jam trahitur de occultis, & ipſis ſe ingerit ſenſibus carnis tuæ. Carnaliter (ut ita dixerim) prædicatur tibi: Fuge voluptatem, quia poſita eſt mors ſecus introitum delectationis: Age pœnitentiam, quia per hanc appropinquat regnum. Hoc tibi prædicat ſtabulum illud, hoc præſepe clamat, hoc membra illa infantilia manifeſtè loquuntur, hoc lacrymæ & vagitus evangelizant.

*S. Bernard. Serm. 1. de Nativit. Dom.*

*1. Tim. 6.*

*Iſai. 40.*

*1. Cor. 2.*

Verùm ſi panni tibi vileſcunt, Angelos collaudantes admirare. *Facta eſt cum Angelo multitudo Militiæ cæleſtis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Militia cæleſtis Duci ſuo adſtat, in præſepi, velut in caſtris, hoſtes noſtros jam debellanti. Scilicet, *Vagitu ſuo ad arma convocaturus infans, de nutricis & genuis ſuæ collo hoſtem deſtinaturus, atque ita Damaſcum & Samariam pro manibus ſubacturus.*

*Luc. 2.*

*Tertull. ad verſ. Judæos.*

III. *Rex Iſraël mutavit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum.* Filius Dei hoſtes noſtros debellaturus, *Habitu inventus eſt ut homo.* Cùm Moyſes infans Regium diadema à filia Pharaonis ſibi impoſitum abjecit, conculcavit, augurati ſunt Ægyptii hunc infantem aliquando Ægypto exitio fore, magnaſque clades genti illaturum, teſte Joſepho. Dæmon videns Chriſtum na-

*3. Reg. c. 22. 30. Philip. 2. 7.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tum contemnere divitias, honores, delicias, & quicquid mundus magnifacit & amat, hoc eventu conturbatur, & divinum illum Infantem natum eſſe ad evertendum ejus imperium, hominesque ab ejus tyrannide li-
Iſai. 9. 4. berandos auguratur. *Jugum oneris ejus, & virgam humeri ejus, & ſceptrum exactoris ejus ſuperaſti, ſicut*
» *in die Madian.* Jugum vocat Propheta diaboli domi-
» nationem, & virgam ejus ſervitutem. Ab his autem cre-
Theodoret. » dentes in ipſum liberavit Dominus Jeſus Chriſtus. Ex-
in comment. » actores vocat non ſolùm dæmones, eorumque princi-
Judic. 7. » pem, ſed ex hominibus etiam eos qui prædicationi con-
» tradicunt. Horum autem dominatum evertit per paucos
» quoſdam, & hoſce nudos; ſicut olim per Gedeonem,
» & trecentos lampades geſtantes multa Madianitarum
» millia interemit. Quemadmodum enim illos ſine armis
» peſſumdedit, ſic orbem univerſum per duodecim Præ-
» cones ſubegit, & hos quidem non armatos, ſed unâ tu-
» nicâ indutos, pedibus nudis, nec virgam ferre permiſſos.
*Tradidit Dominus in manus ejus Madian, & omnia caſtra ejus.* Victoriam Gedeon, & Iſraëlis per eum liberationem à Madianitarum tyrannide, præceſſit ſignum roris in ſolum vellus deſcendentis, cùm reliqua terra ſicca permaneret. Victoriam Emmanuëlis ſignificavit ejuſdem in Virginis uterum, velut roris in vellus
Eccleſ. Offic. deſcenſus: *Sicut pluvia in vellus deſcendiſti, ut ſalvum*
Iſai. 45. 8. *faceres genus humanum... Rorate cæli deſuper, & nubes pluant Juſtum.* Hinc S. Bernardus: *Pluvia vo-*
S. Bernard. Serm. 2. ſuper Miſſus eſt. *luntaria,* (inquit) *quam ſegregavit Deus hereditati ſuæ, priùs ſe virgineum demiſit in uterum: poſtmodum verò ubique terrarum diffuſa eſt per ora Prædicatorum.* Denique victrices copias rori cæli Chuſai belli Dux in
2. Reg. 17. 12. Abſalomi conſilio comparat: *Operiemus eum, ſicut cadere ſolet ros ſuper terram.*

1. Reg. 24. Cùm Saul Rex Davidem perſequeretur ſuper abruptiſſimas petras deſerti Engaddi, venit ad caulas ovium, quæ ſe offerebant iter agenti, eratque ibi ſpelunca, quam



ingreſſus, incidit in manus Davidis ibi latentis; cujus clementiâ & manſuetudine admirabili victus, repente in virum alterum mutati viſus eſt, & exclamavit: *Numquid vox hæc tua eſt, fili mi David? Et levavit Saul vocem, & flevit... Tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala... Nunc ſcio quia certiſſimè regnaturus ſis... Ne auferas nomen meum de domo Patris mei.* Filius Dei è montibus æternis deſcendens, in ſpelunca, in ſtabulo, in præſepi ſe abſcondit, cæleſtis militiæ multitudine ſtipatus. Nos perdere poteſt, qui ipſum iteratis offenſis crudeliter perſecuti ſumus. Verùm ſolàm clementiam & manſuetudinem adhibet ut nos vincat, beneficiis & favoribus pro armis utitur in illo amoris prælio. Noſtras ſaltem lachrymas cum illius lachrymis miſceamus: deponamus arma peccati: dicamuſque amabili Regi Regum: *Tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* Næ me ingratum, Infans adorande, Divinam tuam Majeſtatem multiplicibus, atrociſſimiſque injuriis laceſſivi, cùm me beneficiis cumules, à morte peccati, ab errore, à dæmonis tyrannide me liberans. Deinceps in corde meo regnabis, nec mundus, aut cupiditates meæ tuam umquam in me dominationem turbabunt. *Nunc ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis.* Unùm rogo, ne me deleas de libro vitæ, quod peccata mea merentur. *Ne auferas nomen meum de domo Patris mei.* Domine Jeſu, vita mea, præceptor meus, liberator meus, hanc gratiam precor ne mihi neges, qui deſcribi voluiſti in cenſuali terreni Imperatoris codice, ut te naſci oſtenderes ad adſcribendum electos tuos in æternitate.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DOM. INFRA OCTAVAS NATIVIT. DOMINI.

*Erat Pater ejus & Mater mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum cui contradicetur...* Luc. 2.

EXtrema gaudii luctus occupat: Angelus *gaudium magnum* nuper nuntiavit paſtoribus, & *omni populo, quia natus*, inquit, *vobis Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Luc. 2. Nunc Simeon ſanctus ſenex, Dei Spiritu afflatus triſtes eventus Mariæ & Joſepho prædicit, Chriſtum ſcilicet poſitum eſſe in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum cui contradicetur. Qua ratione poſitus ſit in multorum reſurrectionem, concipere facillimum eſt, ſi quidem natus eſt ut genus humanum à morte peccati, à morte & damnatione æterna liberaret. Epheſ. 2. 4. 5. *Deus qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, quâ dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos in Chriſto.* Verùm non ita facile eſt intelligere quâ ratione Chriſtus ſit poſitus in ruinam multorum. Id tamen veriſſimum. Nam & ruinam excidiumque Jeruſalem maturatum eſt Chriſti adventu in mundum, quem non ſolùm Judæi non receperunt in propria venientem, ſed inſuper Salvatorem ac Redemptorem ſuum contumeliis & morte turpiſſima affecerunt. Hinc Chriſtus flens ſuper Jeruſalem ait: Luc. 19. *Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te & coanguſtabunt te undique: & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ.*



Verùm & in ſpiritualem æternamque ruinam plurimorum, qui ejus adventu, miſericordiâ, & gratiis abutuntur, poſitus eſt Chriſtus modo longè terribiliori. Id ab Iſaia prædictum: *Et erit vobis in ſanctificationem.* Iſa. 8. 14. *In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſraël.* Quod de Chriſto Jeſu interpretati ſunt Apoſtoli. *Offenderunt in lapidem offenſionis* (ait S. Paulus) *ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur.* Rom. 9. 32. 33. Et S. Petrus: *Propter quod continet ſcriptura: Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, electum, pretioſum: & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis honor credentibus: Non credentibus autem lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali.* 1. Petr. 2. 6. 7. 8.

Longè tamen diſpari modo Chriſtus in reſurrectionem & ruinam multorum poſitus eſt. Reſurrectio enim & ſalus multorum tota eſt ex Salvatoris beneficio & gratiâ: Ruina & perditio multorum, tota eſt ex hominum vitio. Chriſtus pro omnibus & ſingulis hominibus mortuus... Non minores gratias Chriſto quiſque debet homo, quàm ſi pro eo ſolo mortuus eſſet... Nemo niſi culpâ ſuâ excidit à ſalute... Ad omnes Teſtamentum ſuum ſcripſit Jeſus... Quid ſperare non licet homini pro quo Chriſtus mortuus eſt?... Cœleſtis Medicus, quantùm in ipſo eſt, ſanare venit ægrotum... Sanguis Chriſti habet in ſe ut omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. Quinto, §. 9.*) Perditio igitur reproborum ex ipſis eſt, non ex Deo, qui *vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* 1. Tim. 2. (Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 17. n. 7.)

Chriſtus Jeſus illis eſt in ruinam & perditionem, qui



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ejus Evangelio contradicunt. *Poſitus eſt hic in ruinam multorum, & in ſignum cui contradicetur.* Quot & quantas contradictiones à Judæis paſſus eſt? Quantas à Gentilibus, ab impiis, ab hæreticis, à Chriſtianis ſecundùm ejus Evangelium non viventibus, & præcepta non ſervantibus, quotidie patitur? Hebr. 12. *Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem.* Contradicitur ejus doctrinæ, ejus myſteriis, præceptis, exemplis. Quiſquis mundi legibus, moribuſque, non Chriſti Evangelio vitam ſuam conformat; quiſquis cupiditatibus ſuis indulget, Chriſto apertè contradicit. Chriſtus beatos pauperes prædicat, divites prædamnat; & pauper pro nobis factus eſt cùm dives eſſet, ut nos illius inopiâ divites eſſemus: Vos divitias velut felicitatem veſtram deſideratis & amatis, paupertatem horretis, pauperéſque miſeros cenſetis. Chriſtus honores fugit, gloriam ſuam non quæſivit, ſed gloriam Patris ſui: vos ambitione incredibili honores & gloriam quæritis. Chriſtus in mundum venit ut pro nobis pateretur, & paſſus eſt, nobis relinquens exemplum ut veſtigia illius ſequamur; & voluptates, deliciaſque carnis, in quibus mors eſt animæ, ſectamur; paſſiones & tribulationes, ac pœnitentiam horremus. Viam arctam, duram, laborioſam nobis Chriſtus oſtendit, quâ ſolâ pervenitur ad vitam: & nos per viam latam incedere & ad regnum pervenire vellemus; corregnare Chriſto volumus, non compati, non commori. Nonne hoc eſt Chriſto Jeſu contradicere? *Poſitus eſt in ſignum cui contradicetur.* Quid verò eveniet iis qui Chriſto Salvatori noſtro contradicunt? Ipſos gratiarum ſuarum ſubtractione puniet, quibus deſtituti, menſuram peccatorum ſuorum complebunt, & à Domino in die furoris ejus, in judicio privato & generali confringentur, conterentur, perdentur irreparabiliter. *Malos male perdet ... Numquam legiſtis in* Matth. 21. 41. 42. 43. 44. *ſcripturis: Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt*



*iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis, Quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.*

Chriſtus non ſolum in ſe, ſed in ſuis, contradictionem à mundo patitur. *Ecce ego & pueri mei,* Iſa. 8. 18. *quos dedit mihi Dominus in ſignum & in portentum Iſraël.* In ſignum utique & portentum contradictionis. *Si mundus vos odit* (inquit Chriſtus diſcipulos ſuos alloquens) *ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego vos elegi de mundo, propterea odit vos mundus ... Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur ... Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Sic hominum mundum amantium & mundo ſervientium vitio, Chriſtus fit illis in ruinam & perditionem. Poſitos eſſe ſicut ſignum ad ſagittam; poſitos eſſe in ſubſannationem & deriſum his qui ſunt in circuitu, commotionem capitis in populis, ſors electorum eſt, & piè viventium. *Omnes qui volunt piè vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem* 2. Tim. 3. 12. *patientur.*

Ut nobis Chriſtus Jeſus fit in reſurrectionem, & non in ruinam, demus operam & attendamus ne quis noſtrûm deſit gratiæ Dei. Timeamus; quia nihil ita efficax eſt ad gratiam obtinendam, conſervandam, & recuperandam, quàm ſi omni tempore inveniamur coram Deo non altum ſapere, ſed timere. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 5. §. 23.*) Myſteriorum ejus contemplationi & admirationi mentem noſtram applicare debemus cum Maria & Joſepho. Inveniemus ſemper in iis quod admiremur. Novum enim fecit Dominus ſuper terram. Sed admiratio noſtra pietatis ſit, non curioſitatis; fidei, non ignorantiæ; *Erant Pater & Mater Jeſu mirantes ſuper*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*hi: quæ dicebantur de illo.* Chriſto compatiamur ut Ma-
ria, quæ ſtans juxta crucem Jeſu, quem tenerrimè dili-
gebat, ut Mater Filium infinitè perfectum, infinitè bo-
num, infinitè amabilem, corde ſenſit dolores omnes
quos Chriſtus corpore pertulit: ita ut corporeæ ſenſum
paſſionis excesſerit compaſſionis ipſius affectus. *Et tuam*
*ipſius animam pertranſibit gladius.* Crudelis lanceæ
ferrum, quo perfoſſum eſt Chriſti latus, ſanctam ejus
animam, jam à corpore ſeparatam, non attigit. Ma-
riæ animam, quæ Crucifixo conglutinata erat, ab eo-
que non poterat avelli, penetravit. Corda noſtra pene-
Hebr. 4. tret *Sermo Dei vivus & efficax, & penetrabilior omni*
*gladio ancipiti: & pertingens uſque ad diviſionem ſpi-*
*ritus & animæ.* Separet nos à peccato, à mundo, à va-
nitate, à pravis cupiditatibus. Deſtruat in nobis omnes
affectus Chriſto contradicentes. Annam denique Pro-
phetiſſam imitemur, ſanctam illam viduam, continen-
tiæ & caſtitatis merito conſpicuam, in oratione & jeju-
niis perſeverantem, Deo gratias agentem ob incarna-
tionem & nativitatem Filii ejus Jeſu Chriſti, & de illo
loquentem omnibus qui redemptionem Iſraël expecta-
bant. *Vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginita-*
*te ſua. Et hæc vidua uſque ad annos octoginta quatuor.*
Caſtitatem mentis & corporis amate, conſervate,
1. Cor. 6. quia corpora veſtra *membra* ſunt *Chriſti*, *templa*
*Spiritus Sancti.* Impudici *tollunt membra Chriſti*,
& *faciunt membra meretricis*, polluunt templum Spi-
1. Cor. 3. 17. ritus Sancti. *Si quis autem templum Dei violaverit*,
Genes. 7. 11. *diſperdet illum Deus*, ſicut diluvio diſperſit ac perdidit
Genes. 19. 24. omnem carnem, quæ corruperat viam ſuam: ſicut di-
ſperſit & conſumſit Sodomam, aliaſque abominandas
Genes. 38. 9. 10. civitates, pluens ſuper illas ignem & ſulphur; ſicut per-
cuſſit Onan ſemen fundentem in terram ne liberi naſce-
Num. 25. 1. rentur, *eo quod rem deteſtabilem faceret*: Sicut viginti
quatuor millia Iſraëlitarum, qui fornicati erant cum
filiabus Moab, occidit & perdidit. Chriſtus, qui caſti-



tatem ita diligit, ut ex Matre ſemper Virgine naſci vo-
luerit, cultoribus caſtitatis & continentiæ ſeu virgina-
lis ſeu vidualis, ſeu conjugalis, erit in reſurrectionem,
impudicis erit in ruinam & perditionem. Anna *non diſce-*
*debat de Templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens no-*
*cte ac die.* Et nos oportet jejunare & orare; mortificare
membra noſtra, ſenſuſque noſtros, caſtigare carnem ac
domare, ut ſpiritui ſubdita ſit, Chriſti mortificationem
in corpore noſtro circumferre; ſine intermiſſione orare,
& non deficere: Chriſti mandatum eſt. *Sine inter-* Luc. 18. 1.
*miſſione orate* (inquit Apoſtolus) *in omnibus gratias*
*agite. Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Jeſu, in* 1. Theſ. 5. 17. 18.
*omnibus vobis.* Confitemini Domino, quoniam bo-
nus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus, ſicut An-
na confitebatur Domino. De Chriſto loquamur frequen-
ter, ſicut ſancta illa Vidua *loquebatur de illo omnibus*
*qui expectabant redemptionem Iſraël*... Frequentiùs
de Deo loqueremur, ſi ipſum diligeremus. Jucundum
nobis eſſet de rebus divinis habere ſermonem. Contra-
rium verò accidit; ſi quis de Deo, de Chriſto, rebuſque
divinis, in ſæcularium hominum conventu & ſocieta-
te loquitur, oneri, tædio, ac faſtidio eſt. Quam longè
ſumus à primorum Chriſtianorum converſatione, qui
Deo pleni, ſemper ipſum in ore ut in corde habebant.
Chriſtianis hujus temporis dici poteſt, quod Tertullia-
nus Carthaginenſibus ſuis olim dicebat: *Ipſo etiam ſer-*
*mone proavis renunciaſtis.* Infantem denique Jeſum
imitemur. *Creſcebat ille, & confortabatur, plenus ſa-* Luc. 2. 40.
*pientia, & gratia Dei erat in illo.* Creſcamus & nos,
qui corpus Chriſti ſumus, confortemur, *Non in ſapien-* Jacob. 3. 15.
*tia carnali*, ſed in *ſapientia quæ de ſurſum eſt*... *Creſ-* 2. Petri 3. 18.
*camus in gratia* & caritate; *Creſcamus in eo in ſalutem*,
quia non creſcere, minui; non progredi in via ſalutis,
reverti eſt. Eamus *de virtute in virtute in virtutem* do- 1. Petri 2. 2.
nec videatur Deus in Sion. In omni virtute confortc-
mur, *Donec occurramus omnes in virum perfectum*, Pſal. 83. 8.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.*

*Epheſ. 4. 13.* Anna *Vidua erat.* De Viduitatis bono, & Viduarum Chriſtianarum officiis vide *Lib. 2. Tract. de Sacramento Matrimonii, Cap. 8. Regulis 1. 2. & 3.* Anna Propheti[ſſ]a, Viduarum exemplar.

---

## IN CIRCUMCISIONE DOMINI.

*Poſtquam conſummati ſunt dies octo ut circumcideretur puer, vocatum eſt nomen ejus Jeſus.* Luc. 2. 21.

CHriſtus in circumciſione ſemetipſum humilians, & factus ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret, in præmium humilitatis & obedientiæ ſuæ glorioſum nomen JESU accipit. *Philipp. 2. 8.* *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens ... propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur.* *S. Thomas 3. p. q. 37. art. 1.* Pluribus de cauſis decuit Chriſtum circumcidi. Primò, ut ſe carnis humanæ veritatem ſuſcepiſſe oſtenderet, contra Manichæum, qui dixit, eum habuiſſe corpus phantaſticum: & contra Apollinarium, qui dixit, corpus Chriſti eſſe divinitati conſubſtantiale: & contra Valentinum, qui dixit, Chriſtum de cælo corpus attuliſſe. *S. Epiphan. Hæreſi 30. quæ eſt Ebionitarum.* (*Lib. 1. q. 2. Art. 4. §. 1.*) Secundò, ut approbaret circumciſionem, olim à Deo inſtitutam. (*Geneſ. 17. 14.*) Tertiò, ut ſe eſſe comprobaret ex genere Abraham, qui circumciſionis mandatum acceperat, in ſignum fidei, quam de ipſo Chriſto venturo habuerat. *Rom. 4. 11.* *Et ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum juſtitiæ fidei.* Quartò, ut Judæis excuſationem adimeret, ne ipſum reciperent, ſi eſſet incircumciſus. Quintò, ut obedientiam ſuo nos exemplo doceret. Unde & octava die circumciſus eſt, ſicut in lege erat præceptum. Sextò, ut, quia in ſimili-



tudine carnis peccati advenerat, remedium, quo caro peccati mundari conſueverat, non reſpueret. Septimò, ut legis onus in ſe ſuſtinens, alios à legis onere liberaret. *Miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret.* *Galat. 4. 4.*

Sanguinis ſui pretioſi primitias in circumciſione Chriſtus offert Patri, in ſalutis noſtræ pretium, jam tunc officium Redemptoris hominum exercere incipiens, quod JESU nomine exprimitur. *Vocabit nomen ejus Jeſum. Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* *Matth. 1. 21.* Sanguis Chriſti in circumciſione effuſus, pignus eſt & arrha ſanguinis in cruce copioſiùs & ad extremam uſque guttam effundendi. Ex rore illo divino ſanguinis dominici in circumciſione ſtillantis, quaſi nubes parva in cælo formatur, in protectionem noſtram expanſa, ſed ſignum eſt pluviæ abundantis in Cruce effundendæ ad plenam peccatorum noſtrorum lotionem & abſterſionem. *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari ... & facta eſt pluvia grandis.* *3. Reg. 18. 44. 45.* Sanguinis illius pretioſi prima effuſio ſufficiens eſt ad lavacrum, ſufficiens ad pretium redemptionis noſtræ: Sed ſuperabundantem ſatisfactionem Deo vult offerre Salvator noſter, redemptionem copioſam. Primum iſtud ſacrificium quodam modo gratius Deo eſt ſacrificio ſanguinis in Cruce effuſi, non quidem ex parte victimæ, aut Sacerdotis æterni, ſcilicet Chriſti, ſed ex parte effundentium hominum. In Paſſione enim Chriſti ſanguinem effundit ſacrilega Judæorum & Gentilium crudelitas, quam Deus non poteſt non odiſſe: In circumciſione ſola effundit pietas & religio. In paſſione, ſacrificii miniſtri impii ſunt, nempe carnifices: in circumciſione, Sacramenti miniſter, ſcilicet Joſeph, juſtus eſt & ſanctus. Novus ille Abraham puerum immolare incipit; gladio ſanguinem effundit novæ victimæ, cujus mors non ſequitur, ſed ſpondetur; non prohibetur ab Angelo, ſed differtur. Pati pro hominibus incipit Chriſtus,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vulnus acerbiſſimum excipit, ſanguinem fundit, offertque Deo, & ſicut olim propoſito ſibi gaudio ſuſtinebit crucem confuſione contemptâ, ſic hodie circumciſionis dolorem & confuſionem ſuſtinet cum gaudio, propter immenſam caritatem quâ dilexit nos. *Infans tibi neceſſarius adhuc tener, qui ſub cultro tuo rideat*

*Apolog. 1*

(inquit ironicè Tertullianus, Ethnicis reſpondens, qui immania infantium recèns natorum ſacrificia Chriſtianis per calumniam horrendam affingebant) Infans Jeſus ſub cultro circumciſionis, cui ſponte ſe ſubjicit ut noſtram redemptionem auſpicetur, gaudet, amoris ſui tam inſigne nobis teſtimonium exhibens. Non erat illi neceſſaria circumciſio, qui verus Deus eſt de Deo Patre, homo verus ſine omni peccato de Virgine Matre. An

*Geneſ. 17.*

ſuper eum cadere poterat illa ſententia: *Maſculus cujus præputii caro circumciſa non fuerit, peribit anima ipſius de populo ſuo?* Poteſtne oblivisci Pater filii uteri ſui? Aut non cognoſceret eum, niſi ſignum circumciſionis

*S. Bernard. Serm. 3. de Circumciſione.*

» haberet? Imò verò ſi quo modo poſſet non agnoſcere » Filium, in quo ei bene complacuit, ex hoc maximè ſi» gno poterat ignorare eum, inventa in eo circumciſione, » quam peccatoribus ipſe providerat ob purgationem de» lictorum. Sed quid mirum ſi caput pro membris acce» pit curationem, quam tamen in ſe ipſo non habuit ne» ceſſariam? Nonne & in membris noſtris ſæpe pro unius » infirmitate alteri adhibetur curatio? Sic *hodie pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum eſt in capite. Denique quid mirum, ſi pro nobis dignatus eſt*

*Idem Serm. 1.*

*circumcidi, pro quibus dignatus eſt mori? Totus ſiquidem mihi datus, & totus in meos uſus expenſus eſt.* » Agnus ſine macula, etſi non eguit, tamen voluit cir» cumcidi. Nec veſtigium quidem ullum vulneris habens, » alligaturam non refugit vulneris. Non ſic impii, non » ſic; non ſic agit perverſitas elationis humanæ. Erube» ſcimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus inter» dum etiam gloriamur. Quem nemo poteſt arguere de



peccato, ipſe peccati remedium & verecundum pariter « & auſterum ſine ulla neceſſitate ſuſcepit. Nos è contra « inverecundi ad obſcœnitatem culpæ, erubeſcimus agere « pœnitentiam: quod extremæ dementiæ eſt, malè proni « in vulnera, pejus in remedia verecundi. Qui peccatum « non fecit, non dedignatus eſt ſe peccatorem reputari: « Nos & eſſe volumus, & nolumus æſtimari. Itane ſano « opus eſt medicinâ, & non malè habentibus? Imò verò « itane eget medicamine non æger, ſed Medicus? « Circumcidi nobis neceſſe eſt, non legali & Judaicâ circumciſione à qua Chriſtus nos liberavit, ſed *Circumcumciſione cordis, in ſpiritu, non litterâ*, quæ fit ſcilicet gratiâ Spiritus Sancti, non carnis abſciſſione. *In*

*Rom. 2. 29.*

*Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium* (ſive incircumciſio) *ſed fides, quæ per caritatem operatur.*

*Galat. 5. 6.*

Spiritualis circumciſio, quam à nobis Chriſtus exigit, quadruplex eſt. 1. Circumciſio cordis, (Act. 7. 51.) *Incircumciſis cordibus.* Amoris proprii deſideria reſecanda, amor propriæ excellentiæ, in quo ſuperbia poſita eſt. 2. *Circumciſio ſpiritus*, quâ noxiæ, vanæ, ſuperfluæ cogitationes cohibentur, ut non noſter ſenſus in nobis, ſed Dei prævaleat & dominetur ſpiritus. 3. Aurium circumciſio (*incircumciſis auribus*) quâ aures ab auditu colloquiorum malorum, quæ bonos mores corrumpunt, verborum impudicorum, detractionum, adulationum, avertuntur; quâ fit ne ex eorum numero ſimus, qui *Sanam doctrinam non ſuſtinentes, ad ſua deſideria coacervant ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertuntur.* 4. Circumciſio labiorum, quam ſibi deeſſe, in eo ſcilicet gradu, quem optabat, humiliter Moyſes coram Deo confitetur: *En*, inquit, *incircumciſus labiis ego ſum, & quomodo audiet me Pharao?* Hac circumciſione omnis ſermo malus, omne verbum quod Deo diſplicere poſſet, reſcinditur. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.*

*Rom. 2.* *Act. 7. 51.* *2. Tim. 4. 3.* *Exod. 6. 12.* *Jacobi 3. 2.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

II. *Vocatum eſt nomen ejus Jeſus.* Nomen Jeſu proprium Mediatoris Dei & hominum nomen eſt. Quomodo & per quid Chriſtus Mediator? Nomen Jeſu Dei conſilio & præcepto Chriſto impoſitum... Non inſtar aliorum Jeſus vocatur ... Jeſus filius Nave, Jeſus filius Joſedech, & Jeſus filius Sirach, figuræ inſignes Jeſu Chriſti, in quo non ſola magni nominis umbra fuit, ſed veritas... Virtus nominis Jeſu... Omnia filii Dei nomina ad unum nomen Jeſu referuntur... Veneratio & invocatio nominis Jeſu. ( *Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 3.* toto §. 2. ad illa verba Symboli, *Et in Jeſum.*)

III. Hodie Chriſtus offert Patri ſanguinum novum. Pater Æternus dat Filio nomen novum. Homines offerre debent Patri, Filio & Spiritui Sancto cor novum.

*Matth. 26.*
*Hebr. 12. 24.*

Sanguis hominis Dei, novus ſanguis eſt, nuſquam antehac viſus in mundo, *Sanguis novi Teſtamenti*, Sanguis delens peccata, *Sanguis melius clamans quam ſanguis Abel.* Nomen Jeſu eſt Nomen ſalutis, *Nomen novum quod os Domini nominavit.* Cor Chriſti ſanguine & nominis ejus virtute mundatum, ejuſque amore ſucceſum, cor novum eſt. *Et dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum.* Hæc (ut ita loquar) xenia gratiæ. Cor novum principium erit vitæ novæ. Iaque recogitantes coram Deo annos noſtros præteritos in amaritudine animæ noſtræ, *In novitate vitæ ambulemus... Simus nova in Chriſto creatura: Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia nova.* Recedant vetera, novo anno incipiente, nova ſint omnia, corda, voces, & opera.

*Iſaia 62. 2.*
*Ezech. 36. 26.*
*Iſai. 38. 15.*
*Rom. 6. 4.*
*2. Cor. 5. 17.*



## IN EPIPHANIA DOMINI.

*Ecce magi ab Oriente venerunt Jeroſolymam dicentes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Matth. 2.

Epiphania ſacer eſt Chriſti apparitioni ſive manifeſtationi dies. Dei in carne abſconditi nativitatem novam omnis conditionis & ſexus hominibus manifeſtari decebat, cùm ſalus per Chriſtum futura, omne hominum genus, ſexum omnem, conditionemque ſpectaret. In Chriſto Jeſu *Non eſt Judæus, neque Græcus: Non eſt ſervus, neque liber: Non eſt maſculus, neque femina.* Ideo Chriſtus natus & Paſtoribus qui Judæi, & Magis qui Gentiles erant; Paſtoribus, qui pauperes, viles, & ſimplices; Magis, qui ſapientes, divites & potentes, manifeſtatus eſt. Juſtis, ſcilicet Simeoni & Annæ; peccatoribus, ſcilicet Magis; viris denique & mulieribus manifeſtum ſe facere dignatus eſt; ut per hoc oſtenderetur, nullum genus, nullam conditionem hominum excludi à ſalute. *Magnum pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne.* Quo natus eſt Chriſtus die, Angeli pacem in terra hominibus bonæ voluntatis nunciarunt. *Ipſe* enim *eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum.* Duos ex diverſo parietes, velut lapis angularis, in ſe copulare jam cœpit, Paſtores à Judæa, Magos ab Oriente perducens: ut duos conderet in ſe in unum novum hominem, faciens pacem his qui longè, & his qui propè. Manifeſtatus eſt, nec illis doctis, nec iſtis juſtis. Prævalet namque imperitia in ruſticitate Paſtorum, & impietas in ſacrilegiis Magorum. Utroſque ſibi lapis ille angularis applicuit, quippe qui venit ſtulta mundi eligere, ut confunderet ſapientes; &

*S. Thomas 3. p. q. quæſt. 36. art. 3.*
*Galat. 3. 28.*
*1. Timot. 3. 16.*
*Epheſ. 2. 14.*
*S. Auguſt. Serm. 1. In Ephan. & Serm. 202. 1. in Epiph. 1. Cor. 1. 27.*

non vocare juſtos, ſed peccatores, ut nullus magnus ſuperbiret, nullus infimus deſperaret.

Manifeſtatus autem Chriſtus eſt ſignis convenientibus, & illis, quibus fiebat manifeſtatio, familiaribus. Viris enim juſtis familiare & conſuetum eſt interiori Spiritus Sancti inſtinctu edoceri, abſque ſignorum ſenſibilium demonſtratione, ſcilicet per Spiritum Prophe-
S. Thomas Art. 5. tiæ. Alii corporeis rebus addicti, per ſenſibilia ad intelligibilia adducuntur. Judæi porrò conſueverant divina reſponſa per Angelos accipere, per quos etiam legem acceperant. Gentiles, & maximè Aſtrologi, ſidera contemplari, & eorum curſus obſervare ſolent. Quamobrem juſtis, ſcilicet Simeoni & Annæ, Chriſti nativitas manifeſtata eſt per interiorem inſtinctum Spiritus
Luc. 2. Sancti. *Reſponſum acceperat Simeon à Spiritu Sancto, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini.* Paſtoribus autem & Magis, tanquam rebus corporalibus deditis, manifeſtata eſt Chriſti nativitas per viſibiles apparitiones: & quia non erat merè terrena, ſed quodammodo cæleſtis, per ſigna cæleſtia utriſque revela-
S. Auguſt. Serm. 144. 5. de Epiph. tur: Judæis per Angelos, Magis per ſtellam. Cælos Angeli habitant, & ſidera exornant: Utriſque ergo cæli enarraverunt gloriam Dei. Accedit, quòd Abrahæ innumerabilis fuerat promiſſa ſucceſſio, non carnis ſemine, ſed fidei fœcunditate generanda: & ideo ſtellarum multitudini eſt comparata, ut cæleſtis progenies
Geneſ. 15. 5. ſperaretur. *Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes ... Sic erit ſemen tuum.* Quamobrem Gentiles in ſideribus deſignati, ortu novi ſideris excitantur ut ad Chriſtum perveniant, per quem efficiuntur ſemen Abrahæ.

Agnoſcamus in Magis adoratoribus Chriſti vocationis noſtræ fideique primitias. Jam præſignatum agno-
Matth. 8. 11. ſcamus, quod poſtea Dominus dixit: *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Jacob in Regno cælorum: filii autem*

regni



*regni ibunt in tenebras exteriores.* Gratias immortales Deo agamus ob vocationis noſtræ beneficium ad veram Religionem, ad Fidem, ad veram Eccleſiam. Ex Gentibus olim eramus, *Sine Chriſto, alienati à converſatione* Epheſ. 2. 12.
*Iſraël, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Chriſto, nos qui aliquando eramus longè, facti ſumus prope in ſanguine Chriſti.* Jam *non ſumus hoſpites &* & 19.
*advenæ, ſed cives ſanctorum & domeſtici Dei. Nos ge-* 1. Petri 2. 9. 10.
*nus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: ut virtutes annuntiemus ejus, qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti.* Fidei, bonique operis initium non ex nobis, ſed ex Dei gratia & miſericordia eſt: quæ gratia non omnibus datur. *Non fecit enim taliter omni nationi, & ju-* Pſalm 147. 20.
*dicia ſua non manifeſtavit eis.* (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 24. & 30.*) In negotio igitur ſalutis, totum Deo tribuendum, nec in nobis, ſed in Domino gloriandum eſt. (§. 36.) ſed nec adversùs alios gloriari debemus. Ne Chriſtianus ex Gentibus vocatus extollatur adversùs Judæos. *Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem* Rom. 11. 17.
*cùm oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis* & ſeqq.
*& pinguedinis olivæ factus es, noli gloriari adversùs ramos. Quòd ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. Dices ergo: Fracti ſunt rami ut ego inſerar. Bene: propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & ſeveritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos.*

Gratiæ vocanti, miſericordiæ & benignitati Dei ad

H

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pœnitentiam invitanti, fideliter reſpondendum & cooperandum eſt. Gratia libertati non officit, ſed libertas gratiæ cooperatur. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 33. & 35.*) Statim obediendum, ut Magi. *Ecce Magi ab Oriente venerunt. Vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Sequendus ſtellæ, ideſt gratiæ præcedentis ductus. *Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Noli ergo dicere, Cras me convertam, cras Deo placebo; & omnia hodierna & heſterna dimittuntur mihi. Verum quidem dicis, quia *Deus converſioni tuæ indulgentiam promiſit: ſed dilationi tuæ diem craſtinum non promiſit.* Omnia impedimenta vincamus, ſive interiora, ſive exteriora, quæ intercedunt ac moras afferunt converſioni noſtræ, *Legem* quæ eſt *in membris* noſtris, *repugnantem legi mentis* noſtræ, & *captivantem* nos *in lege peccati*: tumultuantes cupiditates: Mundum ipſis blandientem: carnales homines à viâ Dei nos abducere tentantes, aut inſidias nobis ſtruentes. *Turbatus eſt Herodes, & omnis Jeroſolyma cum illo.* Si quæ difficultates, ſi quæ dubia, ſi quæ perplexitates in animis noſtris oriantur, nec ſtellam videamus quæ viam demonſtret ad Chriſtum, Paſtores & Doctores interrogemus, non quoſcumque, ſed qui ſcrutantur Scripturas, qui ſecundùm illas reſpondent, & dirigunt Animas, & qui ſecundùm illas vivunt; non doctos ſolùm, ſed pios: non ſimiles Scribis Judæorum, qui viam ad Chriſtum monſtrant, & comitari eos nolunt qui Chriſtum quærunt, illum adoraturi. Propter nos, quibus de Scripturis ſuis ſanctis innoteſcere Chriſtus voluit, ipſos etiam Magos, quibus tam clarum ſignum in cælo dederat, & quorum cordibus ſe in Judæa natum eſſe revelaverat, Prophetis tamen ſuis de ſe credere voluit. Quærendo enim civitatem in quâ natus erat, quem videre & adorare cupiebant, neceſſe habuerunt percontari principes Judæo-

Eccli. 5. 8.

S. Auguſt. Enarrat. in Pſalm. 144.

Rom. 7. 23.

S. Auguſt. Serm. 373. in Epiph. 1.



rum; ut illi de ſancta Scriptura, quam in ore, non in corde geſtabant, infideles fidelibus de gratia fidei reſponderent, mendaces à ſe, veraces contra ſe. Quantum enim erat, ut illis quærentibus Chriſtum comites fierent, cùm ab eis audiſſent, quòd viſâ ſtellâ ejus venirent eum adorare cupientes; ipſi eos ad Bethleem Judæ, quam de libris divinis indicaverant, ducerent, pariter viderent, pariter intelligerent, pariter adorarent? *Nunc verò aliis demonſtrato vitæ fonte, ipſi mortui ſunt ſiccitate. Facti ſunt eis tanquam lapides ad milliaria: viatoribus ambulantibus aliquid oſtenderunt, ſed ipſi ſtolidi atque immobiles remanſerunt.* Non licet varios adire Doctores ſeu caſuum arbitros, ea intentione ut ex eorum opinionibus ea eligatur, non quæ probabilior & tutior, ſed quæ commodior viſa fuerit. (*Lib. 3. Cap. 4. Art. unico, Regulâ 31.*) Morum Regulæ ex Scriptura & Traditione, non ex ſolis hominum opinionibus depromendæ ſunt, quæ cometæ ſunt infauſti, & ignes fatui, ducentes in præcipitia & foveas, non ſtellæ cæleſtes ducentes ad Chriſtum, & in viam ſalutis dirigentes. (*Regulâ 15.*)

*Et procidentes adoraverunt eum.* Statim atque ad Deum credendo accedimus, illum adorare debemus *in ſpiritu & veritate*... Quid ſit adoratio? & quot cultûs religioſi ſpecies? Latria eſt cultus ac ſervitus uni Deo conveniens... Adoratio duplex, interior, & exterior... Adoratio exterior ab interiori procedit, & ad illam vehementiùs excitat... Adoratio corporalis à ſpirituali indiviſa eſſe debet. (*Lib. 4. Cap. 3. Art. 1. §. 5. & §. 6.*) *Venite* igitur, *adoremus* cum Magis & *procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos.* In Paſtoribus gratia prior, in Magis humilitas amplior. Illi Deum, ex eo quòd Chriſtum viderant, laudaverunt: iſti autem viſum Chriſtum etiam adoraverunt. Fortaſſe ergo illi Paſtores minùs rei, de ſalute alacriùs exſultabant: iſti autem Magi multis onerati peccatis, ſubmiſ-

Joan. 4.

Pſal. 94.

S. Auguſt. Serm. 203. in Epiph. 5.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» ſuis indulgentiam requirebant. Hæc eſt illa humilitas;
» quam plus in eis qui ex Gentibus erant, quàm in Ju-
» dæis divina Scriptura commendat. Ex Gentibus enim
» erat ille Centurio, qui cùm Dominum in toto pectore
» ſuſcepiſſet, ſe tamen dixit indignum ut in domum ejus
» intraret, nec ab eo ægrum ſuum voluit videri, ſed ſal-
» vum juberi. Sic interiùs præſentem corde retinebat,
» cujus à ſuo tecto præſentiam honorificè revocabat. De-
» nique Dominus: *Non inveni*, inquit, *tantam fidem in*
» *Iſrael*. Illa etiam Chananæa ex Gentibus erat, quæ
» cùm ſe à Domino audiſſet canem, & cui panis filiorum
» mitteretur, indignam, micas tanquam canis exegit: &
» ideo non eſſe meruit, quia id quod fuerat, non negavit.
Matth. 15. 28. » Nam & ipſa audivit à Domino, *O mulier, magna eſt*
*fides tua*. Humilitas in ea fecerat fidem magnam, quia
ſe ipſam fecerat parvam. Quia igitur ex Gentibus in
Eccleſiam Dei vivi vocati ſumus, eoque nomine gratiæ
ejus magis ſumus debitores, nos humiliemus coram
Domino cum Magis, & Chriſtum Jeſum procidentes
adoremus, non jam inhiantem uberibus matris, ſed ſe-
dentem ad dexteram Dei Patris.

Offeramus & nos munera. *Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Caritatem, quæ auro; Orationis fervorem, qui thure; corporis mortificationem, quæ myrrha, corruptionem impediente, ſignificatur. Aurum offerte cælorum terræque totius Regi, divites; illi in pauperibus offerte, immo ſolvite, reddite quod ipſius eſt: *Meum eſt aurum*, inquit, *& meum eſt argentum*: non veſtrum, ô divites terræ. *Quid ergo dubitatis pauperi dare de meo, aut quid extollimini cùm datis de meo?* Thus ferventiſſimæ orationis Deo adolete, igne caritatis incenſum. *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Myrrham denique mortificationis offerte. *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram... Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu*

Aggæi 2. 9.

S. August. Serm. 11. [illegible]

Coloſſ. 3. 5.



*facta carnis mortificaveritis, vivetis... Obſecro vos per miſericordiam Dei*, hodie nobis manifeſtatam, *ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo.* Hæc digna Chriſto Deo & homine vero, Regeque magno munera. Ad ipſum ſine muneribus accedere indecens eſt & ingratum, quamvis bonorum noſtrorum non egeat Dominus. *Nec apparebis* (inquit) *in conſpectu meo vacuus.*

Rom. 8. 13. Rom. 12. 1. Exod. 34. 20.

In aliam denique viam dare nos debemus, ſi ad Deum verè ſumus converſi; Deo magis obediendum quàm mundo & hominibus qui de mundo ſunt. *Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.* Obſecro vos & adhortor in Domino, *Ut jam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum... Deponere vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris.* Viæ mu- «
tatio, eſt vitæ emendatio. Nos quoque per alias incedi- «
mus vias, quando veterem abnegamus hominem, quan- «
do ſuperbiam, ſuſceptâ humilitate deponimus; quan- «
do ad patientiam ab iracundia mentem deflectimus; «
quando veteres voluptates, & conſuetudines priſtinas «
ac deſideria antiqua damnamus. Ad viam utique aliam «
de errore tranſimus, quando univerſas concupiſcentias, «
honeſtatis ac paupertatis amore calcamus, quando caſti- «
tate luxuriam ſubjugamus, ſiniſtras ſemitas relinquen- «
tes, dextro tramite iter ſpiritale conficimus. «

Epheſ. 4. 17.

Antiquus Gallicanæ Eccleſiæ Epiſcopus, cujus Sermones ſub Euſebii Emiſſeni nomine ſunt editi, Serm. 3. de Epiph.

Deo gratias agendæ ob vocationis noſtræ inæſtimabile beneficium. Laudandus *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filii ejus Chriſti Domini noſtri*,

1. Cor. 1. 9.

Vocationi noſtræ, Magorum ſanctorum exemplo fide-
Ephes. 4. 1. liter reſpondendum eſt. *Obſecro vos ut dignè ambuletis vocatione quâ vocati eſtis*, per gratiam Dei, in
libertatem filiorum ejus, in Regnum ejus & gloriam.

---

## IN EODEM FESTO.

*Vidimus ſtellam ejus in Oriente* ... Matth. 2.

S. August. Serm. 32. in Epiph. 1. SUb ſtellarum fato natum eſſe Chriſtum impiè quis
aſſereret, quia eo nato *ſtellam ejus* Magi in Oriente
viderunt. Hinc enim potius Chriſtus non ſub dominatu
ejus, ſed Dominus ejus apparuit, quia illa non in cælo
ſidereas vias tenuit, ſed hominibus quærentibus
Chriſtum viam uſque ad locum, in quo natus fuerat,
demonſtravit. Unde non ipſa Chriſtum fecit mirabiliter
vivere, ſed ipſam fecit Chriſtus mirabiliter apparere:
nec ipſa Chriſti mirabilia decrevit, ſed ipſam Chriſtus
inter mirabilia ſua demonſtravit. Ipſe enim natus ex
Matre, de cælo terræ novum ſidus oſtendit, qui natus
ex Patre cælum terramque formavit. Eo naſcente lux
nova eſt in ſtella revelata, quo moriente lux antiqua eſt
in cælo velata. Eo naſcente ſuperi novo honore claruerunt,
quo moriente inferi novo timore tremuerunt, quo
reſurgente Diſcipuli novo amore exarſerunt, quo aſcendente
cæli novo obſequio paruerunt. Stella hæc novum
Luc. 1. 79. lumen ſignificat *Oriens ex alto his qui in tenebris & in
umbra mortis ſedent*. Quo de lumine Propheta ait:
*Surge, illuminare Jeruſalem, quia venit lumen tuum,*
Isai. 60. 1. *& gloria Domini ſuper te orta eſt. Et ambulabunt gentes
in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.* Fidei
ſtellam, cujus lumen ſequi debemus, quod illuxit in cordibus
noſtris, hæc ſtella deſignat. Sed, heu! plerique
Joan. 3. 19. Chriſtiani *dilexerunt magis tenebras quam lucem*. Non
veniunt ad lucem, ut non arguantur opera eorum. *Om-*



*nis enim qui malè agit, odit lucem.* Tenebras ignorantiæ,
falſitatis, & erroris amant, à quibus per Chriſtum
ſunt liberati: non fide, ſed ſuperſtitione ducuntur. Quid
ſuperſtitio? & quotuplex ſuperſtitionis genus? (*Lib. 4.
Cap. 3. Art. 13.*) Omne ſuperſtitionis genus homini
Chriſtiano fugiendum. (*Ibidem*) Peccati graviſſimi rei
ſunt, non ſolùm qui divinationem, magiam, aut ſortilegia
exercent, ſed & qui ariolos, magos, ſortilegos
ſive maleficos conſulunt, eorumve operâ utuntur. Hi
Chriſto renunciant, diabolum colunt, violant baptiſmi
Sacramentum. Eorum pœnæ. (*Ibid. Regulâ 8. & 9.*)
Societatem ineunt cum dæmone, adverſùs quem, utpote
Dei & humanæ ſalutis hoſtem, bellum continuum,
Chriſto duce, homini Chriſtiano gerendum eſt. *Dixi-* Isai. 28. 15.
*ſtis, Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus
pactum.* Credunt *Patri mendacii*. Chriſti promiſſis
diffidunt, eum dæmone infirmiorem cenſent, qui
dixit: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes
& ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, &
nihil vobis nocebit.* Memineritis pacti cum Chriſto ini- Luc. 10.
ti in baptiſmo, abrenunciationis diabolo factæ. Ne fidatis
dæmoni qui *Homicida fuit ab initio*. Sacrorum Joan. 8. 44.
Oraculorum memineritis: *Nolo vos fieri ſocios dæmo-* 1. Cor. 10.
*niorum* ... *Quæ conventio lucis ad tenebras? Chriſti ad* 2. Cor. 6. 15.
*Belial?*

Lethalis peccati rei ſunt, non ſolùm qui Aſtrologiam
judiciariam profitentur, & fortuitos eventus, aut futura
hominum opera, proſperamque vel adverſam fortunam
prænuntiant: verùm etiam qui Aſtrologos ſeu Genethliacos
conſulunt. (*Ibid. Regulâ 10.*) *Filii homi-* Psal. 4. 3.
*num, uſquequo gravi corde, ut quid diligitis vanita-* Psal. 39. 5.
*tem, & quæritis mendacium? Beatus qui non reſpexit
in vanitates & inſanias falſas.* Divinatores illos, Aſtrologiæ
Judiciariæ, Geomantiæ, Chiromantiæ profeſſores,
circulatores & circulatrices Bohemos & Bohemas
fugite, genus hominum potentibus infidum, ſperanti-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

bus fallax (ut loquitur C. Tacitus) quibus olim Sena-
*Tacitus lib. 1. Hiſtor.* tus Romanus, etſi adhuc idolis ſerviens, Urbe & Italia
*Tertull. lib. de Idol. c. 9.* tota interdixit. Ne adeatis aut interrogetis de futuris e-
ventibus falſidicos illos Vates, qui *Vendunt hominibus*
*Lib. 2. de Doctrina Chriſt. c. 21. & 24.* *imperitis miſerabilem ſervitutem. Nam quiſque liber ad*
*hujuſmodi Mathematicum cùm ingreſſus fuerit, dat pe-*
*cuniam ut ſervus inde exeat aut Martis aut Veneris*,
(ait S. Auguſtinus.) Hæ artes, hæ ſuperſtitiones, *ple-*
*næ ſunt peſtiferæ curioſitatis, cruciantis ſollicitudinis,*
*mortiferæ ſervitutis.* Deſertores Angeli, *Proditores hu-*
*jus curioſitatis*, (inquit Tertullianus.) Servus in con-
ſilia regentis Domini irrumpere non debet. Servi Dei
ſumus: Quid providentiæ ejus conſilia penetrare volu-
*Pſal. 122.* mus? *Sicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuo-*
*rum, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.* Jus
Dei eſt, futura noſſe. Uſurpatores ſumus, ſi futuros
*Iſa. 41. 23.* eventus noſſe volumus. *Annuntiate quæ ventura ſunt*
*in futurum, & ſciemus quia Dii eſtis vos.*

Divinatio per auguria, omina, occurſus, & alias
hujuſmodi rerum exteriorum obſervationes, pernicioſa
ſuperſtitio. (*Lib. 4. Cap. 3. Art. 13. Regulâ 11.*)
Divinatio per ſomnia, vana & ſuperſtitioſa eſt, taci-
tumque pactum cum dæmone involvit. (*Regulâ 13.*)
Divinatio per ſortes, lethale ex genere ſuo peccatum eſt.
(*Regulâ 14.*) Obſervatio dierum, menſium, & an-
norum, ad fortuitos eventus, vel ad directionem hu-
manorum negotiorum, & actionum quæ nullatenus
pendent à ſiderum influxu, ita ut dies aliqui fauſti vel
infauſti habeantur, & propterea ſuſpendantur aut re-
tardentur, vel penitus omittantur humana negotia vel
actiones, quæ aliàs fierent; aut quædam fiant, quæ a-
liàs omitterentur, ſuperſtitio eſt. (*Regulâ 17.*) Ob-
ſervantia ſanitatum, quâ media inania, inutilia, ineffi-
cacia & ſuperſtitioſa ad ſanandos morbos hominum vel
animalium adhibentur, vel ad eos avertendos uſurpan-
tur, lethale peccatum eſt. (*Regulâ 18. & 19.*) Ocho-



zias Rex ægrotus, quia vero Deo contemnens conſuluit
Accaron, morte punitus eſt, quam ipſi Dei nomine E-
lias Propheta denuntiavit. *Quia miſiſti nuntios ad con-* *4. Reg. 1. 16.*
*ſulendum Deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſraël,*
*à quo non poſſes interrogare ſermonem, ideo de lectulo,*
*ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morie-*
*ris*... Obſervantia ſactorum, ſuperſtitioſa & illicita.
(*Regulâ 21. & 22.*) Maleficium altero maleficio tol-
lere, aut maleficos adire, ac eorum uti operâ ut hoc
modo tollant; vel ſic tollere volentibus conſenſum præ-
bere, nuſquam licet, ſed lethale ſemper peccatum eſt.
(*Regulâ 25.*) In omnibus anguſtiis, rebus adverſis, &
damnis rerum temporalium, morbis pecorum vel ho-
minum, ad Deum confugiendum eſt, & cum pio Rege
Joſaphat dicendum: *Cum ignoremus quid agere debea-* *2. Paralip.*
*mus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros di-* *20. 12.*
*rigamus ad te.*

Omne igitur ſuperſtitionis & vanæ obſervantiæ ge-
nus cum execratione reſpuentes, Chriſtum Salvatorem
noſtrum ac Regem, quæramus cum ſanctis Magis; il-
lum noſſe, adorare, ac muneribus honorare, una no-
bis curioſitas & cura ſit. Quæramus quæ ad ſalutem noſ-
tram pertinent & neceſſaria ſunt, tam media, quàm
præcepta; Angeli Cuſtodis noſtri directionem & in-
ſpirationes, in omnibus viis noſtris poſtulemus, & ſe-
qui parati ſimus, ſicut Magi ductum Angeli ſtellam mo-
ventis ſecuti ſunt. Non conſulamus planetarios, augu-
res, magos, ſortilegos, qui *Parati ſunt ſuſcitare Levi-* *Job. 3.*
*athan*: ſed Paſtores, & conſcientiæ Moderatores, pios
& doctos. Non futura ſcrutemur, ſed quis ſit conſcien-
tiæ noſtræ ſtatus; quænam in ea lateant peccata, & ha-
bitus mali; quæ nobis cupiditates dominentur; ut illa
per confeſſionem & pœnitentiam eluere, illos per vir-
tutum contrariarum actus eradicare: has domare pu-
gnando ſatagamus. Non ſufficimus præſentibus, ut
quid futura contingentia inquirimus? Prævideamus fu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tura, quantùm prudentia & cautio Chriſtiana jubent, ut pericula vitemus Animarum noſtrarum, ut peccati occaſiones, & iniquorum conſortium ac familiaritatem fugiamus, quæ nobis cauſa ruinæ ſpiritualis eſſe poſſunt: Cogitemus quam deinceps viam ſimus inituri, ne redeamus ad Herodem, ſed per aliam viam revertamur in patriam noſtram, quæ cælum eſt.

---

## DOMINICA INFRA OCTAVAS EPIPHANIÆ.

*Dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid eſt quòd me quærebatis? Neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe?.... Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis*... Luc. 2.

CUm duo ex præcipuis Chriſtianæ vitæ erga homines officiis ſint liberorum ſancta educatio, illorumque erga parentes obſervantia, primi hujus officii exemplum Maria Jeſu Chriſti Mater & Joſephus Pater ejus nutritius exhibent; ſecundi, puer ipſe Jeſus. Joſeph & Maria per annos ſingulos ibant in Jeruſalem, ad diem ſolemnem Paſchatis: illucque puerum Jeſum ducebant, ad immolationem agni Agnum ipſum ſine maculâ, ad celebrationem Paſchæ typici, verum Paſcha pro nobis poſt annos aliquot immolandum, ſacerdotem pariter & victimam, qui legales figuras morte ac reſurrectione ſuâ aliquando erat impleturus. Annum ætatis duodecimum agebat adorandus Puer, cùm aſcendentibus illis Jeroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei Feſti, conſummatiſque diebus, cùm redirent, reman-



ſit in Urbe, & non cognoverunt parentes ejus, donec peracto diei itinere, inter cognatos & notos quæſitum non invenerunt. Quapropter Jeruſalem reverſi, illumque cum anxietate & dolore quærentes, poſt triduum, invenerunt in Templo ſedentem in medio Doctorum, audientem, & interrogantem illos; ita ut prudentiâ ſuâ & reſponſis omnibus admirationi eſſet. Cui Mater: *Fili*, inquit, *quid feciſti nobis ſic; Ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te*. Amabilem ac ſuavem Matris querimoniam humiliter audit Puer adorandus, ac modeſtè reſpondet: *Quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe?* Quod reſponſum etſi tunc non intellexerint, neſcientes quænam eſſent illa negotia Patris, & quâ ratione diſputatio cum Doctoribus ad illa pertineret, ſiluerunt nihilominus præ admiratione & reverentia ejus, quem Deum eſſe firmiſſimè credebant. Et Jeſus cum eis deſcendit, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis, non neceſſitate, ſed pietate, & dignatione. Parentes Chriſtiani, officia veſtra erga filios à Maria & Joſeph; filii, officia veſtra erga parentes à puero Jeſu diſcite, & tanquam in exemplari intuemini.

Parentum erga filios officia. Debent imprimis filios alere, & curam illorum gerere. 2. Inſtructionem & diſciplinam filiis debent, ipſoſque inſtituere tenentur tum in fide, tum in Chriſtianæ vitæ officiis... Nullâ re magis quàm optima & ſancta educatione ſuum erga filios amorem parentes teſtari poſſunt... Quia verò exempla longè movent efficaciùs quàm verba, filiis ſuis omnium virtutum exemplo prælucere debent parentes Chriſtiani... Ipſis denique correptionem debent ſtatim à pueritia, quæ prona ad malum eſt. Qua in re prudentiâ & moderatione opus eſt, ut videlicet nec auſteriores, nec indulgentiores parentes ſint. (*Lib. 4. Cap. 6. Art. 2. §. 1.*)

Lethalis peccati rei ſunt parentes, qui filios ſuos in

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eodem ſecum lecto collocatos ex ſomnolentia opprimunt; vel tam negligenter educant, ut in ignem vel aquam cadant, aliove ſimili caſu extinguantur; vel quorum incuriâ ſine Baptiſmo moriuntur. (*Art. 3. Regula x.*) Graviter peccant parentes, qui ob ſecundarum nuptiarum ſocietatem, filiorum ex primo thoro ſuſceptorum educationem negligunt. (*Regula x1.*) Gravis peccati rei ſunt parentes, qui paternâ providentiâ filiis ſuis non conſulunt, ſed eorum neglectâ collocatione & fortunâ, bona ſua dilapidant, aut tam multa extraneis conferunt, ut filios ſuos neceſſariis vitæ hujus ſubſidiis eorum ſtatui & conditioni convenientibus fraudent, aut ſine cauſa exheredent. (*Regulâ x11.*) In ſingulos filios dividere debent hereditatem, ſecundùm quod lege aut conſuetudine præſcriptum eſt. Parentum in filios inæqualis amor, & alios præ aliis augendi ac locupletandi ſtudium, odia filiorum in parentes, fratrumque inter ſe diſſidia implacabilia ſæpe parit. (*Regulâ 13.*) Quàm grave ſit peccatum parentum, qui ſuos liberos in Monaſteria detrudunt, ſeu ad Religioſam profeſſionem cogunt, vel inducunt. (*Lib. 3. Cap. 6. Art. 3. Regulâ 12. & Art. 8. Regulâ 17.*)

Pueri in Eccleſiam ut in Jeruſalem ducendi à parentibus, docendique ut Angelorum inſtar cum reverentiâ, modeſtiâ, & pietate ſtent coram Deo, ipſius Majeſtatem adorent, ipſumque orent pro modulo ſuo; ut Catecheſes audiant; ut cùm ætate & ſapientiâ profecerint, Sacramenta frequentent, conſcientiæ Moderatorem eligant, Dei voluntatem exquirant de ſtatu vitæ eligendo, ne ſine vocatione ſtatum aut conditionem eligant: quâ ex electione ſors æterna ſæpe pendet filiorum & filiarum. Caveant parentes ne ſint ex eorum numero, de
Pſal. 105. 37. quibus ſcriptum eſt: *Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.* Filios enim ſuos & filias ſuas dæmoniis immolant, cum vanitati & mundo addicunt, cum eorum cupiditatibus naſcentibus blandiuntur: dæmo-



niis immolant, cùm cupiditatis vel ambitionis inſtinctu, aut rationibus merè humanis, ipſos Clero, aut Monaſterio devovent, aut repugnantes, aut filiali tantùm reverentiâ conſentientes, nec à Deo vocatos... Timeant ne filii & filiæ meritò dicant aliquando: *Parentes ſenſimus parricidas.* Videant utrum filiis veritates fidei ac legis Chriſtianæ inculcaverint pro officii ſui ratione, ut pius Rex Ezechias ait: *Pater filiis notam faciet verita-* Iſa. 38. 19.
*tem tuam.* An filios ſuos errantes à via ſalutis ſollicitè quærunt, & ad vias rectas revocant? Immò pravis exemplis illos in viam perditionis ducunt, ut *fiant ſicut* Pſal. 77. 8.
*patres eorum, generatio prava & exaſperans: generatio quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus ejus.*

Filiorum erga parentes officia. 1. Reverentia & obſervantia. 2. Preces pro ipſis ad Deum fundendæ. 3. Obedientia. 4. Virtutum ac rectè factorum imitatio. 5. Ipſorum prudentibus conſiliis deferendum, maximè cùm ſtatus vitæ deligendus eſt, cùm uxor ducenda. 6. Parentibus ſubveniendum, tum in ſpiritualibus neceſſitatibus, tum in temporalibus, (*Lib. 4. Cap. 6. Art. 1. §. 2.*) Chriſtus Jeſus obſervantiæ & obedientiæ filiorum erga parentes exemplar. *Et deſcendit cum eis, &* S. Ambroſ. Lib. 2. in Evang. S. Lucæ. N. 65.
*venit Nazareth, & erat ſubditus illis... Quid enim Magiſter virtutis, niſi officium pietatis impleret? Numquid & humano egebat auxilio, ut materno ſerviret imperio? Deferebat homini, deferebat ancillæ, defe-* Luc. 1. Ecce ancilla Domini.
*rebat ſimulato Patri: Et miraris ſi Deo detulit?... Exempla pietatis agnoſce. Diſce quid parentibus tuis debeas.* Chriſti parentes omnia illi debebant: Nos parentibus, poſt Deum, omnia debemus. *Et erat ſubditus illis,* in omnibus, Deus creaturis ſuis, per annos triginta.

Lethalis peccati rei ſunt, qui parentibus maledicunt, qui ipſos verberant, ſpernunt, vel irrident, aut de ipſis erubeſcunt. Graviter etiam peccant, qui parentibus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mœrorem creant, aut ſenectutis illorum infirmitates impatienter ferunt. ( *Lib. 4. Cap. 6. Art. 3. Regulâ 1.* ) Parricidii rei ſunt filii, qui mortem parentum optant, aſſequendæ hereditatis cupiditate: Nec illos excuſat, quod eam non optent ut parentibus malam, ſed ut ſibi utilem. ( *Regulâ 4.* ) Filii qui parentibus aliquid ſurripiunt, lethalis peccati rei ſunt, niſi materiæ levitas veniale faciat. ( *Regulâ 5.* ) Filii parentibus non obedientes in iis quæ juſta ſunt, & quæ pertinent ad diſciplinam vitæ, & curam domeſticam, rei ſunt lethalis peccati, ſi præcepta ſint gravis momenti; vel ſi ex contemptu non obediant in iis etiam quæ levioris momenti videntur. ( *Regulâ 6.* ) Verùm filii parentibus obedire non tenentur, cùm aliquid præcipiunt contra Dei præcepta, vel conſilia Evangelica ( *Regulâ 7.* ) Si ad peccatum provocent præcepto, vel conſilio; aut à meliore bono & ſancto propoſito revocent, uſurpanda ſunt illa pueri Jeſu verba: *Neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe....*

Merces à Deo promiſſa his qui parentes, ſecundùm ejus mandatum, honorant... Parentum benedictio, divinæ benedictionis pignus... Parentum maledictio timenda... Cur interdum piis erga parentes filiis brevior ſit vita?... Impiorum, ingratorumque filiorum pœnæ. ( *Lib. 4. Cap. 6. Art. 1. §. 6.* )



## IN EADEM DOMINICA.

*Requirebant eum inter cognatos & notos. Et non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem, requirentes eum. Et factum eſt, poſt triduum invenerunt illum in Templo... Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te...* Luc. 2.

1. CHriſtum abſque culpa ſua amiſerant parentes ejus. Illum gerebant in corde, qui pauliſper ab ipſis ſe ſubduxerat corpore: Sed Deum non amittimus ſine culpa. *Hominem enim juſtificatum non deſerit, niſi prius ab eo deſeratur*, ut docet ſacra Synodus Tridentina. Verumtamen & cùm ipſum amiſit homo per peccatum, illum inveniet, ſi rectè, ſtudiosè & impigrè quærat. Tres enim ſunt cauſæ cur à quærentibus non invenitur, quia videlicet *Aut non in tempore quærunt, aut non ſicut oportet, aut non ubi oportet.* QUÆRITE *Dominum dum inveniri poteſt; invocate eum dum prope eſt.* Erit enim cùm inveniri non poterit, quia prope non erit. Non invenietur ab impiis, quos ultores Angeli arcebunt, & tollent, ne videant gloriam Dei. Fruſtra inclamabunt & fatuæ Virgines; *Domine, Domine, aperi nobis.* Ad eas non exibit, *clauſâ januâ*, ſed reſpondebit: *Neſcio vos.* Sibi proindè dictum putent: *Quæretis me, & non invenietis.* Cæterùm *Nunc tempus acceptabile, nunc dies ſalutis ſunt. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum.* Túnc aliud ad quærendum Deum, ad operandum quod bonum eſt, reperturus es tibi tempus in ſæculis venturis; præter hoc quod conſtituit tibi Deus, in quo recordetur tui: Et ideo *dies ſalutis*, quia in his ipſe *Deus Rex noſter ante ſæcu-*

*S. Bernard. Serm. 75. in Cantic.* — *Iſa. 55.* — *Math. 25.* — *Joan. 7. 34.* — *Pſal. 73. 12.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Inoperatus eſt ſalutem in medio terræ.*

II. Ergo tu, & in medio gehennæ exſpectato ſalutem, quæ jam facta eſt in medio terræ. Quam tibi ſomnias proventuram inter ardores ſempiternos facultatem veniam promerendi, cùm jam tranſiit tempus miſerendi? Non relinquitur tibi hoſtia pro peccatis, mortuo in peccatis. Quærendus eſt Deus, ſtatim atque animadvertimus nos illum amiſiſſe per peccatum lethale, ſtatim quærendus eſt per pœnitentiam & contritionem ad illum nos convertendo. ( *Lib. 2.* Tract. *de Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 4. Art. 7. Regula 111.* ) Jeſum quæſierunt Joſeph & Maria, ſtatim atque animadverterunt illum abeſſe à comitatu. *Requirebant eum inter cognatos & notos, & non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem.* Si mulier drachmam amiſerit, ſtatim evertit domum ut eam inveniat. Si paſtor ovem amiſerit ſtatim quærit ut eam reducat. Si ſanitatem amiſerimus, ſtatim vocamus Medicum, ut eam recuperemus: & Deo noſtro amiſſo, in quo uno omnia habemus, non ſtatim ipſum quærimus, ſed differimus de die in diem?

III. Non ſolùm opportuno tempore, ſed opportuno loco Deus quærendus eſt. Aurum, gemmæ, aliaque hujuſmodi corporalia & temporalia bona in iis quærenda ſunt locis, in quibus amiſſa fuere: Deus verò non invenitur ubi amiſſus fuit, nec proinde ibi quærendus eſt. In mundo amiſſus eſt, quærendus eſt in ſeceſſu: in ſpectaculis, in choræis, in ludis, in conviviis, in hâc vel illâ ſocietate amiſſus eſt; his renunciandum, & æternum vale dicendum. Sæpe non invenitur in comitatu, nec inter proximos & cognatos, qui potiùs nobis impedimento ſunt ne Deo ſerviamus. Non invenitur in occaſionibus peccati; deſerendæ ſunt imprimis, ſi Deus ſincerè quæratur. Quamobrem illis omnibus qui in proximâ peccandi occaſione verſantur, Abſolutio Sacramentalis neganda eſt. Si enim Deum ſincerè quærerent, occaſiones proximas illum amitendi fugerent ac deſererent.



( *Lib. 2. Tractatu de Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 7. Art. 3. Regulâ 1.* ) *Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 1. Art. 3. Regulâ 6. & Regulâ 31.* ) Deus in Jeruſalem quærendus, in Eccleſia Catholica, in Templo ubi expiantur peccata, ubi ſacrificium propitiatorium pro ipſis offertur, ubi verbum ſalutis prædicatur, ubi Deus colitur, laudatur, & oratur, ubi ſpeciatim exaudit preces peccatorum pœnitentium, & miſericordiam ejus implorantium, ubi Chriſtus Redemptor noſter corporaliter adeſt nobis, miſericordiæ ſuæ ſinum nobis expandens. Sed heu! ſæpe in Templo Deus amittitur, ubi quæri deberet ac inveniri. Quot Chriſtiani Domum Dei non ſolùm faciunt domum negotiationis, ſed ſcortationis? Ibi *luxuria negotiatur* (ut Tertulliani verbis utar.) Hùc *propter mutuum videre & videri*, mulieres *circumornatæ ut ſimilitudo templi*, & viri effeminati, calamiſtrati concurrunt, & aſpectu mutuo corda ſibi nuntiant impudica: Templorum ſanctitas violatur, Dei Majeſtas contemnitur.
*Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera* Jerem. 11. 15.
*multa?* Ecce in ipſo introitu *Idolum zeli.* Zelum, pie- Ezech. 8.
tatemque ſimulant hypocritæ, Deum ſe colere fingunt, ſed ſpeciem pietatis habentes, ejus abnegant veritatem. Idolum zeli appellatur, quia ad æmulationem & zelum
Deum provocat. *Ipſi me provocaverunt in eo qui non* Deuter. 32. 21.
*erat Deus, & irritaverunt in vanitatibus ſuis: & ego provocabo eos in eo qui non eſt populus.* Fode parietem,
& vide *abominationes peſſimas.* Ibi *omnis ſimilitudo* Ezech. 8.
*reptilium & animalium*, & ſeniores domûs Iſraël thus adolent ante picturas. Quàm multi in exemplum Ophni & Phinees, ſacrificiorum primitiva decerpunt, & bonis Eccleſiaſticis, quæ ſunt *Oblationes fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum,* (ut ſacri Canones loquuntur) abutuntur ad luxum, ad ludum, ad convivia, ad ædificia ſuperflua, ad canes alendos, ad conſanguineos ditandos? Quot ſacris miniſteriis fun-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

guntur, lucri, & commodorum temporalium cauſa; *Quando viderimus plebem peſſimam congregatam, de qua ſcriptum eſt, Odivi Eccleſiam malignantium: & pejores plebe Præpoſitos, nequioremque Principem, qui præfectus eſt plebi atque Presbyteris: dicamus Jezoniam ſtantem ante picturas, & ſingulos habere thuribula in manibus ſuis: non Dei majeſtatem, ſed proprias ſententias adorantes.* Adhuc converſus, videbis abominationes majores, *Mulieres plangentes Adonidem.* Mulieres non peccata plangunt, non dolent quòd Deum ſponſum Animarum ſuarum, ſed quòd profanos amatores amiſerint; lugent ob damna rerum temporalium, non æternarum. *Eos qui ad ſæculi mala & bona vel contriſtantur, vel exultant, mulieres appellemus, molli & effeminato animo: dicamuſque plangere eos Adonidem, ea videlicet quæ in rebus mundi putantur eſſe pulcherrima.* Plures denique *dorſa habent contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorant ad ortum ſolis.* Aulici, Deo derelicto, ad favorem Principis, fortunamque, velut ad numen convertuntur, omneſque cogitationes ſuas & ſtudia eò dirigunt. Hi omnes Deum non inveniunt, nec in Templo, quia illum non quærunt ut Joſeph & Maria.

*S. Hieronymus lib. 3. in Ezech. in Cap. 8.*

*S. Hieron.*

IV. Quærendus eſt ſcilicet cum dolore vehementi de peccatis quibus ipſum amiſimus, cum *Triſtitia quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur:* cum triſtitiâ quæ parit ſollicitudinem ſalutis, indignationem adverſus peccatum, timorem judiciorum Dei, vindictam adverſus nos ipſos injuriæ Deo illatæ per ſeveram & laborioſam ſatisfactionem, fervens deſiderium Deo ſerviendi & in omnibus placendi, zelum & æmulationem meliorum chariſmatum & virtutum, bonorumque exemplorum. *Ecce enim hoc ipſum ſecundùm Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſollicitudinem? ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam.*

*2. Cor. 7. 10.*



Joſeph & Maria Jeſum cum dolore & anxietate quærebant. *Ecce Pater tuus & ego, dolentes quærebamus te.* Amor quo Jeſum proſequebantur, doloris menſura fuit. Omnis enim dolor in amore fundatur... De contritionis vehementia... Summus & maximus dolor de peccatis contritio eſſe debet, ita ut nullus major excogitari poſſit. (*Lib. 2. Cap. 3. Art. 5.*) Veræ contritionis, & ſinceræ converſionis indicia. (*Art. 7. Regulâ 6.*) QUÆRITE *Dominum, & confirmamini, quærite faciem ejus ſemper... Quærite Deum, & vivet anima veſtra.* Animæ juſtæ, quærite ſponſum: Animæ infirmæ, quærite Medicum. Anima illi vivet, quæ mundo mortua eſt. Quæ enim mundo vivit, illi non vivit. Sic eum quæramus, ut inveniamus, & dicamus cum Propheta ſancto: *Mihi adhærere Deo bonum eſt.* Non funibus ſolùm, quæ facilè putreſcunt, aut citò abrumpuntur, id eſt, honeſtatis intuitu, aut memoriâ promiſſionum, Deo alligemur. Non clavis ſolùm configamur Domino Majeſtatis, timore ſcilicet pœnarum æternarum, quo qui confixus eſt, non peccare metuit, ſed ardere: ſed glutine fortiſſimo, id eſt caritate, Deo ita conjungamur, ut unus ſpiritus ſimus cum eo, & dicamus: *Tenui eum, nec dimittam.... Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti?*

*Pſalm. 104.*

*Pſalm. 72. S. Bernard. Serm. 4. de Diverſis.*

*Cant. 3. 4. Rom. 8. 35.*

---

## DOMINICA I. POST OCTAVAS EPIPHANIÆ.

*Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat Mater Jeſu ibi: vocatus eſt autem & Jeſus, & Diſcipuli ejus ad Nuptias.* Joan. 2.

CUm ad vitæ ſtatum eligendum divinæ gratiæ lumen auxiliumque maximè neceſſarium ſit, de matrimonio contrahendo minimè deliberandum eſt ſine



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Jeſu. Ut nuptiæ ſanctæ ſint, ad eas vocandus eſt Jeſus; Spiritus ejus per orationem attrahendus, & recta intentione ineundem matrimonium eſt; non avaritiæ, non ambitionis, non voluptatis affectu. Quod præcipuè ſpectari debet in petitione & electione uxoris, virtus eſt, non divitiæ, non nobilitas, non forma. Matrimonium contrahendo graviter peccant, qui ad contrahendum aliis rationibus finibuſque moventur, præter eas ob quas à Deo inſtitutum eſt. (*Lib. 2. Tract. de Sacramento Matrimonii, Cap. 1. Art. 3. Regulâ 5.*) Uxor bona
Prov. 19. 14. Dei munus eſt. *Domus & divitiæ dantur à parentibus; à Domino autem propriè uxor prudens.* Idem eſto de viro judicium. A Domino igitur poſtulare debet puella Matrimonio collocanda ſponſum ſecundùm cor ejus, ſapientem, caſtum, juſtum, ſobrium, pium. Caſtam pariter, prudentem, omnique virtutum genere ornatam conjugem humili ac fervente oratione poſtulare debet à Deo vir Matrimonii candidatus. Sanctum Iſaac imitetur, qui ſponſam expectans ad ſe mox adducendam, exivit *ad meditandum in agrum* (Geneſ. 24.) id eſt, *Ad orandum*, ut Chaldaïca Paraphraſis habet, ut Matrimonium ſuum Deo commendaret. Vocanda eſt & Mater Jeſu ad nuptias, Deiparæ Virginis interceſſio imploranda in negotio quod tanti momenti ad ſalutem eſt. Reſpicienda eſt velut exemplar, invocanda ut Patrona à puellis nubilibus; utpote quæ Virginum prudentiſſima & modeſtiſſima, ſponſarum & uxorum ſanctiſſima & caſtiſſima, matrumque Chriſtianarum prima, nobiliſſima, & admiratione digniſſima fuerit. Vocandi ſunt & diſcipuli Jeſu ad nuptias; ſeu potius vir & uxor ejus diſcipuli eſſe debent, ſecundùm ejus doctrinam ac Evangelium, Eccleſiæque leges contrahendo. Spiritualium Virorum, Paſtorum, conſcientiæ Moderatorum conſilium rogandum, Sacerdotum & piorum precibus commendandum tam grave negotium eſt. Parentum conſenſus expe-
Tertull. lib. 2. ad Uxorem. ctandus. *Nec enim in terris filii ſine conſenſu patrum*



*rectè & jure nubunt.* Lethaliter ergo peccant filii familiâs, qui parentibus inconſultis, vel juſtâ ex cauſâ repugnantibus & invitis, Matrimonium contrahunt. (*Lib. 2. Tract. de Sacramento Matrimonii, Cap. 2. Art. 3. Propoſitione 3.*) Ab hereditate temporali repelli poſſunt à parentibus, ſecundùm leges principum. Præſentem Jeſum intueri ſemper debent ſponſus & ſponſa ante Matrimonium, ne libidinoſis blanditiis, oſculis, actibus, aliove commercio impudico, gratiæ Sacramenti impedimentum apponant, & Dei benedictionem à futuro ſuo Matrimonio avertant.

Ad Matrimonii nuptiarumque ſolemnitatem vocandus eſt Jeſus, ut illis benedicat, qui Matrimonium ab initio mundi inſtitutum in paradiſo terreſtri, ut officium naturæ, ad Sacramenti dignatem in nova lege provexit. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Vim porro gratiæ operatricem Chriſtus Matrimonio contulit, illudque ad Sacramenti dignitatem evexit, cùm ait: *Non legiſtis quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Ad hujus rei ſignificationem nuptiis benedixit, quas primo ſuorum miraculorum illuſtravit. Quid præſtet chriſtianis conjugibus gratia ſpecialis quæ per Matrimonii Sacramentum confertur? (*Lib. 2. Tract. de Sacramento Matrimonii, Cap. 1. Art. 4. Propoſit. 1. & 2.*) In ſtatu igitur gratiæ eſſe debent ſponſus & ſponſa, cùm Matrimonio ſolemni ritu conjunguntur in Eccleſia; alioqui ſacrilegii rei ſunt, & Dei maledictionem pro benedictione ſuper ſe inducunt... Vocandus eſt Jeſus ad nuptias ut in nuptiali convivio temperantia & ſobrietas regnent, in choræis modeſtia, in omnibus pudicitia; ut vanitas, diſſolutio, luxus eliminentur.

Epheſ. 5.
Matth. 19.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Tria Matrimonii bona, proles, fides, Sacramentum; in nuptiis diligenda. ( *Ibidem* ) In prole triplex bonum habent conjuges. 1. Pariunt Deo ſervos fideles; 2. Cives patriæ, non tantùm terrenæ, ſed cæleſti. 3. Sibi heredes. Fidei conjugalis bonum triplex, Animæ, corporis, & honeſtatis. Animæ bonum eſt fornicationis fuga. Corporis, mutuum officium & adjumentum quod ſibi præſtant conjuges in vitæ ſocietate & rei familiaris adminiſtratione. Bonum honeſtatis, quia nuptiis fit honeſtum quod aliàs turpe eſſet. *Bonum ergo ſunt nuptiæ, in quibus tantò meliores ſunt conjugati, quantò caſtiores & fideliores Deum timent, maximè ſi filios quos carnaliter deſiderant, etiam ſpiritualiter nutriant;* ( inquit S. Auguſtinus lib. de bono conjugali, Cap. 19.) Sacramenti bonum in tribus pariter poſitum. 1. Conjunctio animorum ſignificat conjunctionem animæ cum Deo. 2. Conjunctio corporum ſignificat conjunctionem carnis cum Verbo Deo. 3. Unus vir & una uxor ſignificant unicum ſponſum Chriſtum unius ſponſæ Eccleſiæ. ( *Libro & Capite citatis, Art. 8.* ) Adulterium fidei conjugali oppoſitum. Ejus deformitas & enormitas, ex triplici capite... Adulterii pœnæ. ( *Lib. 3. Tractatu de Peccatis, Cap. 8. Art. 3. Regulâ 16.* ( Viri adulterium gravius peccatum eſt adulterio mulieris. ) *Ibid. Regulâ 18.* ) Qui hoc morbo laborant, ad hæc Apoſtoli verba attendant, Hebr. 13. *Fornicatores & adulteros judicabit Deus.*

In Conjugalis vitæ ſocietate præſens ſemper Chriſtianis conjugibus debet eſſe Jeſus, ut ſui ſtatus & vocationis officia Chriſtiana impleant. De conjugum Chriſtianorum officiis ( *Lib. 2. Tract. de Sacramento Matrimonii, Cap. 5. §. 1.* ) *Caro una* ( inquit Tertullianus libro 2. ad Uxorem ) *una & ſpiritus. Simul orant, ſimul jejunia tranſigunt, alterutro docentes, alterutro exhortantes, alterutro ſuſtinentes. In Eccleſia Dei pariter utrique, pariter in convivio Dei, pariter in anguſ-*



*tiis, in perſecutionibus, in refrigeriis. Neuter alteri gravis eſt. Liberè æger viſitatur, indigens ſuſtentatur. Eleemoſynæ ſine tormento, ſacrificia ſine ſcrupulo, quotidiana diligentia ſine impedimento. Talia Chriſtus videns & audiens gaudet. His pacem ſuam mittit. Ubi duo, ibi & ipſe: ubi & ipſe, ibi & Malus non eſt.* In Matrimonii tribulationibus, deficiente vino cæleſtium conſolationum, invocanda Dei Mater; ſed ut utiliter invocetur, Filio ejus parendum, & ſecundùm ejus Evangelium vivendum eſt. *Dicit Mater ejus Miniſtris: Quodcumque dixerit vobis, facite.* Primum miraculorum ſuorum concedit Jeſus precibus Matris ſuæ. Ipſius interceſſionem potentiſſimam apud Chriſtum Jeſum adhibeamus, non ut converſionem aquæ in vinum, ſed converſionem cordis noſtri; non ut bona temporalia, fluxa, inſipida, quæ ut aqua dilabuntur; ſed ut bona gratiæ obtineamus, fructus vitis veræ, ſanguinis & meritorum Jeſu Chriſti applicationem, vinum animas inebrians, vinum nuptiarum Agni; ut rerum omnium terrenarum obliviſcantur, & in uno Domino gaudeamus.

Conjugibus præſens ſit Jeſus, ut in pace vivant. Mulier ex latere Adami dormientis formata à Deo; non ex capite, quia mulier dominari viro non debet: non ex pedibus, quia non debet contemni & quaſi ancilla tractari; ex latere ( inquam ) *Ut firmam & inſolubilem debere eſſe oſtenderet* Deus *uniti conjugii caritatem.* Ruperius lib. 2. in Geneſ. Cap. 24. Uxor viro in omnibus quæ Dei legi non repugnant, facilè conſentiat, vir uxori conſulat, indulgeat, compatiatur, cauſamque diſcordiæ ſecundùm ejus vota compeſcat, & ejiciat, ſi fortè in familia oriatur; ſicut Abraham Saræ poſtulanti ut ancillam diſcordiæ cauſam ejiceret, placidè conſenſit, dicens, *Ecce ancilla tua in manu tua eſt.* Geneſ. 16. Quæ in uxorem indulgentia pace domum replevit. In conjugio ubi non eſt Jeſus, pax eſſe non poteſt: quia *Factus eſt in pace locus ejus.* Non melius *Pſalm. 75. 3.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eſt familiæ in qua vir & uxor diſſident, quàm navi tempeſtate & procellis agitatæ, diſſidente gubernatore ab eo qui regit proram: non meliùs quàm corpori phrenetici, cujus membra ſe mutuò collidunt. Diſcipulis ſuis juſſit Chriſtus, ut pacem adprecarentur familiis, quæ ipſos hoſpitio ſuſciperent, dicentes: *Pax huic domui.* Incomparabile bonum pax eſt, omniſque fons proſperitatis & felicitatis, ſed quo illi ſolùm digni ſunt, qui manent in caritate. *Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam,* &c.

[Matt. 10.]

## IN EADEM DOMINICA.

*Vocatus eſt Jeſus ad Nuptias.*

AD ſpirituales nuptias omnes vocati ſumus, in quibus Jeſus Chriſtus ſponſus. *Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Sponſa verò nos ipſi ſumus: omnes ſimul una ſponſa, & animæ ſingulorum quaſi ſingulæ ſponſæ. Multùm hæc ſponſa ſponſo ſuo inferior genere, ſpecie, dignitate. Attamen de cælo deſcendit Filius Dei, homo factus eſt ut illam ſibi deſponſaret; pro ea mortuus, lavit eam à peccatis in ſanguine ſuo, & mundavit eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut ſibi glorioſam exhiberet, non habentem maculam neque rugam. O inæſtimabilem animæ gloriam, ut ſponſum habeat nobilem cælo, potentem imperio, divitem mundo! Unde tibi hoc, Anima, ut ipſe ſit ſponſus tuus, cujus pulchritudinem ſol & luna mirantur, ad cujus nutum univerſa mutantur? Quid retribues Domino, pro omnibus quæ retribuit tibi, ut ſis *ſocia menſæ, ſocia regni, ſocia thalami,* ut introducat te Rex in cubiculum ſuum? Totum ipſi cor tuum & amorem, fidem inviolatam, corpus immaculatum & caſtum. *Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & oblivi*ſ-

[Pſalm. 18. 6.]

[S. Bernardus Serm. 1. in Dom. 1. poſt Octav. Epiph.]

[Pſal. 44. 11.]



*cere populum tuum, & domum patris tui.* De ere carnales affectus, ſeculares mores dediſce, à prioribus vitiis abſtine, conſuetudines noxias obliviſcere. *Quoniam concupivit Rex ſpeciem tuam; quia ipſe eſt Dominus Deus tuus.* Deus tuus eſt, Rex tuus eſt. Rex tuus, & ipſe eſt ſponſus tuus. *Regi nubis Deo, ab illo dotata, ab illo decorata, ab illo redempta, ab illo ſanata. Quicquid habes unde illi placeas, ab illo habes.* Illum ergo purè & caſtè ama. In iſtis humanis conjugiis conſiderate cor caſtum quale ſit ad Deum. Caſtè non diligit uxorem ſuam, qui propter dotem illam diligit: non maritum caſtè diligit, quæ propterea diligit, quia aliquid donavit, aut quia multùm donavit. Et dives maritus, & pauper factus maritus eſt. Quàm multi proſcripti à caſtis uxoribus ampliùs dilecti ſunt? Probata ſunt multa caſta conjugia calamitatibus maritorum: ne aliud amare quàm maritum putarentur, non ſolùm non deſeruerunt, ſed ampliùs obſecutæ ſunt. *Si ergo maritus carnalis gratis diligitur, ſi caſtè diligitur; & uxor carnalis gratis diligitur, ſi caſtè diligitur: Deus quomodo diligendus eſt, verus & verax animæ maritus ad prolem ſempiternæ vitæ fæcundans, & ſteriles nos non eſſe permittens? Illum ergo ſic diligamus, ut aliud præter ipſum non diligatur.* Non minùs ipſum diligamus in adverſitate, quàm in proſperitate. Cæleſte convivium præparatur, in quo nunquam vinum deficiet. *Inebriabimur* enim *ab ubertate domus Dei, & torrente voluptatis ejus potabimur.* Hîc autem quamvis menſam in conſpectu noſtro Deus paraverit adverſùs omnes qui tribulant nos, nonnunquam vinum deficit, gratia ſcilicet devotionis, & fervor caritatis. Quamobrem ad matrem Jeſu confugiendum eſt, piè invocanda eſt Mater miſericordiæ, ut noſtra Mediatrix ſit apud Filium. Interim verò nobis purificatione opus eſt. Nunc abluitur ſponſa, nunc purificatur: ut in cæleſtibus nuptiis ſponſo ſuo ſine omni macula præſentetur. Quæramus

[S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 44.]

[S. Auguſt. in Pſal. 44.]

[Pſal. 45.]

ergo hydrias ſex, in quibus hæc ablutio ſeu purificatio fiat. Nam ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, quæ ſola liberat, ſola ſalvat, ſola lavat. Quòd ſi confiteamur peccata noſtra, non deerunt veris Iſraëlitis purificationis hydriæ: quoniam fidelis eſt Deus, qui dimittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. *Erant autem ibi hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Judæorum.* Prima hydria & prima purgatio, cordis compunctio eſt. *In quacumque hora ingemuerit peccator*, (ait Dominus) *omnium iniquitatum ejus non recordabor.* Secunda, Confeſſio: omnia ſiquidem in confeſſione lavantur. Tertia, eleemoſynarum largitio. *Date eleemoſynam, & ecce omnia mundi ſunt vobis.* Quarta, remiſſio injuriarum, ſecundùm quòd orantes dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Quinta, eſt afflictio corporis: unde oramus ut *Mundi per abſtinentiam, Deo canamus gloriam.* Sexta, eſt obedientia præceptorum: *Vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis.* Hæ ſunt ſex hydriæ poſitæ in purificationem, non carnalium Judæorum, ſed ſpiritualium Iſraëlitarum: quæ vacuæ ſunt & plenæ vento, ſi mandata Dei pro inani gloria obſerventur. Aqua replentur, ſi timore Dei cuſtodiantur: quoniam timor Domini fons vitæ; aqua eſt, etſi minus ſapida, ſed optimè refrigerans animam noxiis deſideriis æſtuantem. Aqua eſt quæ jacula inimici nequiſſimi ignita poſſit extinguere. Sed divina virtute aqua mutatur in vinum, quando perfecta caritas foras mittit timorem.

*S. Bernardus Serm. 1. in Dom. 1. post Octav. Epiph.*

*Ezech. 18. Luc. 11. 41.*

*Joan. 15.*



## DOMINICA II. POST OCTAVAS EPIPHANIÆ.

*Ecce leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare: & extendens Jeſus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra ejus. Et ait illi Jeſus ... Vade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes.* Matth. 8.

PEccatum mortale eſt Animæ lepra. De peccati macula & fœditate. ( *Lib. 3. de Peccatis, Cap. 3.* ) Immò Animæ mors eſt: per peccatum anima ſeparatur à Deo, & à Sanctorum ſocietate; pœnæ quippe æternæ fit rea; cùm damni, per ejectionem leproſi è civitate, ſignificatæ, tum ſenſus. ( *Ibidem* ) Triſtitia & verecundia, lepræ fœditatem, & leproſi ſeparationem à concivium cœtu concomitans; malæ conſcientiæ pœnam & ſtimulum ſignificat. ( *Ibidem.* )

Solus Deus à peccati lepra mundare poteſt. Leproſos ſanat aſperſione ſanguinis ſui Jeſus Chriſtus. Duos paſſeres vivos pro ſe offerebat leproſus, & lignum cedrinum, vermiculumque, & hyſſopum. Paſſerum alter *Levitici 14.*
immolabatur in vaſe fictili ſuper aquas viventes: alter vivus cum ligno cedrino, & cocco, & hyſſopo, tingebatur in ſanguine paſſeris immolati, quo leproſum ſepties aſpergebat Sacerdos, & paſſerem vivum dimittebat ut in agrum avolaret. Mox homo à lepra mundandus, lotis veſtimentis, pilis omnibus abraſis, abluto corpore, in caſtra vel civitatem recipiebatur; eâ tamen lege ut ſeptem adhuc diebus extra tentorium ſuum vel domum remaneret. Die ſeptimo rurſus purificabatur

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

abraſione capillorum, barbæ, ſuperciliorum, & veſ-
tium, totiuſque corporis ablutione. Die octavo offere-
bat duos agnos, & ovem anniculam abſque maculâ, &
tres decimas ſimilæ oleo conſperſæ, in ſacrificium, &
ſeorſim olei ſextarium. Agnorum alter offerebatur pro
delicto, alter pro peccato, & ovicula in holocauſtum.
Peccatum, eſt culpa quam quis ſciens volens committit.
Delictum, eſt culpa, in quam aliquis per imprudentiam,
oblivionem, vel ignorantiam incidit. Sacerdos ſangui-
ne victimæ pro delicto immolatæ liniebat extremum au-
riculæ dextræ, & pollices manus dextræ, & pedes ejus
qui à lepra mundabatur. Mox de olei ſextario in ma-
num ſuam ſiniſtram effundebat, intinctoque digito in
eo, aſpergebat coram Domino ſepties: quod autem re-
liquum erat olei in læva manu, fundebat ſuper extre-
mum auriculæ dextræ, & ſuper pollices manus ac pe-
dis dextri ejus qui mundabatur, & ſuper ſanguinem pro
delicto effuſum, & ſuper caput illius. Sequebatur obla-
tio ſacrificii pro peccato. Totus demum purificationis
ritus oblatione holocauſti abſolvebatur. Theodoretus
Ritus hujus myſteria explicat. Duo paſſeres qui in purifi-
catione leproſi offerebantur, paſſionis Chriſti figuram ex-
hibebant. Nam quemadmodum ex paſſeribus illis alter
mactabatur, alter ſanguine mactati tinctus dimittebatur:
ita Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro humanitate leprâ
inquinatâ crucifixus eſt, carne quidem perferente mor-
tem Divinitate verò paſſionem humanitatis ſibi accom-
modante, ſed tamen à paſſione liberâ. Jam verò ſicut
leproſus reddebatur purus, ubi aſperſus fuiſſet ſanguine
paſſeris immolati, mixto aquâ purâ, cum ligno cedri-
no, hyſſopo, & cocco retorto: ita qui credit Chriſto
Salvatori, ſacroſancti Baptiſmatis aquâ luſtratus, vel
pœnitentiæ lacrymis ablutus, à peccatorum maculis ab-
ſtergitur. Porto lignum cedrinum, quod corruptioni
minimè eſt obnoxium, repræſentat divinitatem paſſio-
nis expertem; coccinum verò retortum, humanitatem

*Theodoret. quæſt. 19. in Leviticum.*



ex anima & corpore conſtantem. Hyſſopus verò calo-
rem & ſuavem odorem Sancti Spiritûs. Per hæc enim
qui baptizantur, & pœnitentiam agunt, ab animæ le-
pra liberantur. Oleum verò quo inungitur auris dexte-
ra, & dextera manus, & pes dexter, innuit auditum
quidem dedicandum eſſ dextris ſermonibus, manum
autem & pedem dextris operationibus. Immiſſum verò
capiti, conſecrationem mentis indicat. Porro qui le-
proſus perdurabat, extra caſtra degebat, quemadmo-
dum is qui ſine pœnitentia delinquit, expellitur extra
Eccleſiam.

Peccatorem accedere ad Deum oportet, ut munde-
tur; illum cum fide, humilitate, & fiduciâ adorare, &
orare; credere quòd mundare poteſt, ſi velit, nec du-
bitandum quin velit, ſi lepram noſtram oderimus. Le-
pram autem peccati odio non habet, niſi qui Deum ut
omnis juſtitiæ fontem diligere incipit. Vis efficaciſſima
divinæ gratiæ ex Dei omnipotentiſſima voluntate deri-
vatur: Domine, ſi vis, potes me mundare. ( *Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 11.* ) Et extendens Jeſus manum,
*tetigit eum, dicens: Volo, mundare.* Intus corda tan-
git peccatorum, inſpiratione gratiæ ſuæ, eoſque trahit
bonis voluntatibus, quas in ipſis fecit. *Si vis, potes me
mundare.* De omnipotentiâ Dei. ( *Ibidem, §. 20.* )
Volo, mundare. Dei voluntas efficaciſſima eſt. ( *Ibi-
dem, §. 21.*

*Concil. Trident. Seſſ. 6. Cap. 2.*

Et confeſtim mundata eſt lepra ejus. Dei gratia mo-
ras neſcit. Neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gra-
tia. Medicus homo non ſtatim reſtituit ægroto ſanita-
tem corporis: Deus confeſtim reſtituit ſanitatem ani-
mæ, confeſtim mundat eam à lepra. Nam Medicus ho-
mo curat applicando virtutes rerum naturalium, plan-
tarum, mineralium, quæ operantur dependenter à tem-
pore, & cum ſucceſſione quadam: *Non eſt in Medico
ſemper relevetur ut æger.* Etſi velit ſanare, non tamen
ſemper poteſt, quia voluntas ejus infirma eſt, nec ars

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ejus principium eſt intrinſecum curationis morborum; ſed natura. Sed Deus per voluntatem ſuam ſanat omnes infirmitates noſtras, & Animas noſtras mundat à lepra peccati. Nullum eſt in natura curationis hujus & purgationis principium. Non mundamur, non ſanamur niſi velimus, ſed Deus efficit ut velimus. *Præparatur voluntas à Domino.* Quamobrem peccator cum Rege pœnitente Deum orare debet, ut cor mundum in ipſo

Pſal. 50. creet, ut ipſum hyſſopo aſpergat & dealbet. *Cor mundum crea in me Deus . . . Aſperges me hyſſopo, & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.*

S. Auguſt. in Pſal. 50.
» Hyſſopus herba humilis, ſed medicinalis: Saxo hærere radicibus dicitur. Inde in myſterio mundandi cordis ſimilitudo aſſumpta eſt. Apprehende & tu radicem dilectionis petram tuam: *Eſto humilis in humili Deo tuo, ut ſis excelſus in glorificato Deo tuo.* Aſpergêris hyſſopo, *humilitas Chriſti te mundabit.* Noli herbam contemnere, vim medicamenti attende.

Levit. 13. 45. De leproſo Lex ita ſancit: *Habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit.* Quantò major eſſe debet humiliatio hominis leprâ peccati mortalis infecti?

*Et ait illi Jeſus . . . Vade, oſtende te Sacerdoti.* Quamvis contingat contritionem aliquando charitate perfectam eſſe, hominemque Deo reconciliare, priuſquàm Sacramentum Pœnitentiæ actu ſuſcipiatur, juſtificatio tamen ipſi contritioni, ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſt adſcribenda. Adeundus igitur ſemper eſt Sacerdos ab eo qui lethalis peccati leprâ infectus eſt, ut ei per Confeſſionem Sacramentalem lepra oſtendatur. *Vade, oſtende te Sacerdoti.* Longè autem major poteſtas eſt Sacerdotum novæ legis circa lepram animarum, quàm Sacerdotum veteris legis circa lepram coporum. Illi enim auctoritatem quidem habebant diſcernendi inter lepram & non lepram, & judicandi an leproſus mundatus & ſanatus eſſet à leprâ,



illumque excludendi vel admittendi in civitatem & ſocietatem hominum, & ad participationem ſacrorum: Sacerdotes verò novæ legis non ſolùm poteſtatem habent diſcernendi peccata, & declarandi homines à peccatis eſſe purgatos, ſed ipſos penitus purgandi à lepra peccatorum, per Abſolutionem Sacramentalem. (*Lib. 2. Tract. De Sacramento Ordinis, Cap. 1. Art. VII. §. 3. de Sacerdotalis Ordinis dignitate & excellentia,*) Pœnitentes ceu à lepra peccati mundatos & ſanatos abſolvere, & ad ſacram Menſam admittere non debet Sacerdos pœnitentiæ Miniſter, niſi id certis indiciis & argumentis probatum habuerit & perſpectum . . . Obviis quibuſque non eſt concedenda Abſolutio, ſed iis omnibus neganda, quorum nulla vel ficta converſio: iis differenda, quorum dubia & incerta Pœnitentia eſt: (*Lib. 2. Tract. De Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 7. Art. 3. Regulâ 1.*) Lepram etiam veſtimentorum & domorum conſideret Sacerdos, neget Abſolutionem iis qui nimio veſtium ornatu debita contrahunt, quibus ſolvendis pares non ſunt, earumve luxu & immodeſtiâ lædunt pudicitiam (*Ibidem, Regula 7.* & *Lib. 4. Cap. 7. Art. 5. Regula 7.*) Illis etiam Abſolutionem neget, qui in occaſione proxima peccati verſantur; qui domos ſuas uſurariis, vel meretricibus, vel publicis concubinariis locant, aut ad ludos aleatorios; aut publicas vel privatas hujuſmodi ludorum Academias aperiunt. (*Ibidem, Regula 10. & Lib. 4. Cap. 7. Art. 5. Regula 16. & 17.*) Spiritualiter leproſas eſſe mulieres judicet ratione capillorum, quæ alienos capillos ad ornandum caput adhibent, aut nativos capillos tingunt: Item illas, quæ fucis vultum adulterant. Hujuſmodi namque maculæ, & coloris immutatio, lepræ ſpiritualis ſunt indicia. (*Ibid. Regula 9. & 16.*) Levit. 13. & 14.

In lepra, peccati deformitas, in lepræ curatione, peccati curatio conſideranda.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Tertull. Lib. 4. Cont. Marcion. Cap. 9.*

Leproſus mundatus jubetur offerre munus lege præſcriptum: *Vade oſtende te Sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes.* Quo ſignificatur, *Hominem quondam peccatorem, verbo Dei mox emaculatum, offerre debere munus Deo apud templum, orationem ſcilicet & gratiarum actionem apud Eccleſiam per Chriſtum Jeſum Catholicum Patris Sacerdotem.* (inquit Tertullianus.)

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Cùm introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, Puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Matth. 8.

De officiis dominorum erga ſervos, & ſervorum erga Dominos diſſerendi materiam hodiernum Evangelium ſubminiſtrat. Centurio curam ſervi ſui gerens, & ad Jeſum accedens, ut illius ſanitatem ab illo obtineat, exemplum præbet Dominis Chriſtianis. Servus obediens mandatis Domini ſui, præbet exemplum Chriſtianis ſervis. *Dico ſervo meo, Fac hoc, & facit.* Dominorum erga ſervos officia, ſunt 1. ſincera benevolentia & caritas. 2. Cura illorum in neceſſitatibus tam animæ quàm corporis. 3. Diſciplina & correctio manſuetudine temperata. Quòd ſpectat ſpiritualia & æterna bona, pari dilectione ſervis conſulere debent Domini, ac filiis... Domini conſervi ſunt ſervorum... Servi qui pravis ſunt moribus, nec ad meliorem frugem redire volunt, ex familia ejiciendi. (*Lib. 4. Cap. 6. Art. 2. §. 4.*)

Reverentiæ & honoris ſervorum erga Dominos officia. 1. Illis obſequi debent lubenti animo, abſque murmuratione & contradictione, cum bona voluntate, ſicut



leur eût accordé l'uſage de la Dalmatique. Pour ce qui eſt des Soudiacres, je ne ſçay quand ils ont commencé de la porter; mais il eſt certain qu'ils ne la portoient pas encore dans le ſixiéme ſiécle ni à Rome, ni dans la Sicile, ni dans nos Egliſes de France. Un paſſage de ſaint Grégoire le Grand que je rapporteray en parlant de l'Etole ſervira de preuve pour les Egliſes de Rome & de Sicile; & pour celles de France, Grégoire de Tours nous apprend que les Diacres mêmes n'étoient alors vêtus que de l'Aube, à plus forte raiſon les Soudiacres. Honoré Prêtre d'Autun parle de la Tunique comme d'un ornement particulier au Soudiacre, & il l'appelle Tunique étroite, *ſtricta Tunica*, parce qu'elle étoit plus étroite que les autres. Il ajoûte qu'on l'appelloit auſſi *Subtile*, apparemment parce qu'elle étoit d'une étoffe plus déliée & plus fine. Nous dirons en parlant de la Chaſuble, quel étoit l'ornement des Soudiacres depuis le ſeptiéme ſiécle juſqu'au dixiéme qu'ils ont commencé de porter la Tunique à Rome & en France: car pour ce qui eſt des Egliſes d'Eſpagne, il eſt certain que les Soudiacres y portoient la Tunique au milieu du ſixiéme ſiécle, & peut-être long-tems auparavant; & il faut que leur Tunique dès ce tems-là fût tout-à-fait ſemblable à la Dalmatique des Diacres, ou que la Dalmatique n'eût point encore été donnée aux Diacres dans ces Egliſes. La preuve en eſt certaine dans le premier Concile de Brague, Chapitre 9. [a] en ce qu'il ordonne aux Diacres de porter leur Etole, non deſſous, mais deſſus leur Tunique, afin qu'on puiſſe les diſtinguer des Soudiacres.

*De gloriâ Confeſſ. c. 20.*

*l. 1. c. 229. & l. 3. c. 1.*

*An. 563. t. 5. p. 841.*

[a] Placuit, quia in aliquantis hujus Provinciæ Eccleſiis Diacones abſconſis infra Tunicam utantur orariis, ita ut nihil differre à Subdiacono videantur, &c.

K

Leproſus mundatus jubetur offerre munus lege præſcriptum: *Vade oſtende te Sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes.* Quo ſignificatur, *Hominem quondam peccatorem, verbo Dei mox emaculatum, offerre debere munus Deo apud templum, orationem ſcilicet & gratiarum actionem apud Eccleſiam per Chriſtum Jeſum Catholicum Patris Sacerdotem.* (inquit Tertullianus.)

*Tertull. Lib. 4. Cont. Marcion. Cap. 9.*

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Cùm introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, Puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Matth. 8.

DE officiis dominorum erga ſervos, & ſervorum erga Dominos diſſerendi materiam hodiernum Evangelium ſubminiſtrat. Centurio curam ſervi ſui gerens, & ad Jeſum accedens, ut illius ſanitatem ab illo obtineat, exemplum præbet Dominis Chriſtianis. Servus obediens mandatis Domini ſui, præbet exemplum Chriſtianis ſervis. *Dico ſervo meo, Fac hoc, & facit.* Dominorum erga ſervos officia, ſunt 1. ſincera benevolentia & caritas. 2. Cura illorum in neceſſitatibus tam animæ quàm corporis. 3. Diſciplina & correctio manſuetudine temperata. Quòd ſpectat ſpiritualia & æterna bona, pari dilectione ſervis conſulere debent Domini, ac filiis... Domini conſervi ſunt ſervorum... Servi qui pravis ſunt moribus, nec ad meliorem frugem redire volunt, ex familia ejiciendi. (*Lib. 4. Cap. 6. Art. 2. §. 4.*

Reverentiæ & honoris ſervorum erga Dominos officia. 1. Illis obſequi debent lubenti animo, abſque murmuratione & contradictione, cum bona voluntate, ſicut



leur eût accordé l'uſage de la Dalmatique. Pour ce qui eſt des Soudiacres, je ne ſçay quand ils ont commencé de la porter; mais il eſt certain qu'ils ne la portoient pas encore dans le ſixiéme ſiécle ni à Rome, ni dans la Sicile, ni dans nos Egliſes de France. Un paſſage de ſaint Grégoire le Grand que je rapporteray en parlant de l'Etole ſervira de preuve pour les Egliſes de Rome & de Sicile; & pour celles de France, Grégoire de Tours nous apprend que les Diacres mêmes n'étoient alors vêtus que de l'Aube, à plus forte raiſon les Soudiacres. Honoré Prêtre d'Autun parle de la Tunique comme d'un ornement particulier au Soudiacre, & il l'appelle Tunique étroite, *ſtricta Tunica*, parce qu'elle étoit plus étroite que les autres. Il ajoûte qu'on l'appelloit auſſi *Subtile*, apparemment parce qu'elle étoit d'une étoffe plus déliée & plus fine. Nous dirons en parlant de la Chaſuble, quel étoit l'ornement des Soudiacres depuis le ſeptiéme ſiécle juſqu'au dixiéme qu'ils ont commencé de porter la Tunique à Rome & en France: car pour ce qui eſt des Egliſes d'Eſpagne, il eſt certain que les Soudiacres y portoient la Tunique au milieu du ſixiéme ſiécle, & peut-être long-tems auparavant; & il faut que leur Tunique dès ce tems-là fût tout-à-fait ſemblable à la Dalmatique des Diacres, ou que la Dalmatique n'eût point encore été donnée aux Diacres dans ces Egliſes. La preuve en eſt certaine dans le premier Concile de Brague, Chapitre 9. [a] en ce qu'il ordonne aux Diacres de porter leur Etole, non deſſous, mais deſſus leur Tunique, afin qu'on puiſſe les diſtinguer des Soudiacres.

*De gloriâ Confeſſ. c. 20.*

*l. 1. c. 119. & l. 3. c. 3.*

*An. 563. t. 5. p. 840.*

[a] Placuit, quia in aliquantis hujus Provinciæ Eccleſiis Diacones abſconſis infra Tunicam utantur orariis, ita ut nihil differre à Subdiacono videantur, &c.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De la Dalmatique.

La Dalmatique qui depuis long-tems eſt l'ornement particulier des Diacres, eſt appellée ainſi, parce que c'étoit une maniére d'habit dont ſe ſervoient les Peuples de Dalmatie. Elle étoit de ſoye, blanche pour l'ordinaire, & mouchetée de pourpre: elle avoit des manches plus longues & plus larges que celles de la Tunique. Les manches étenduës, elle repreſentoit la figure d'une croix; la manche du côté gauche avoit des franges, & la droite n'en avoit point pour pouvoir agir plus librement. Alcuin dit que ſaint Sylveſtre la mit le premier en uſage à Rome pour les Diacres. Du tems de ſaint Grégoire le Grand, elle n'étoit pas encore commune aux Diacres des autres Egliſes, ni même aux Evêques. Un de nos Evêques de France demanda à ſaint Grégoire pour luy & pour ſon Archidiacre le privilége de porter la Dalmatique dans leurs fonctions, marque viſible que cet ornement étoit alors inconnu dans nos Egliſes. Ce ſaint Pape ayant accordé à cet Evêque ce qu'il luy avoit demandé, celui-ci & ſon Archidiacre portérent la Dalmatique. D'autres Evêques moins ſcrupuleux que luy prirent auſſi la Dalmatique à ſon exemple, & la communiquérent à leurs Diacres. L'uſage en devint tout-à-fait commun dans nos Egliſes lorſque Charlemagne y introduiſit l'Ordre Romain à la place de nos anciens rites, & il fit luy-même préſent de pluſieurs Dalmatiques à diverſes Egliſes. Des Prêtres mêmes ſe crûrent en droit de porter la Dalmatique ſous la Chaſuble auſſi-bien que les Evêques: *Et nonnulli Preſbyterorum ſibi licere exiſtimant, ut ſub caſulâ, Dalmaticâ veſtiantur*, dit Valfride Strabo. On ne voit pas que ni le Pape ni les Evêques de ce tems-là improuvaſſent la conduite de ces Prêtres qui por-

*Iſidor. l. 19. Origin. c. 22.*

*Epiſt. 107. l. 7. Aregio Ep. de Gallis.*

*Tom. 1. Capitular. col. 372. Ep. 1. ad Offam.*

*Valfrid. Strabo de rebus Eccleſ. c. 24.*

Nonnullorum (ecl.)



toient la Dalmatique ſous la Chaſuble. Il n'y a pas encore long-tems qu'à Nevers & à Orleans le Diacre qui chantoit l'*Exultet*, étoit vêtu de la Dalmatique & de la Chaſuble. Je ne ſçache aucun Concile qui leur ait défendu cet uſage. C'eſt donc d'eux-mêmes que les Prêtres l'ont quittée, & l'uſage s'eſt établi par la ſuite des tems, tel que nous le voyons aujourd'hui.

C'eſt encore par l'uſage que s'eſt introduite la pratique que nous voyons aujourd'hui preſque par tout, que les Soudiacres portent auſſi la Dalmatique. Depuis qu'on a changé la place ancienne des Soudiacres aux ſaints Myſtéres, & qu'on a trouvé bon pour garder la ſimétrie, de placer le Diacre à la droite du Prêtre, & le Soudiacre à ſa gauche, & que l'on a affecté de faire les ornemens des Miniſtres & des Autels de même étoffe & de même couleur, on a crû qu'il falloit ôter la difference qu'il y avoit anciennement entre la Tunique & la Dalmatique. On l'a fait, du moins dans toutes les Egliſes où l'on avoit beſoin d'ornemens, les vieux étant venus à manquer. Il y a néanmoins encore des Egliſes où l'ancien uſage eſt demeuré, & où l'on n'a garde de le quitter pour un uſage tout-à-fait nouveau.

De l'Etole.

Tout le monde ne convient pas de ce que c'étoit que l'Etole, appellée ainſi du mot Latin *Stola*, on diſpute de ſa forme & de ſon uſage ancien. Le ſentiment qui me ſemble le mieux fondé, eſt que c'étoit autrefois une robe longue qui couvroit tout le corps, ouverte pardevant, laquelle étoit bordée depuis le tour du col juſqu'au bas de paſſemens ou de broderie, ou de pourpre ou de quelque autre étoffe précieuſe. Il eſt certain que le nom de *Stola*, Etole, ſe trouve en pluſieurs endroits de l'ancien & du nou-

*Geneſ. 41. v. 42. & 45. v. 22.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Eſther. 6. ℣. 10. & 11. Luc. 15. ℣. 22. Apoc. 6. ℣. 11.*

veau Teſtament, & que par tout où il ſe trouve il ſe prend pour un habit ou une robe. Il eſt auſſi fréquent dans les Auteurs profanes dans le même ſens. On peut donc aſſûrer que c'étoit dans les commencemens un nom générique pour toutes ſortes de vêtemens. Dans le tems de Cicéron il étoit ſpécialement attribué à la robe des Matrones Romaines, comme on le peut voir dans un reproche qu'il fait à Marc-Antoine qui ornoit ſon habit comme les femmes. Vous avez pris, dit-il, la robe virile, mais auſſi-tôt vous en avez fait une robe de femme [a]. On voit qu'il appelle *Toga* le vêtement des hommes, & *Stola* la robe des femmes, & apparemment que la différence qui étoit pour lors entre ces deux robes, c'eſt que celles des hommes étoit ſimple & ſans bordure, & que celle des femmes étoit bordée, comme nous l'avons dit ci-deſſus.

*Ciceron, Philipp. 2.*

*Joſeph. l. 19. antiquit. Judaïc.*

Caligula imita le luxe & la molleſſe de Marc-Antoine, apparemment il fut imité par d'autres Empereurs dans la ſuite, & l'Etole devint par-là commune aux deux ſexes. Les Empereurs en firent des largeſſes, & pour les envoyer au loin plus commodément, ils ſe contentoient d'envoyer la bordure qui étoit plus précieuſe que le reſte, laiſſant aux particuliers à qui ils faiſoient ces préſens le ſoin de ſe faire une robe de telle étoffe qu'ils voudroient. L'Empereur Conſtantin en avoit donné une à Macaire Evêque de Jéruſalem, pour s'en ſervir lorſqu'il confereroit le Batême. C'étoit la robe entiére qu'il avoit donnée, elle étoit de toile d'or, ou du moins elle étoit tiſſuë de filets d'or [b]. Aujourd'hui

*Theodoret. hiſt. Eccl. l. 2. c. 27.*

[a] Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti.

[b] Sacram ſtolam ἱερὰν στολὴν, aureis filis contextam, quam Imperator Conſtantinus Macario dederat, &c.



Il ne nous reſte plus de l'ancienne Etole que la bordure, & cette bordure ne laiſſe pas d'en retenir le nom, parce que c'eſt ce que l'Etole avoit de plus précieux.

Les Anciens pour empêcher cette bordure de s'engraiſſer par la ſueur, portoient un linge autour du col plus long que large, à peu prés comme les Cravates que l'on porte aujourd'hui. Ils appelloient ce linge tantôt *Sudarium*, & tantôt *Orarium*, parce qu'il ſervoit à eſſuyer la ſueur de la bouche & du viſage. Rien n'étant plus commun que ce terme pris dans ce ſens, tant dans les Auteurs profanes que dans les Auteurs Eccléſiaſtiques, il ſeroit tout-à-fait inutile d'en apporter des preuves. Il eſt donc fort probable que c'eſt de ce linge ou mouchoir, appellé *Orarium*, que l'Etole à laquelle on l'attachoit a été nommée elle-même *Orarium*. Quelques Auteurs donnent encore un autre étimologie à ce nom, qui me ſemble auſſi raiſonnable & auſſi littérale. Ils dérivent ce mot *Orarium* du mot Latin *Ora*, qui ſignifie les bords d'un vêtement, & diſent que l'on a donné ce nom à nôtre Etole quand on en a retranché la robe & qu'il n'en eſt reſté que la bordure. Pour ce qui eſt des autres étimologies qu'on donne du mot *Orarium* en le tirant du Grec ou du verbe Latin *Oro*, elles ſont trop myſtiques pour être véritables, & ne conviennent point du tout à mon deſſein. Il faut donc les laiſſer là, & dire quelque choſe des uſages eccléſiaſtiques de l'Etole.

*V. S. Ambr. de Reſurrectione. S. Hieron. Ep. ad Nepotianum, &c. Pontius in vitâ S. Cypriani.*

*Jean de Janua.*

Il y a long-tems que l'Etole eſt en uſage dans l'Egliſe comme un ornement de diſtinction entre les Miniſtres ſupérieurs & les Clercs inférieurs. Le Concile de Laodicée dès le quatriéme ſiécle, défendoit aux Soudiacres & aux Lecteurs de la porter.

*Des uſages de l'Etole.*

*Conc. Laodic. c. 22. & 23. t. 1. p. 1495.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

On la donnoit aux Diacres en les ordonnant , & ils ne devoient faire aucune de leurs fonctions ſans en être revêtus [a]. Il faut avoüer néanmoins qu'il y a un Ordre Romain plus ancien que celuy que je viens de citer ( c'eſt le huitiéme de ceux que nous a donnez le Pere Mabillon ) dans lequel nous voyons que les Acolytes mêmes portoient peut-être l'Etole : car en parlant de l'Ordination des Acolytes , il dit : la Meſſe étant dite , on revêt ce Clerc de Chaſuble & d'Etole [b]. Il ne faut pas douter que le Soudiacre n'eût auſſi alors les mêmes vêtemens , le même Ordre les luy donne auſſi. Il ſemble donc qu'on puiſſe conclure de-là qu'anciennement l'Etole n'étoit pas un ornement de diſtinction pour les Miniſtres ſupérieurs ; mais ce que fit ſaint Grégoire de ſon tems nous empêche de tirer cette conſéquence d'un nouvel uſage qu'il n'approuvoit pas , & que même il abolit. On murmuroit de ce qu'il avoit dépoüillé les Soudiacres des habits qu'ils avoient coûtume de porter dans le Miniſtére. Voici ce qu'il répond pour ſe juſtifier.

*Ordo 8. Mabillon. n. 1.*

*Greg. l. 7. ep. 64. Joan. ep. Syracuſano.*

» Lorſque j'ay obligé , dit-il , [c] les Soudiacres à
» faire leurs fonctions dépoüillez de ces habits , je n'ay
» fait que rétabblir l'ancienne coûtume de l'Egliſe ,
» qu'un de mes prédéceſſeurs , je ne ſçay lequel , avoit
» quittée , parce qu'il luy avoit plû de leur donner ces
» ornemens. Car d'où vous eſt venu à vous mêmes &
» dans vos Egliſes *de Sicile* l'uſage de ne vêtir vos
» Soudiacres que de Tuniques de lin , ſi ce n'eſt de l'E-
» gliſe Romaine vôtre Mere.

[a] Si Diaconi ordinandi ſunt , dat eis orarias & Dalmaticas. *Ordo Rom. viij.*

[b] Dum Miſſa celebrata fuerit , induunt Clericum illum planetam & orarium.

[c] Subdiaconos autem ut ſpoliatos procedere facerem antiqua conſuetudo Eccleſiæ fuit. Sed quia placuit cuidam noſtro Pontifici , neſcio cui , qui eos veſtitos procedere præcepit. Nam veſtræ Eccleſiæ numquid traditionem à Græcis acceperunt ? Unde ergo habent hodie , ut Subdiaconi linei in Tunicis procedant , niſi quia hoc à matre ſua Romana Eccleſia perceperunt ?



Nous voyons clairement deux choſes dans ces paroles de ſaint Grégoire. 1°. Que l'ancien uſage de ſon Egliſe qu'il veut être obſervé , eſt que les Soudiacres ne ſoient vêtus que de l'Aube. 2°. Qu'un de ſes prédéceſſeurs contre cet ancien uſage leur avoit encore accordé d'autres habits qu'ils mettoient par-deſſus l'Aube. Mais quels étoient les habits dont ce ſaint Pape dépoüilla les Soudiacres de Rome ? Je l'ay dit par avance , c'étoit l'Etole & la Chaſuble : & voici mes preuves qui dépendent de l'antiquité du huitiéme Ordre Romain , donné par le Pere Mabillon.

Si cet Ordre Romain qui traite de l'Ordination , rapporte la maniére dont l'Egliſe de Rome ordonnoit les Acolytes & les Soudiacres avant ſaint Grégoire le Grand , nous aurons droit de conclure comme nous faiſons , que les habits dont il dépoüilla les Soudiacres , étoient la Chaſuble & l'Etole. Or pluſieurs choſes portent à croire que la maniére d'ordonner ces Miniſtres marquée dans ce huitiéme Ordre , eſt plus ancienne que ſaint Grégoire. 1°. Dés le tems du Pape Gélaſe , plus ancien que ſaint Grégoire , on ne donnoit plus de ſac aux Acolytes en les ordonnant , comme l'on fait ici , parce que dés-lors on leur avoit ôté leur ancienne fonction de porter l'Euchariſtie dans des ſacs , ſoit dans la célébration de la Meſſe , ſoit ailleurs. On s'eſt contenté depuis de leur donner des chandeliers & des cierges , dont il n'eſt pas ſeulement parlé dans le huitiéme Ordre. 2°. L'Ordination des trois autres Ordres mineurs n'y eſt pas non plus rapportée , & elle l'eſt

au contraire dans les Sacramentaires de Gélaſe & de ſaint Grégoire ; d'où le Pere Mabillon conclut avec raiſon l'antiquité de cet Ordre. 3°. L'Ordination de l'Acolyte paroît ici attribuée à l'Archidiacre, au lieu que dans les Sacramentaires de Gélaſe & de ſaint Grégoire, elle eſt faite par l'Evêque. Il y a donc raiſon de croire que l'Ordre Romain qui contient de ſi anciennes pratiques, eſt plus ancien que ſaint Grégoire, & par conſéquent que les ornemens qu'il ôta aux Soudiacres de Rome, étoient la Chaſuble, & peut-être l'Etole marquées dans cet Ordre pour les Acolytes mêmes.

*Commentar. p. lv.*

Au contraire dans le Sacramentaire de ſaint Grégoire, l'Etole eſt donnée au Diacre dans ſon Ordination comme un ſigne de ſon Miniſtére qui le diſtingue de tous les Clercs inférieurs. *Per hoc ſignum*, dit-il, en luy donnant l'Etole, *vobis Diaconatûs officium humiliter imponimus.* Et cet uſage a toûjours été obſervé depuis ſans interruption dans l'Egliſe Latine. Pour les diſtinguer encore mieux des Soudiacres, le quatriéme Concile de Brague Chapitre 4. ordonna aux Diacres de porter leur Etole pardeſſus leur Tunique, & non par-deſſous, de peur qu'étant cachée on ne pût les diſtinguer des Soudiacres qui portoient auſſi la Tunique dans les Egliſes d'Eſpagne. Il paroît dans ce Concile qu'ils la portoient ſur l'épaule comme aujourd'hui, *Suppoſito ſcapulæ, ſicut decet utantur orario.* Et le Concile quatriéme de Tolede nous dit que c'étoit ſur l'épaule gauche, & qu'il ne faut pas qu'un Diacre en porte deux, puiſque le Prêtre & même l'Evêque n'en portent qu'une [a]. Il leur défend de plus de porter une

*Sacramentar. Greg. p. 237. Menard.*

*Conc. Bracar. 3. an. 675. c. 4. p. 564.*

*Les Diacres portoient l'Etole ſur l'épaule gauche.*

*Conc. Tolet. 4. c. 40. tom. 5. p. 1710. an. 633.*

[a] Caveat Levita gemino uti orario, ſed uno tantùm & puro, nec ullis coloribus, aut auro ornato. *Conc. Tolet. 4. c. 40. an. 633.*



Etole de couleur éclatante, ou ornée d'or. Les Diacres Maronites portent auſſi l'Etole ſur l'épaule gauche, mais elle eſt pendante devant & derriere.

*Muſæ Ital. t. 1. p.*

Les Prêtres & les Evêques ont toûjours porté l'Etole autrement que les Diacres. Ils la portoient autrefois les uns comme les autres autour du col, & pendante par le devant. Les Evêques Eſpagnols pour ſe diſtinguer de leurs Prêtres leur enjoignirent de porter leur Etole croiſée ſur l'eſtomach [a]. Mais ailleurs les Prêtres ont continué de la porter comme les Evêques juſqu'à la derniere réforme du Miſſel Romain, où ils ont commencé à quitter l'ancien uſage. Les Prêtres Maronites la portent dans Rome de même que les Evêques, pendante par le devant. Les Moines anciens de Cluny, les Chartreux, & grand nombre de vieux Prêtres François la portent encore de cette ſorte. Ce n'eſt que depuis l'établiſſement des Seminaires où l'on ſuit les Rubriques Romaines, & depuis que quelques-uns de nos Evêques ont adopté la plûpart de ces Rubriques dans leurs Miſſels, que l'ancien uſage a ceſſé preſque par tout, & que le nouveau eſt devenu le plus commun.

*Conc. Bracar. Can. 3.*

Il y avoit autrefois encore une autre diſtinction entre les Prêtres & les Diacres au ſujet de l'Etole ; c'eſt que les Diacres ne la portoient que dans la célébration des ſaints Myſtéres, au lieu que les Prêtres la portoient non-ſeulement en diſant la Meſſe, mais même dans l'uſage commun [b]. Ils étoient obligez de la porter par tout, & de ne la quitter jamais, &

*Les Prêtres portoient l'Etole par tout.*

[a] Ita ut de uno eodemque orario utrumque humerum premens, ſignum in ſuo pectore præferat crucis. *Conc. 3. Bracar. c. 3.*

[b] Presbyteri ſine intermiſſione utantur orariis propter differentiam Sacerdotii dignitatis. *Capitular. lib. 5. cap. 11. Regin. lib. 1. de Diſcipl. Eccleſ. cap. 213.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

c'étoit la marque de la dignité ſacerdotale. S'ils étoient battus ou tuez ſans avoir leur Etole, ils étoient regardez comme des Laïcs, & la peine infligée aux malfaiteurs en ce cas étoit moins grande que ſi le Prêtre mort avoit eu ſon Etole. La négligence, le relâchement, & peut-être l'amour des modes ont fait perdre aux Prêtres cet ancien uſage. Les Evêques l'ont conſervé plus long-tems; mais ils s'en ſont enfin ennuyez auſſi-bien que les Prêtres, & il n'y a que le Pape qui l'ait retenu juſqu'à préſent. Ce que nous venons de dire pour prouver que l'Etole eſt une marque de diſtinction pour les trois Ordres ſacrez, ſert auſſi à prouver qu'elle n'eſt point du tout une marque de juriſdiction, comme quelques-uns ſe l'imaginent. Ainſi les Archidiacres qui prétendent dans leurs viſites obliger les Curez à quitter leurs Etoles, fondez ſeulement ſur ce qu'ils ont juriſdiction ſur les Curez, & que l'Etole en eſt la marque, ſe trompent fort. C'eſt ſur la poſſeſſion qu'ils doivent fonder leur droit, & non pas ſur une chimére comme celle-là. L'uſage & la coûtume des lieux eſt l'unique régle ſur laquelle on juge de ces cauſes dans les Cours ſupérieures, comme on le peut voir dans le Journal des Audiances en pluſieurs endroits.

*Gavant. Com. in rubr. part. 2. tit. 6.*

Du Manipule.

Les Auteurs qui ont traité des rites de l'Egliſe, conviennent tous que ce que nous appellons aujourd'hui *Manipule*, étoit dans ſon origine un mouchoir ou une ſerviette. On le nommoit d'abord *Mappula*, comme on le voit dans les Ordres Romains; mais parce que ce terme ſignifioit diverſes choſes, tantôt un dais, tantôt une houſſe de cheval, on a enfin abandonné ce mot, & celuy de Manipule luy eſt demeuré. Il y a même beaucoup d'appa-

C'étoit un mouchoir.



rence que ce linge a été nommé *Orarium*, avant que d'être appellé *Mappula*, puiſqu'il étoit deſtiné à ſervir de mouchoir ou de ſerviette à eſſuyer la bouche & le viſage. Il eſt tres-certain qu'à cauſe de cet uſage on l'a appellé long-tems *Sudarium*. Il ſeroit donc, ce me ſemble, tres-raiſonnable de croire que l'*Orarium* que le huitiéme Ordre Romain cité cy-deſſus, donne à l'Acolyte & au Soudiacre, eſt plûtôt ce que nous appellons le Manipule que l'Etole. Et ce qui fortifie cette conjecture, c'eſt qu'il eſt dit dans le même Ordre, que le Soudiacre le tenoit dans ſa main, ce que les Ordres poſtérieurs diſent auſſi du linge appellé *Mappula* [a]. C'eſt ainſi que parle le huitiéme Ordre; & le ſixiéme en parlant des ornemens qu'on doit préparer pour les Soudiacres, ajoûte: *Et Mappulæ in ſiniſtrâ manu ferendæ.* On peut donc conclure raiſonnablement que ce que le Soudiacre doit porter en ſa main, ſelon ces deux Ordres, eſt une ſeule & même choſe, appellée de deux noms différens, qui conſtamment ont été donnez anciennement à un mouchoir.

Le Livre des divins Offices qui porte le nom d'Alcuin, donne lieu de croire que le Manipule n'étoit encore qu'un mouchoir dans le tems que ſon Auteur vivoit [b]. Etienne Evêque d'Autun en expliquant ce que ſignifioit les ornemens des Prêtres, dit en parlant du Manipule, qu'ils s'en ſervent ordinairement à eſſuyer leurs yeux [c]. Le Manipule n'étoit donc encore qu'un mouchoir dans le ſiécle de cet

*Alcuin. de Off. Eccleſ. cap. 39.*

[a] Ipſe Subdiaconus indutus Tunicam albam, & tenens orarium ſuum in manu, ſtat ante caput altaris. *Ord. Rom. 8. Mabillon n. 3.*

[b] Mappula, *dicit*, quæ in ſiniſtra parte geſtatur, quâ pituitam oculorum detergimus, dicitur & manipulus. *Alcuin. de Off. Eccl. c. 39.*

[c] Mappula, *dit-il*, quâ ſolent ſiccari ſtillicidia oculorum, excutit ſomnos ad vigilandum. *Steph. Æduenſ. l. de Sacram. altaris, cap. 10.*

Evêque : mais on n'eſt pas ſûr du ſiécle où il vivoit. Quelques-uns ont crû qu'il vivoit dans le dixiéme ſiécle, & l'uſage qu'il rapporte du Manipule convient fort à ce tems-là ; au lieu qu'il ne convient point du tout au douziéme ſiécle, où d'autres Auteurs diſent que cet Evêque a vécu. Ce qui fait la diverſité de ces ſentimens, c'eſt qu'il y a eu certainement deux Evêques d'Autun qui ont porté le nom d'Etienne : mais outre les difficultez que l'on peut faire ſur le tems où ils ont vécu, l'on ne ſçait lequel des deux eſt l'Auteur du petit Traité du Sacrement de l'Autel, d'où je tire ce paſſage. Quoi qu'il en ſoit, Honoré Prêtre d'Autun, qui vivoit peu avant ce dernier Etienne, & peut-être dans le même tems, ne parle plus du Manipule comme d'un mouchoir dont on ſe ſerviſt encore de ſon tems à s'eſſuyer, mais il dit qu'il ſervoit autrefois à cet uſage. Voici ſes paroles : *Sacerdos fanonem in ſiniſtrum brachium ponit, qui & Mappula & Sudarium vocatur, per quod olim ſudor & narium ſordes extergebantur.* Il y avoit donc déja long-tems que le Manipule, de mouchoir qu'il étoit, étoit devenu un ornement.

*Honor. Aug. gem. an. l. 1. c. 201.*

D'où eſt venu ce changement.

Mais comment cette métamorphoſe peut-elle être arrivée ? Voici ce que je penſe ſur cela, mais ce n'eſt qu'une conjecture. Quelques uns de ceux qui aimoient mieux la magnificence que la ſimplicité dans les choſes qui ſervent à l'Autel, s'aviſérent apparemment de mettre de la dentelle ou de la broderie au mouchoir qu'ils portoient ſur le bras, & furent bien-tôt imitez par d'autres ; car dans le culte extérieur on ne manque jamais d'imitateurs. Et comme les hommes enchériſſent facilement les uns ſur les autres, ce mouchoir devint ſi beau & ſi



riche qu'on n'oſa plus s'en ſervir. Devenu inutile, on retrancha la toile, & à la place l'on mit une piéce d'étoffe, à laquelle on attacha la bordure, que l'on élargit dans la ſuite par les bouts, & auſquels on mit des croix comme à l'Etole.

De la Chaſuble & de la Chape.

Outre les vêtemens dont nous venons de parler, les Anciens ſe ſervoient encore d'une robe de deſſus, que les Grecs appelloient *Planeta*, & que les Latins appelloient *Caſula*, parce qu'étant large & ronde, elle couvroit tout le corps de l'homme depuis le col juſqu'aux pieds. Les bras mêmes étoient comme enfermez dans cette eſpéce de petite maiſon, en ſorte que pour pouvoit agir il falloit la retrouſſer par les côtez. Je ne croy pas que cet habillement fût connu des Romains avant l'Empire de Conſtantin ; mais au lieu de celuy-là, ils en avoient un autre qu'ils appelloient *Penula*, qui leur couvroit la tête & le reſte du corps, & dont ils ſe ſervoient l'hyver & par la pluye, & ſur tout à la campagne. Lampridius dit que l'Empereur Sévére permit aux vieillards pour ſe garantir du froid, de ſe ſervir dans la Ville même de ces ſortes de manteaux, dont pour l'ordinaire on ne ſe ſervoit qu'à la campagne *. Ulpien ſur la *L. veſtis ff. de auro & argento legat.* met ce manteau au rang des habits communs aux hommes & aux femmes. Et pour montrer qu'il ne ſervoit communément que pour ſe mettre à couvert de la pluye, il n'y a qu'à voir la réponſe de Galba à un de ſes amis qui vouloit emprunter ſon manteau, *Penulam : S'il ne pleut pas*, dit-il, *vous n'en avez pas beſoin : & s'il pleut, je m'en veux ſervir moi-même.*

*Caſula, quaſi parva caſa. Hono. Auguſt. c. lib. 1. cap. 201. Iſidor. lib. 19. Origin. c. 24.*

*Quintilian. l. 6. c. 3. 4.*

*Juvenal. Satyr. 1.*

* Penulis intra urbem frigoris cauſâ, ut ſenes uterentur permiſit; cum id veſtimenti genus ſemper itinerarium, aut pluviæ fuiſſet.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Il eſt certain qu'au tems de Tertullien ce manteau étoit encore en uſage dans l'Empire Romain pour toutes ſortes de perſonnes, que c'étoit un habit de campagne, & qu'il s'appelloit toûjours *Penula*, & jamais *Planeta* ni *Caſula*. Il eſt encore certain que cet Auteur entend de ce manteau de campagne le paſſage de ſaint Paul, *2. Tim. 4. ℣. 13.* qu'il n'a jamais pris ce manteau pour un habillement conſacré à l'Autel, & que ce qu'il en dit ne peut être tourné dans ce ſens. Cependant comme il y a des Auteurs qui ſe ſervent de Tertullien pour prouver que dés le tems des Apôtres il y avoit des habits ſervans à l'Autel, & que celuy que ſaint Paul avoit laiſſé chez Carpus, étois une Chaſuble avec laquelle il célébroit, il eſt bon de rapporter le paſſage de Tertullien dont on abuſe ; mais il faut le rapporter tout entier pour en mieux découvrir le ſens, & pour être pleinement convaincu qu'il n'a jamais penſé à ce qu'on luy fait dire.

*Lib. de Orat. cap. 11.* Tertullien aprés avoir expliqué l'Oraiſon Dominicale, touche divers abus qui ſe gliſſoient de ſon tems parmi les Fidéles dans la priére, ſoit publique, ſoit particuliére. Il commence par reprendre ceux qui avoient beaucoup de ſoin de laver leurs mains avant que de prier, mais qui ſe mettoient peu en peine de la pureté intérieure qui doit l'accompagner. Il paſſe enſuite à d'autres vaines obſervances, dont
» la vanité, dit-il, mérite auſſi d'être condamnée,
» puiſqu'elles ne ſont fondées ſur aucun précepte ni du
» Seigneur ni des Apôtres. Il ne faut pas les attribuer à
» la Religion, mais à la ſuperſtition, dit-il, [a] & quand

[a] Certè vel eo corrigenda, quòd Gentilibus adæquant. Ut eſt quorumdam, expoſitis penulis orationem facere ; ſic enim adeunt ad Idola nationes. *Expoſitis* pour *depoſitis*, familier à Tertullien.



elles n'auroient d'autre défaut que celuy de nous ren- «
dre ſemblables aux Gentils, il faudroit les abolir. «
Telle eſt, dit-il, la pratique de ceux qui ôtent leur «
manteau pour prier ; car les Gentils en uſent ainſi «
quand ils vont adorer leurs Idoles. Si cela eût été «
néceſſaire, les Apôtres nous l'auroient marqué, eux «
qui nous ont laiſſé des enſeignemens ſur la maniére «
dont ont doit être habillé quand on vient à la prié- «
re. Mais peut-être s'imaginent-ils que ſaint Paul «
quittoit ſon manteau pour prier quand il étoit chez «
Carpus. Car Dieu apparemment n'écoute point «
ceux qui ont leur manteau ſur les épaules [a]. «
Qui ne voit que Tertullien ne ſonge ici qu'à ſe moquer de la ſuperſtition de ceux qui ayant apporté à l'Égliſe un manteau de pluye, croyoient le devoir ôter par reſpect dés qu'ils étoient entrez, comme ſi Dieu s'étoit mis en peine qu'ils euſſent un manteau, ou qu'ils n'en euſſent point ?

Pour ce qui eſt de l'habillement appellé également *Planeta* & *Caſula*, je ne voit point d'Auteurs qui en ayent parlé avant le cinquiéme ſiécle, & aucun n'en parle comme d'un vêtement fait pour ſe garantir du froid ou de la pluye. *De la Chaſuble dans l'uſage civile & eccléſiaſtique.* Caſſien & ſaint Iſidore en parlent comme d'un habit commun aux Laïcs de leurs tems, qui par conſéquent ne convenoit point aux Moines. *S. Iſidor. in Reg. c. 13.* *Monachum Planetis non eſt fas uti*, dit ſaint Iſidore. Saint Céſaire en portoit une dans l'uſage commun, & l'Auteur de ſa vie l'appelle *Caſula*.
« Ce Saint, dit-il, paſſant un jour *Vita Cæſar. Arel.*
« dans la place de la Ville, il apperçût un poſſedé que
« le démon tourmentoit, & l'ayant conſideré, il fit
« le ſigne de la croix ſur luy avec ſa main cachée ſous

[a] Niſi ſi quis putat Paulum Penulam ſuam in oratione penes Carpum reliquiſſe. Deus ſcilicet non audiat penulatos !

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» ſa Chaſuble, pour n'être vû de perſonne[a]. Les Moines en portoient dans le ſixiéme ſiécle, quoi qu'il fut encore un habit commun aux Laïcs. Nous en avons une preuve dans la Vie de ſaint Fulgence, & dans ſes Actes où il eſt dit: Qu'il n'eut jamais de Chaſuble de prix, ni de couleur éclatante, & qu'il ne permit point à ſes Moines d'en avoir. Dans le huitiéme ſiecle, la Chaſuble étoit encore l'habit commun des Prêtres & des Diacres pour la vie civile. Que les Prêtres & les Diacres, dit le Concile de Leptine, ne portent point de Juſte-au-corps comme les Laïcs; mais qu'ils ſe revêtent de la Chaſuble, comme il convient aux ſerviteurs de Dieu[b]. J'ay traduit *ſagis* par le mot de Juſte-au-corps, parce que c'étoit un habit militaire des Gaulois, étroit & court approchant de nos Juſte-au-corps.

*Vita Fulgentii c. 29. apud Bolland. 1. Jan. c. 18.*

*An. 743. T. I. Capitular. col. 145.*

Voyez Du Cange ſur le mot *ſagum.*

L'on ne ſçait pas préciſément le tems où la Chaſuble a ceſſé d'être à l'uſage commun & civil des Prêtres & des Diacres, & quand on a commencé de ne plus s'en ſervir qu'à l'Autel. Mais l'on ſçait certainement qu'elle ſervoit à l'Autel dans le tems même qu'elle ſervoit encore à l'uſage commun. Cela paroît viſiblement par le Sacramentaire de ſaint Grégoire, & par les plus anciens Ordres Romains. Il eſt dit dans le huitiéme Ordre que pour ordonner un Acolyte on le revêtoit d'une Chaſuble, *Induunt Clericum illum Planetam*, & que l'Evêque luy donnoit un ſac entre ſes bras ſur ſa Chaſuble, *Porrigit in ulnas ejus ſacculum ſuper Planetam.* Dans le premier Ordre il eſt marqué que le Soudiacre tient le Manipule de l'Evêque de ſa main gauche ſur ſa Cha-

*Sacramentar. p. 256.*

*P. 85.*

*P. 7.*

a Habens manum ſub Caſulâ, ut à nemine videretur, crucem contra eum fecit.

b Preſbyteri & Diaconi non ſagis Laïcorum more, ſed Caſulis utantur ritu ſervorum Dei.

ſuble



*xerunt me tenebræ. Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.* « Conatur homo plerumque corrigere homines diſtortos, pravos, pertinentes quidem ad curam ſuam, ſed in quibus deficiat omnis humana induſtria & vigilantia: corrigere non poteſt, pati neceſſe eſt. Et qui corrigi non poteſt, tuus eſt, aut conſortio generis humani, aut plerumque Eccleſiaſtica communione, intus eſt, quid facies? quò ibis? quò te ſeparabis, ut iſta non patiaris? Sed adeſto, loquere, exhortare, blandire, minare, corripe. Feci omnia, quicquid virium habui, impendi & expendi, nihil me video profeciſſe; omnis opera inſumpta eſt, dolor remanſit. Quomodo ergo requieſcet cor meum à talibus, niſi ut dicam, *Quis dabit mihi pennas? ſicut columbæ* tamen, non ſicut corvo. *Columba à moleſtiis quærit avolationem, ſed non amittit dilectionem.* Columba enim pro ſigno gemitûs ponitur, & in ea gemitus amatur. Cum malis igitur neceſſariò vivens, geme & ora. Multi juſti pennas optant, ſed plerumque ita ligantur ut volare non poſſint. Fortè enim non ligantur viſco, ſed ligantur officio. Et ſi in deſertum illis fugere liceret, ibique illos cum multis congregaret caritas, & in ipſis multis malos ad exercitationem ſuam invenirent. *Quia in omni congregatione multitudinis neceſſe eſt ut inveniantur mali. Deus enim qui novit exercendos nos, miſcet nobis & non perſeveraturos: aut certè ita ſimulatos, ut non inchoaverint in quo perſeverare deberent. Novit enim neceſſarium eſſe nobis ut feramus malos, & proficiat quod boni ſumus.* Noverat Chriſtus Traditorem ſuum. Illius malo magnum bonum operatus eſt: & tamen inter duodecim electus eſt, ne ipſe duodenarius tam exiguus numerus eſſet ſine malo. *Hoc ad exemplum noſtræ patientiæ, quoniam neceſſe erat ut inter malos viveremus, neceſſe erat ut malos ſive ſcientes, ſive neſcientes toleraremus: exemplum patientiæ præbuit ne deficias, cùm cœperis inter malos vivere.*

*S. Auguſt. in Pſal. 54.*

*S. Auguſt. Tractat. in Pſal. 54. Serm.* [illegible] *in Pſal.* [illegible]

L

## DOMINICA V. POST OCTAVAS EPIPHANIÆ.

*Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo... Simile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.* Matt. 13.

GRani ſinapis, & fermenti parabolæ à Chriſto propoſitæ, initium & progreſſum Chriſtianæ Religionis & veræ Eccleſiæ ſignificant. In ortu ſuo minimum eſt granum ſinapis, ſed cum creverit, fit arbor; ita ut volucres cæli in eam advolent, & in ramis ejus habitent. Modicum fermentum, ſed in tribus farinæ ſatis abſconditum, totam maſſam extollit & dilatat. Ita Religio Chriſtiana Evangelii prædicatione, Chriſti veri Dei humilitate, verbo crucis fundata, in ortu ſuo minima erat, cum Paganorum ſuperſtitione, & Philoſophorum ſectis longè lateque diffuſis comparata: ſed in ſui progreſſu & propagatione tantum & tam admirabile incrementum habuit, ut terram impleat, ad eamque confluant omnes Gentes Chriſto in hereditatem à Patre
Pſal. 2. 8. datæ. *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem*
Pſal. 21. 28. & ſeqq. *tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ... Reminiſcentur & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium: quoniam Domini eſt regnum, & ipſe domina-*
Pſal. 71. 8. & ſeqq. *bitur gentium... Et dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum... Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſer-*
Iſai. 2. 2. *vient ei. Et erit in noviſſimis diebus præparatus mons domûs Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper*



*colles, & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus: quia de Sion exibit Lex, & verbum Domini de Jeruſalem: & judicabit gentes, & arguet populos multos.* Hac ratione Eccleſia Chriſti verè Catholica eſt, id eſt univerſalis. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 10. §. 5.*) Sed & divinæ caritatis fermento, ſub confeſſione trium in una eſſentia Sanctiſſimæ Trinitatis perſonarum dilatata, conſervavit unitatem ſuam. *Unum corpus, & unus ſpiritus, ſi-* Epheſ. 4.
*cut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma.* Eccleſia Chriſti una eſt. Unde ab ejus communione Hæretici & Schiſmatici excluduntur. (*Ibid. §. 6.*) A Chriſto per Apoſtolos granum ſinapis, id eſt, Evangelium in agro ſuo ſeminante, fundata eſt. Hinc Apoſtolica dicitur. (*Ibid. §. 1.*

Evidens eſt evidentia morali, Religionem Chriſtianam Catholicam ſolam eſſe in terris veram Religionem. (*Lib. 1. Quæſt. 1.*) Chriſtianæ Religionis veritas demonſtratur. 1. Ex Prophetarum vaticiniis. 2. Ex miraculis. 3. Ex Evangelii prædicatione, & Eccleſiæ propagatione à viris pauperibus, ignobilibus & rudibus facta. 4. Ex conſtantia Martyrum. 5. Ex ipſius Religionis Chriſtianæ ſanctitate. (*Lib. 1. Quæſt. 1. Art. 5.*) Eccleſiam ſanctam, ſicut unam, Catholicam, & Apoſtolicam credimus ac profitemur. (*Quæſt. 2. Art. 10. §. 4.*) Eccleſia maximè diligenda & obſervanda eſt... Reverentia & obedientia Eccleſiæ paſtoribus debita... In Eccleſiæ judicio acquieſcendum... Eccleſiæ malis & calamitatibus compatiendum... Ad mortem pro Eccleſia ſubeundam parati eſſe debemus... Eccleſiam offendit, qui Chriſtum offendit, & è contrario... Eos qui ab Eccleſia ſeparati ſunt, urgere debemus ut ad ejus unitatem redeant: eos qui nobiſcum intus ſunt, ad Dei



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& Eccleſiæ amorem accendere. (*Ibid. §. 9.*) Membra
ſumus Eccleſiæ Catholicæ, Chriſtianam & Catholicam
Religionem profitemur, ne vivamus ut Pagani, immò
pejus quam plerique ipſorum, pejus quàm Hæretici.
Pſal. 105. 47. Cantamus in Eccleſia: *Salvos nos fac, Domine Deus
noſter, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur*
S. Auguſt. Sermone [illegible] De Kalendis Januariis, 12. » *nomini ſancto tuo.* Qui miſcentur gentibus, ſalvi non
» ſunt; ſalvantur autem qui congregantur de gentibus, ſa-
» lute fidei, ſalute ſpei, ſalute ſinceriſſimæ caritatis, ſa-
» lute ſpiritali, ſalute promiſſorum Dei. Qui ergo cre-
» dit, ſperat, & amat, non continuò ſalvus dicendus eſt.
» Intereſt enim quid credat, quid ſperet, & quid amet.
» Nemo quippe vivit in quacumque vita ſine tribus iſtis
» animæ affectionibus, credendi, ſperandi, amandi. Si
» non credis quod credunt gentes, non ſperas quod ſpe-
» rant gentes, non amas quod amant gentes; congregaris
» de gentibus, ſegregaris, hoc eſt ſeparatis de gentibus.
» Nec te terreat commixtio corporalis in tanta ſeparatio-
» ne mentis. Quid enim tam ſeparatum, quàm ut credant
» illi dæmones Deos, credas tu qui unus & verus eſt Deus?
» Sperent illi inania ſæculi, ſperes tu æternam vitam cum
» Chriſto? Ament illi mundum, ames tu artificem mun-
» di? Qui ergo aliud credit, aliud ſperat, aliud amat,
» vitâ probet, factis oſtendat. Chriſtus Jeſus pretium de-
dit ſanguinem ſuum, vitam ſuam, labores ſuos, paſ-
ſionem ſuam, mortem ſuam, ut nos redimeret, ut con-
» gregaret de gentibus. Si autem miſceris gentibus, non
» vis ſequi eum qui te redemit. Miſceris autem gentibus
» vita, factis, corde, talia credendo, talia ſperando, ta-
» lia diligendo: Ingratus es Redemptori tuo, nec agno-
» ſcis pretium tuum, ſanguinem Agni immaculati. Ut
» ergo ſequaris Redemptorem tuum, noli te miſcere gen-
» tibus ſimilitudine morum atque factorum. Dant illi
ſumptus pro cultu, pro feſtis in honorem Deorum
ſuorum: date vos eleemoſynas in honorem Chriſti, qui
Matth. 25. 40. ſibi datum reputat quod pauperibus erogatur. *Amen*



*dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis mi-
nimis, mihi feciſtis.* Avocantur Pagani cantionibus lu- «
xuriarum, avocate vos ſermonibus Scripturarum. Cur- «
runt illi ad theatrum, vos ad Eccleſiam. Inebriantur il- «
li, vos jejunate. Hæc ſi faciatis, benè cantatis: *Salvos* «
*nos fac Domine Deus noſter, & congrega nos de natio-
nibus, ut confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur
in laude tua.*

---

## DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

*Quid hic ſtatis totâ die otioſi?* Matth. 20. 6.

CUm omnium creaturarum vocibus homines otio-
ſos, qui tempore ad ſalutem ſibi conceſſo abutun-
tur, Deus increpaſſet; cum eorum torporem & ſegni-
Geneſ. 2. tiem arguiſſet Adami exemplo, qui *poſitus eſt in para-
diſo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum:*
Judicum 16. Samſonis, qui in ſinu Dalilæ dormiens, à Philiſtæis
captus eſt, excæcatus & illuſus: Davidis, qui domi in
otio voluptario manens, quo tempore ſolent Reges ad
bella procedere, in adulterium & homicidium lapſus
2. Reg. 11. eſt: Salomonis, quem otium & abuſus ſummæ pacis,
3. Reg. 11. quam illi Deus conceſſerat, corrupit, ut in libidinem
effuſus, mulierum alienigenarum Deos adoraret: Mu-
Proverb. 31. lieris fortis, quæ *panem otioſa non comedit*: Cùm do-
cuiſſet quòd *Homo naſcitur ad laborem & avis ad vola-*
Job. 5. 7. *tum*: Cùm pigrum ad formicam miſiſſet, ejus exem-
Proverb. 6. 6. plo erudiendum: Cùm otium multorum malorum fon-
Eccli. 33. 29. tem eſſe docuiſſet: Cùm (inquam) his omnibus exem-
plis hominum otioſorum ignaviam Deus arguiſſet, no-
viſſimè locutus eſt illis in Filio ſuo Chriſto Jeſu, quem
conſtituit heredem univerſorum, per quem fecit & ſæ-
cula, & qui ſalutem operatus eſt in medio terræ, qui
uſque modo operatur: *Quid hic ſtatis* (inquit) *tota die
otioſi? Ite & vos in vineam meam, & quod juſtum*

*fuerit, dabo vobis.* Nullam excuſationem habemus, ſi vineam nobis commiſſam, id eſt animam noſtram non colamus, ſi pro Dei gloria, & pro ſalute noſtra non laboremus. Non poſſumus dicere; *Nemo nos conduxit:* Dominum enim habemus, qui nos non ſolùm conduxit, ſed emit, cujus ſervituti nos addiximus in Baptiſmo, cui
1. Cor. 6. 19. 20. omnia opera noſtra debemus. *Non eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno.* Dicere non poſſumus, juſtam nobis laborum mercedem non offerri: immò ſuperabundantem, & infinitam, nobis promiſit, regnum cælorum, vitam æternam, ſe ipſum. Conqueri non poſſumus de operarum ac laborum difficultate: mandata ejus gravia non ſunt; *Jugum ejus ſuave eſt, & onus leve.* Igitur *quid hic ſtamus totâ die otioſi? Hic* in Eccleſiâ, in quâ nullas arbores infructuoſas patitur Chriſtus. Unde ficum in qua fructus non invenit, maledicto areſecit: & ſervo ignavo qui talentum abſcondit, & defodit pecuniam Domini ſui, adimendum ſignificat, illique dandum qui quinque talentis à Domino ſuo acceptis dili-
Matth. 25. gentiſſime operatus, alia quinque lucratus eſt. Quid hîc *ſtamus*, qui ſemper ambulare, immò currere debemus in via mandatorum Dei? Quid hîc ſtamus *totâ die*, vitâ bre-
Joan. 9. 4. vi, quæ *dies* eſt *ſalutis*, poſtquam *Venit nox, quando nemo poteſt operari.* Totâ die, cujus nulla pars eſt quâ cælum mereri non poſſimus, actione minimè difficili, minimè laborioſa, ſcilicet Dei amore: cujus propterea diei nullum momentum nobis perire debet, dicente Spiritu ſan-
Eccl. 14. 14. cto per os Sapientis: *Non defraudèris à die bono, & particula boni doni non te prætereat.* Ite ergo, & in vinea Domini laborate, ſi mercedem, ſi denarium diurnum, ſi beatitudinem cæleſtem accipere vultis. Ite *primo mane*, adoleſcentes, cæleſtis Patris-familiâs vocationi
Thren. 3. 27. prompto & fideli animo obtemperate. *Bonum eſt viro cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua.* Manna primo mane in caſtra Hebræorum pluere, & colligi ab omnibus voluit. *Statim* enim *ab exiguo radio ſolis calefa-*



*ctum tabeſcebat: ut notum omnibus eſſet:* (inquit Sapiens) Sap. 16.
*quoniam oportet prævenire ſolem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.* Ite in vineam Patris-familiâs, juvenes, qui adoleſcentiæ tempus inaniter contriviſtis in nugis, in otio, in voluptate, nec ad Deum converſi eſtis, & ad *horam tertiam* vocanti obtempera-
te. Ne dixeritis: *Fruamur bonis quæ ſunt, & utamur* Sap. 2.
*creaturâ tanquam in juventute celeriter. Vino pretioſo, & unguento nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra.* Ite in vineam Domini, viri, qui juventutem veſtram mundo & voluptati devoviſtis, & *circa horam ſextam & nonam* vocantem ſequimini. Cogitate, quia dies veſtri tanquam umbra prætereunt. *Dies mei* (inquit S. Job) *velociores fuerunt curſore: fugerunt, & non viderunt bonum: pertranſierunt quaſi naves poma portantes, ſicut aquila volans ad eſcam.* Tandem & vos ſenes, ite, & laborate in vinea Domini, Vocantem & *circa undecimam horam* ſequimini, ne tarderis ultra converti ad
Dominum poſt hæc: *Tempus non erit amplius.* Ne deſ- Apocal. 10. 6.
pondeatis animos. Pares eritis eis qui portaverunt pondus diei & æſtus, denarium ſicut ipſi accipietis à miſericordiſſima Patris-familiâs bonitate, mercedem æternam, Dei qui *omnia erit in omnibus*, fruitionem, ſi fideliter & impigrè eâ, quæ reliqua eſt, horâ laboretis. Vos verò qui Chriſtianè ſemper vixiſtis, qui Deo ab adoleſcentia ſerviiſtis, ne propterea extollamini, ſed dicite, *Servi inutiles ſumus.* Vobis enim fortè pares erunt, fortè etiam in gloriæ gradu ſuperiores, qui tardiùs ad Deum ſunt converſi, quia fervore & humilitate majori poſt converſionem ſuam in vinea Domini laborarunt. Imò verò timete ne ignaviâ veſtrâ, tepore, & infidelita-
tibus occultis amittatis coronam. *Qui ſe exiſtimat ſtare,* 1. Cor. 10. 12.
*videat ne cadat .... Tene quod habes, ut nemo accipiat* Apocal. 3. 11.
*coronam tuam.* Caritate ferventes, ſpiritu humiles eſto-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

te, omnibus Dei ſervis vos poſtponite, de aliis præclarè, de vobis humiliter ſentientes, quia ſola humilitas Dei miſericordiam & gratiam uberiorem advocat, qua fiunt *noviſſimi primi*; cùm humilitatis & fervoris remiſſio faciat ut *primi* ſint *noviſſimi*: Humilitatis tandem & caritatis defectus excludat ab æterna mercede plurimos, qui in vineam Domini ſunt vocati, vel in ea etiam aliquandiu laboraverint, ſed in labore uſque ad finem diei non perſeverarunt. *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.*

De acedia, quàm grave ſit peccatum? Adverſatur primo & maximo divinæ dilectionis mandato. 2. Adverſatur præcepto quo in Deo delectari jubemur. 3. Adverſatur deſiderio juſtitiæ. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Art. 1.*) Acediæ rei ſunt, qui ſalutem ſuam, mediaque ad illam à Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto præſcripta, mandatorum ejus obſervantiam & proprii ſtatus atque vocationis officia negligunt. (*Ibid. Art. 3. Regulâ 4.*) Acediæ rei ſunt, qui jugiter non vigilant ne vitiorum ſentes & mala germina in corde ſuo pullulent, & qui orta evellere ſtudiis ferventibus non conantur. (*Regulâ 5.*) Spiritalis vineæ putationi & purgationi ſemper incumbendum, ut palmes non infrugifer *fructum plus afferat*. Acediæ rei ſunt, quicumque in Chriſtiana & ſui ſtatus perfectione proficere pro virili non conantur. (*Ibid. Regulâ 6.*)

Joan. 15. 2.

Acediæ rei ſunt, quicumque converſionem ſuam differunt ac procraſtinant. (*Regulâ 7.*) Acediæ rei ſunt, quicumque tempus ad ſalutis ſuæ negotium peragendum à Deo ſibi conceſſum, in otio, ludis, inanibus colloquiis, ambulationibus & viſitationibus minimè neceſſariis, ac ſæculi voluptatibus conterunt. (*Ibid. Regulâ 10.*) Rectus uſus temporis conſtat optimâ diſpoſitione præſentium, expiatione præteritorum, præviſione futurorum. (*Ibid.*) *Videte itaque, fratres, quomodo cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Nemo veſtrûm parvi æſtimet tempus quod in confabulationibus otioſis aut in otio conſumitur: ſiquidem tempus acceptabile eſt, & dies ſalutis. Libet confabulari, aiunt, donec hora prætereat. O donec hora prætereat, ô donec pertranſeat tempus! Donec hora prætereat, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam, miſeratio Conditoris indulget; Donec tranſeat tempus, quo divinam tibi repropitiare debueras pietatem; properare ad angelicam ſocietatem, ſuſpirare ad amiſſam hereditatem, aſpirare ad promiſſam felicitatem; excitare remiſſam voluntatem, flere commiſſam iniquitatem. Sic nimirum, ſic agricolæ, cùm diu deſiderata affuerit opportunitas ſeminandi; ſic vinitores, cùm exſpectatum tempus putationis advenerit, inveniſſe occupationes, & quaſi irreprehenſibiliter ſine opere diem tranſegiſſe lætantur. Sic inſtantibus nundinis inſtitores nectere moras, occaſiones quærere ſolent, ut quem fortè ſibi ex eis quæſtum provenire contingat. Sic denique pauperes mendicantes, cùm multis clamoribus evocatus tandem affuerit eleemoſynarum diſtributor, diverticula captant, & concurrentibus ſociis vacuos ambiunt occupare receſſus, & fovere latebras in angulo platearum.

Epheſ. 5. 15.



S. Bernard. Serm. 11. de Diverſis.

---

IN EADEM DOMINICA.

*Ite & vos in vineam meam.*

VIro ſapienti & juſto ſua vita vinea eſt, ſua mens, ſua conſcientia. Nihil incultum deſertumve ſapiens in ſe relinquet. Stultis non ita. Cuncta apud eum neglecta invenies, cuncta jacentia, cuncta inculta & ſordida. Non eſt vinea ſtulto & peccatori. Quomodo vinea, ubi nihil plantatum, nihil elaboratum uſpiam apparet? Tota ſpinis ſilveſcit & tribulis peccatoris vita;

S. Bernard. Serm. 63. & 30. in Cant.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
FLAMMAM VERITATIS

& vinea eſt? Etſi fuit, jam non eſt, redacta nimirum in ſolitudinem. Ubi vitis virtutis? ubi botrus boni operis?
Proverb. 24. ubi vinum lætitiæ ſpiritualis? *Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat.* Non poteſt vinea eſſe, ubi vita non eſt. Quomodo vita cum ſterilitate? Arbor arida & in ſterilitatem verſa, nonne mortua judicatur?
Pſal. 77. Et ſarmenta mortua ſunt. *Et occidit in grandine vineas eorum* (ait Propheta) vitâ privatas oſtendens, quæ ſterilitate damnatæ ſunt. Sic ſtultus, eo ipſo quòd inutiliter vivit, vivens mortuus eſt. Solus vir ſapiens & juſtus vineam habet, ſeu vinea eſt. Lignum eſt fructiferum in domo Dei, fructum ſuum dans in tempore ſuo, ex fide vivens, quæ per caritatem operatur. Bona vinea juſti, imò bona vinea juſtus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular
2. Cor. 1. expreſſionis. *Gloria noſtra hæc eſt*, inquit, *teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Apud ſapientem & juſtum nihil vacat. Sermo, cogitatio, converſatio, & ſi quid aliud ex eo eſt, totum Dei agricultura, Dei ædificatio eſt, & vinea Domini Sabaoth. In vinea ſpiritali ſemper laborandum. Fodienda per humilitatem; ſtercoranda per eleemoſynas: Divitiæ inſtar fimi congregatæ coram Deo fœtent; in manus pauperum velut in agros diſperſæ, vineam ſpiritalem animæ noſtræ fovent, & uberrimæ vindemiæ præparant. Putanda eſt vinea per mortificationem. *Tempus putationis advenit*: ut bonum Chriſti
Cantic. 2. 13. odorem longè latèque diffundat. *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Alligandi ſunt palmites ad palum, ad Chriſti crucem, quia *Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite; ſic nec vos*
Joan. 15. (inquit Chriſtus) *niſi in me manſeritis.* Vulpes denique
Cant. 2. capiendæ, quæ vineam demoliuntur. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.* Peſſima vulpes occultus detractor, ſed non minùs nequam adulator



blandus. Ab his cavendum. Capiendi ſunt beneficiis atque obſequiis, monitis ſalutaribus, & orationibus pro iis ad Deum. Carbones ignis congerendi ſuper caput maledici & adulatoris, quouſque (ſi fieri poteſt) & ille invidiam, & iſte ſimulationem de corde tollat. Capiendi ſunt, ut Chriſto vel reſtituantur, vel acquirantur. Vulpes parvulæ ſunt, vitia quædam ſubtiliſſima, ſpecie palliata virtutum, cogitationes hominum vanæ, immiſſiones factæ per Angelos malos, qui ſe transfigurant in Angelos lucis. Vulpes illas capi jubet Sponſus, id eſt, deprehendi, convinci, prodi: quibus apparere, perire eſt. Non ſic cætera vitia, quæ velut ſævientes beſtiæ, manifeſtè veniunt, manifeſtè nocent, ſcientes captivant, ſuperant reluctantes, utpote vi, non dolo agentia. Beſtiæ illæ exterminandæ, impugnandæ, interficiendæ ſunt, ne vineas evertant & diſſipent. Vulpes verò illæ parvulæ, diſſimulatrices maximæ, capiendæ in calliditate ſua, prodendæ, quia proditæ non nocent. Vulpes etiam parvulæ naſcentia vitia intelligi poſſunt, quæ in ipſo ortu obſervanda ſunt & capienda, ne creſcentia plus noceant, & difficiliùs capiantur.

---

## DOMINCA SEXAGESIMÆ.

*Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum ...: Semen eſt verbum Dei ...* Luc. 8.

VErbum Dei ſemen cæleſte eſt, in mente divina ab æterno conceptum, à Prophetis, & ab ipſo Dei Filio Chriſto Jeſu in mundo ſeminatum, ab Apoſtolis prædicatum, Judæis primùm, deinde Gentibus, Scripturis commendatum à ſanctis hominibus, qui Spiritu Sancto inſpirante locuti ſunt. Hujus verbi potentiâ totius terræ facies immutata & renovata eſt, everſa idololatria, falſorum numinum Oraculis impoſitum ſilen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tium, Philoſophi & Oratores Gentium à Deo vero alienatum convicti, & Chriſti jugo ſubditi, princeps mundi diabolus debellatus & ejectus foras. Hoc fidei verbo Sacramenta novæ Legis & Eccleſiæ conſecrantur, peccatores ad meliorem frugem convertuntur, Animæ nutriuntur. Hoc verbum *fons eſt omnis & ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ*. Hoc verbum oculos mentium noſtratum illuminat, vias noſtras dirigit, Dei voluntatem explicat. Scriptura enim ſacra, quæ nobis prædicatur, velut *Epiſtola Dei eſt ad creaturam ſuam, ut diſcamus cor Dei in verbis Dei*. Hoc verbum panis eſt vitæ, panis quotidianus in hac peregrinatione nobis neceſſarius, panis ſuperſubſtantialis, quem à Deo poſtulamus in Oratione quam Chriſtus docuit: *Panem noſtrum quotidianum, panem ſuperſubſtantialem, da nobis hodie*. (*Lib. 5. de Oratione, Cap. 2. Art. 8.*) Dei verbum quantâ reverentiâ audiendum. (*Ibid.*) Adoranda Scripturarum verba. Sacri Codices olim aſſervati in ſacrario, ſicut Euchariſtia, teſte S. Paulino. Verbum Dei audiendum & faciendum. (*Ibid.*) Semen bonum corde bono & optimo excipiendum eſt, ut faciat fructum centuplum. Varia impedimenta ne ſemen illud cæleſte fructum afferat, à Chriſto Jeſu Domino noſtro in Evangelio explicata. Interdum enim cadit ſecus viam, & conculcatur, & volucres cæli comedunt illud. Conculcatur ab hominibus voluptariis, ab iis qui ſæculi deliciis ſaturati ſunt. *Anima ſaturata calcabit favum: & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet*. Eloquia Domini *dulciora ſuper mel & favum*, calcantur ab hominibus quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Calcantur à porcis de Epicuri grege margaritæ Evangelicæ, de quibus ait Chriſtus: *Neque mittatis margaritas ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus ſuis*. Semen illud cæleſte conculcant mundi ſapientes, quales erant Phariſæi & Legiſperiti, qui in Chriſtum non crediderunt. Hi enim Dei

Concil. Trident. Seſſ. 4.

S. Greg. M.

Lib. 4. Epiſt. 40.

Prov. 27. 7.

Matth. 7.



verbum libenter non audiunt: verbum crucis illis ſcandalum aut ſtultitia eſt. Ingenii ſui ſcientiæque lumen ſibi ſufficere arbitrantur. Unde cùm Miniſtri Pontificibus & Phariſæis de Jeſu Chriſto dicerent, *Numquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo: Phariſæi reſponderunt: Numquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc*. Secus viam cadit Dei verbum, cùm auditur ab hominibus ſæculi amore implicitis, quorum animus varietate negotiorum merè temporalium ſibi invicem ſuccedentium occupatus, deſideriorum & conſiliorum inutilium vanitate diſtractus, voluptatum corruptoria ſuavitate ineſcatus, non ſuſcipit verbum quod auribus inſonuit. *Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi fiant*. Jeroboam vitulos aureos erexit, ne decem Tribus Iſraël quæ ad ipſum defecerant, adirent ad Templum Jeroſolymitanum, & ea occaſione ad obedientiam Regis Juda redirent. Dæmon capitalis Chriſti hoſtis, & Rex impiorum, varia impedimenta objicit, ne homines mundo dediti, quos à Chriſto abalienavit, & principatui ſuo ſubjecit, verbum audiant, aut corde ſuſcipiant ac retineant, & ſic ad Chriſtum Regem ſuum ac legitimum Dominum redeant. Secus viam cadit verbum Dei, cùm auditur ſolius delectationis gratiâ, ſicut muſica, ſuaviſſimuſque concentus. *Et es eis quaſi carmen muſicum* (ait Dominus Prophetæ ſuo) *quod ſuavi dulcique ſono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea*. Verbum de corde Chriſtianorum hominum tollunt dæmones, cùm variis rerum mundanarum phantaſmatibus & cupiditatibus, ejus oblivionem inducunt. *Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit*.

Semen verbi Dei cadit ſupra petram, cùm ab iis auditur & ſuſcipitur cum gaudio, qui momentaneos aliquos & temporales pietatis affectus & motus habent, ſed radices non habent, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Cordis eorum ſuperficies ſen-

Joan. 7. 46.

3. Reg. 12.

Ezech. 33. 32.

Eccl. 21. 17.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſibilis ipſis videtur ad divina, ſed revera cor ipſis ſaxeum eſt, cor durum. Quid eſt cor durum? ſi non expaveſcis, tuum eſt. *Ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina, præteritorum obliviſcens, præſentia negligens, futura non providens. Ipſum eſt, cui præteritorum, præter ſolas injurias, nihil omnino non præterit, præſentium nihil non perit; futurorum nulla niſi forte ad ulciſcendum proſpectio ſeu præparatio eſt. Et ut breve cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt quod nec Deum timet, nec hominem reveretur.* Eò ſæpe ducunt ſenſim ſine ſenſu ſæculi occupationes maledictæ, curæ negotiorum temporalium, quibus homines ſeipſos totos dedunt & immergunt, & in quibus ſtulto labore conſumuntur, cùm tamen non ſint niſi afflictio ſpiritus, eviſceratio mentis, evacuatio gratiæ. Nec verò ſe cor durum non habere exiſtiment, quia falſaces aliquando fundunt lachrymulas, cùm ſacras audiunt conciones: Niſi enim illæ ex Dei amore oriantur, duritiam cordis non auferunt. Viduæ ſunt aquæ, ſine fructu; ut de hujuſmodi hominibus dicere liceat. *Viduis aquis ſibi mentiuntur.*

*S. Bernard. Lib. 1. de Conſiderat. Cap. 2.*

*Tertullian. Lib. de Baptiſmo.*

Denique ſemen verbi Dei ſæpe cadit inter ſpinas, & ſimul natæ creſcentesque ſpinæ illud ſuffocant. Spinæ ſunt divitiarum amor, avaritia malorum omnium radix, ſollicitudines ſuperfluæ, & voluptates ſæculi. Hæ ſuffocant divini verbi ſemen in cordibus eorum qui audierunt, ne fructum referat. Spinæ igitur eradicandæ ſunt, & comburendæ igne caritatis, quia *Regnat carnalis cupiditas, ubi non eſt Dei caritas*: & *caritatis venenum eſt ſpes adipiſcendorum aut retinendorum temporalium. Caritatis* denique *nutrimentum eſt imminutio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas.* Quiſquis igitur vult nu-

*S. Auguſt. Enchirid. C. 117. Idem Lib. de diverſis quæſt. octoginta tribus, quæſt. 36.*



trire caritatem, inſtet minuendis cupiditatibus. Eſt autem cupiditas amor adipiſcendi aut obtinendi temporalia. *Hujus minuendæ initium, eſt Deum timere, qui ſolus timeri ſine amore non poteſt.* Igitur, fratres dilectiſſimi, *Abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor: Hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo: conſideravit ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliviosus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit.* *Jacobi. 1. 21. & ſeqq.*

## DOMINICA QUINQUAGESIMÆ.

*Cùm appropinquaret Jericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans... Et clamavit dicens, JESU fili David, miſerere mei.* Luc. 18.

CÆcus ille, generis humani typus ac figura eſt; homines enim primi parentis peccato, & ignorantiæ tenebris excæcati, nullum ex ſe ipſis lumen habent, quo rerum divinarum intueri poſſint veritatem. *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* *Pſalm. 81. 5.* Pauperes ſunt & mendici, bonis omnibus gratiæ deſtituti, niſi ſuccurrat illis Deus, qui dives eſt in miſericordia. *Ego verò egenus & pauper ſum: Deus, adjuva me... Inclina, Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper ſum ego.* *Pſal. 69. 6.* Summa verò illorum miſeria eſt, quòd cæcitatem egeſtatemque ſuam ſpiritualem non agnoſcant. *Quia dicis: Quod dives ſum, & locupleta-* *Apocal. 3. 17.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tus, & nullius eges, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.*

Cæcitas cordis longè gravius malum, quàm corporis.
Tob. 5. 12. Id qui non capit, corde cæcus eſt. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* reſpondit Tobias ſenior Angelo ipſi gaudium adprecanti & nuncianti. Spiritalis cæcitatis malum præclaro e-
S. August. in Pſal. 57. xemplo S. Auguſtinus explicat. *Si cæcus oculis carnis* (inquit) *ad menſam ſuam quamlibet opimam diſcumberes, miſerum eum diceres: Cæcus interiùs panem Chriſtum non videt, & beatus eſt? Hoc non dicit niſi pariter cæcus.* Cæci corpore Solem non vident, cujus viſio bonum eſt nobis cum pecoribus & muſcis, cum bonis & malis commune. Cæci corde ſolem juſtitiæ non vident, quo cœleſtium bonorum æternitas, temporalium vanitas ipſis manifeſtatur. Unde miſeriam ſuam tardiùs
Sap. 5. 6. cognoſcentes, aiunt: *Erravimus à via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* Cæcitas corporis miſeros, non reos facit: Cæcitas cordis peccatores facit aut plectit. *Cæcitas*
S. August. lib. 5. cont. Julian. c. 3. *cordis, quam ſolus removet illuminator Deus, & peccatum eſt, quo in Deum non creditur; & pœna peccati, quâ cor ſuperbum dignâ animadverſione punitur; & cauſa peccati, cùm mali aliquid cæci cordis errore committitur.* Plurima ſunt ignorantiæ peccata. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 1. Art. 10.*) Attentio animi ad actionis pravitatem non eſt neceſſaria ut peccatum imputetur, ſatis eſt ut ſciens volens quis opus exerceat, vel exercere velit, quod ſecundùm ſe legi Dei contrarium eſt. Unde falſum eſt nunquam peccari, niſi prævia peccati cognitione animus illuſtretur, ejuſque vitandi deſiderio extimuletur. (*Lib. 3. Cap. 4. Regulâ 73.*) Et quamvis ignorantia prorſus invincibilis à peccato excuſet, quod ex eâ procedit: tamen ignorantia quæ aliquo modo, vel indirectè ſolùm volita eſt, peccatores coram Deo non excuſat. *Aliud eſt neſciſſe* (inquit S. Auguſtinus)



guſtinus) *aliud facere noluiſſe. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur, Noluit intelligere ut bene ageret. Sed & illa ignorantia, quæ non eſt eorum qui ſcire nolunt, ſed eorum qui ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſat, ut ſempiterno igne non ardeat.* (*Regulâ 65. & 74.*) S. August. lib. de Grat. & Libero Arbit.
Cæcitas noſtra voluntaria eſt, ſi cæci ſumus.
*Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?* in Pſal. 26.
Non tale lumen eſt quod ab aliquo poſſit obtenebrari. Dominus illuminans, nos illuminati, Dominus ſalvans, nos ſalvati: *Ergo præter ipſum nos tenebræ & infirmitas.* Eſt quædam regio incommutabilis veritatis: ab hac recedens anima tenebratur, accedens illuminatur. *Accedite ad eum* (inquit Propheta) *& illuminamini.* Per peccatum mortale à Deo vera luce recedimus, pondere cupiditatis nos ad creaturarum fruitionem trahente. Cæcitas igitur noſtra ex culpâ noſtra eſt. Mali noſtri Judicum 16.
auctores ſumus. Quemadmodum Dalila Samſoni in ſinu ſuo dormienti raſit ſeptem crines, abſtulitque fortitudinem in illis reſidentem, & tradidit Philiſtæis, qui ſtatim eruerunt oculos ejus, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt, eique illuſerunt: Ita concupiſcentia nos abſtrahens & illiciens ad peccatum, ſeptem Spiritus Sancti dona nobis aufert, noſque dæmonibus tradit, qui interioris hominis oculos nobis eruunt, vinculis nos onerant, ad brutorum animantium conditionem per inſipientiam & ſtuporem nos redigunt. *Comparatus eſt jumentis inſipientibus,* Pſalm. 48. 13.
*& ſimilis factus eſt illis*: nobiſque inſolentiſſimè illudunt. *Factus ſum opprobrium illis.* Cùm Naas Rex Ammonitarum Urbem Jabes Galaad obſideret, cives dedi- Pſal. 108. 25.
tionem illi obtulerunt æquis conditionibus: *Habeto nos fœderatos,* inquiunt, & ſerviemus tibi. Reſpondit Naas: *In hoc feriam vobiſcum fœdus, ut eruam om-* 1. Reg. 11. 2.
*nium veſtrûm oculos dextros, ponamque vos in opprobrium in univerſo Iſrael.* Ita ſe gerit erga nos Diabolus, ſi cum ipſo fœdus ineamus per peccatum. Rex noſter eſt



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſe vult, ſed ne illius tyrannidem excutiamus, eruit nobis oculum dextrum, oculum prudentiæ Chriſtianæ, oculum ſapientiæ cæleſtis, quo res æternas & ad ſalutem noſtram pertinentes conſideramus: uno prudentiæ ſæcularis, & carnalis oculo nobis relicto, quo terrena & temporalia intuemur: *Acuti ad vana, hebetes ad æterna* (ut loquitur S. Ambroſius) Sive, ut Tertullianus ait: *Sæcularibus ſatis agentes ſumus.* Carnalis illa prudentia propria eſt filiorum hujus ſæculi, qui tamen cæci ſunt & in tenebris ambulant, cùm eos Chriſtus opponat filiis lucis. *Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.* Hi *Filii Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiatores Merrhæ & Theman, & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem ſapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas ejus.* De illis ſcriptum eſt: *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia: utinam ſaperent, & intelligerent, & noviſſima providerent.* Quàm deploranda cæcitas hominum hac Bacchanalium tempeſtate, qui ſcilicet Gentilium moribus ſe conformantes, non minùs gravem Chriſto Jeſu inferunt injuriam, quàm Judæi, qui ipſum Gentibus illudendum & crucifigendum tradiderunt. Non aſcendunt Jeroſolymam cum Jeſu & Apoſtolis ejus; ſed ad theatra, choræas, ludos alearum, convivia, cœtuſque in quibus genus quoddam idololatriæ committitur, concurrunt; Baccho & Veneri quodam modo ſacrificantes; & Chriſtum in cordibus ſuis iterum crucifigentes. *Et conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt de Filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur: & poſtquam flagellaverint, occident eum.* Syris illis latronibus ſimiles ſunt, qui ad preces Eliſæi divinitus cæcitate percuſſi, in medium terræ hoſtilis & forum Samariæ deducti ſunt, neſcientes in præſenti vitæ diſcrimine ſe verſari, à quo illos eripuit Eliſæus, cùm Deum oraſſet ut eorum oculos aperiret. *Domine, aperi oculos iſtorum,*

*Tertull. lib. 1. ad uxorem C. 1.*
*Luc. 18. 8.*
*Baruch. 3. 23.*
*Deuter. 32. 28.*



*ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ.* Utinam aperiantur oculi cæcorum his Bacchanalium diebus diſcurrentium, ut Dei gloriam deprædentur, diaboloque ejus hoſti tribuant. Domine aperi oculos iſtorum, ut videant ſe eſſe in medio hoſtium Dei ſui, ſalutiſque ſuæ, & dicant: *Pericula inferni invenerunt me:* Quæ niſi aberrantem abs te non invenirent me. *Nunc autem illa me invenerunt: Ego verò ea non inveniebam, qui gaudebam proſperis ſæculi, in quibus plus fallunt pericula inferni.*

Sed cur cæcorum tantus numerus eſt, cùm Deus illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum? Inde id oritur, quòd *ſtulta corda adhuc capere iſtam lucem non poſſunt, quia peccatis ſuis aggravantur, ut eam videre non poſſint. Non ideo cogitent quaſi abſentem eſſe lucem, quia eam videre non poſſunt: Ipſi enim propter peccata tenebræ ſunt.* Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. *Ergo, Fratres, quomodo homo poſitus in ſole cæcus, præſens eſt illi ſol, ſed ipſe ſoli abſens eſt: Sic omnis ſtultus, omnis iniquus, omnis impius cæcus eſt corde. Præſens eſt ſapientia, ſed cum cæco præſens eſt, oculis ejus abſens eſt: Non quia ipſa illi abſens eſt, ſed quia ipſe ab illa abſens eſt. Quid ergo faciat iſte? Mundet unde poſſit videri Deus. Quomodo ſi propterea videre non poſſet, quia ſordidos & ſaucios oculos haberet, irruente pulvere, vel pituita, vel fumo, diceret illi Medicus, Purga de oculo tuo quicquid mali eſt, ut poſſis videre lucem oculorum tuorum. Pulvis pituita, fumus, peccata & iniquitates ſunt: Tolle inde iſta omnia, & videbis ſapientiam quæ præſens eſt: Quia Deus eſt ipſa ſapientia, & dictum eſt: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Cor igitur purgandum eſt ab amore creaturarum quo ſordeſcit, ut divinam veritatem ſapientiamque cognoſcat. *Sunt ſordes animi* (inquit S. Auguſtinus) *amor quarumlibet rerum, præter animum & Deum; à quibus ſordibus quanto eſt*

*4. Reg. 6.*
*Pſalm. 114. 3.*
*S. Auguſt. in hunc Pſalm.*
*S. August. Tract. 1. in Joan.*
*Joan. 1. 5.*
*Matth. 5. 8.*
*Lib. de Vtil. credendi Cap. 16.*

*quis purgatior, tantò verum faciliùs intuetur.* Quid miramur ſi tot ſunt in ſæculo cæci corde, ſiquidem creaturis adhærent, diligunt vanitatem, bona temporalia & peritura conſectantur? *Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum... Quando enim ponet ante conſpectum ſuum Deum, ante cujus conſpectum non eſt niſi ſæculum?*

Pſal. 11. 1.
S. Auguſt. in hunc Pſal.

Cæcum Evangelicum imitemur; clamemus ad Jeſum, ut lumen nobis reſtituat: *Jeſu fili David, miſerere mei.* Clamor cordis, fervor eſt caritatis. Clamemus cum fiduciâ, *miſerere mei.* Totum à Dei miſericordia exſpectemus, agnoſcentes quod nihil ex nobis poſſumus. Clamemus cum perſeverantiâ, nec ſæculi amatoribus, aut cupiditatibus noſtris, ſilentium nobis imponentibus obſequamur. *Et qui præibant, increpabant eum ut taceret. Ipſe verò multò magis clamabat, Fili David, miſerere mei.* Turba quæ Jeſum venientem præcedit, deſideriorum carnalium turbas, tumultuſque vitiorum deſignat, qui, priùs quàm Jeſus ad cor noſtrum veniat, tentationibus ſuis cogitationem noſtram diſſipant, & voces cordis in oratione perturbant. Sæpe namque dum converti ad Deum poſt perpetrata vitia volumus, dum contra hæc exorare vitia, quæ perpetravimus, conamur; occurrunt cordi phantaſmata peccatorum, quæ fecimus, aciem mentis noſtræ reverberant, confundunt animum, & vocem noſtræ deprecationis premunt: ſed quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat, quia quantò graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tantò orationi inſiſtere ardentiùs debemus. Appropinquemus ad Jeſum, qui nos ad ſe jubet adduci, qui ſtat miſericorditer nos eſpectans, qui nos interrogat quid velimus, ut ad petendum nos excitet: *Quid tibi vis faciam?* Reſpondeamus: *Domine, ut videam.* Cæcus à Domino non aurum, ſed lucem quærit. Illum imitemur, non falſas divitias, non terrena bona, non fugitivos honores, ſed lucem à Domino Jeſu poſtulemus, lu-

Venerab. Beda lib. 5. in Luc. Cap. 71.



cem illam, quam videre cum ſolis Angelis poſſumus: ad quam lucem via fides eſt. *Et Jeſus dixit illi: Reſpice, fides tua te ſalvum fecit.* Gratias denique Deo agentes, & laudantes illum, qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen ſuum, Jeſum ſequamur, illique indivulſè adhæreamus. *Et confeſtim ſequebatur illum, magnificans Deum.* Videt & ſequitur, qui bonum quod intelligit, operatur. Videt autem, ſed non ſequitur, qui bonum quidem intelligit, ſed bona operari contemnit. Jeſum enim ſequitur, qui imitatur. *Si quis*, inquit, *mihi miniſtrat, me ſequatur.* Conſideremus ergo quâ graditur, ut ſequi mereamur. Sic fiet ut non ſolùm vita noſtra in Deum proficiat, ſed hæc ipſa noſtra converſio ad Dei laudem & alios accendat. *Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.* Quòd ſi tenebras ſæculi magis amamus quàm lucem veram quæ Deus eſt, timeamus, quia omnes in cæcitate cordis perſeverantes, à tenebris peccatorum tranſibunt ad tenebras tormentorum æternorum, quod Deus à nobis avertat.

---

## IN DIE CINERUM.

*Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

QUamvis *Tota vita Chriſtiani perpetua pœnitentia* eſſe debeat, ut docet Concilium Tridentinum, & *nulli rei niſi pœnitentiæ natus* ſit, ut loquitur Tertullianus: Quadrageſimale tamen tempus tam ſancto tamque neceſſario dedicavit officio mater Eccleſia: ut ſicut quotidie publicas ad Deum preces fundit privatis orationibus ad ejus gratiam impetrandam longè efficaciores; ſic publicam ſacro iſto tempore in omnibus membris ſuis pœnitentiam agat, & divinæ juſtitiæ ſatisfactionem pro eorum peccatis offerat gratiorem. Hanc hodierna die inchoat & prædicat omnibus ſuis ritibus: lugubri alta-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rium & Miniſtrorum ornatu, Pſalmorum pœnitentialium cantu, Pœnitentium in Cathedralibus Eccleſiis comparitione & ſupplicatione, quod veteris Diſciplinæ præclarum veſtigium eſt, Epiſtolæ ac Evangelii ad ſuadendam pœnitentiam conſenſione, & ſacrorum Cinerum aſperſione. Pœnitentiam igitur agere in commune incipiamus, cum toto Eccleſiæ corpore, cujus nos eſſe membra dedit Deus, ad Paſcha uſque continuandam, ut ritè purificati, digni ſimus ſanctorum communione myſteriorum.

Maxima cinerum cum pœnitentia conjunctio. 1. Cineres ſunt inſignia & quaſi inveſtitura pœnitentiæ. 2. Cineres ſunt typus & figura pœnitentiæ. 3. Cineres ſunt motivum & incitamentum pœnitentiæ.

Cinerum uſus ad ſummum mœrorem, ac dolorem exprimendum in privatis publicíſque calamitatibus adhibitus ſemper fuit. Thamar Davidis filia ab Ammon fratre ſuo nefario inceſtu oppreſſa, *Aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſâ talari tunicâ, impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum, ibat egrediens & clamans.* Cùm Mardochæus accepiſſet Aman Edictum ab Aſſuero contra Judæos per ſubreptionem impetraſſe, ut in omnibus ejus ditionibus internecione delerentur, *Scidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem capiti: & in platea mediæ civitatis voce magna clamabat oſtendens amaritudinem animi ſui.* Jeremias Propheta populum ad luctum excitans ob imminentem cladem & Hieroſolymorum vaſtitatem, ait: *Filia populi mei, accingere cilicio, & conſpergere cinere: luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repente veniet vaſtator ſuper nos.* Cum igitur pœnitentia debeat eſſe dolorum maximus, ſiquidem peccatum mortale malorum omnium graviſſimum eſt, ſive ſpectetur ut offenſa Dei, ſive ut malum hominis, cinerum conſperſio pœnitentium habitui convenit. Job. 42. 6. *Ago pœnitentiam in favilla & cinere.* Rex Ninive prædicatione Jonæ Prophe-

*2. Reg. 13. 19.*

*Eſther 4. 1.*

*Jerem. 6. 26.*



tæ compunctus, *Surrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* Chriſtus Corozaitis & Bethſaitis duritiem cordis exprobrans: *Væ tibi Corozain*, inquit, *væ tibi Bethſaida: Quia, ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent.* Cilicium & cinis habitus eſt conveniens pœnitentiæ. Cilicium enim graviſſimas peccatorum punctiones & conſcientiæ peccatricis ſtimulos ſignificat: Cinis verò in memoriam revocat ſtatum, in quem per peccatum redacti juſto Dei judicio ſumus. In cilicio (inquit S. Gregorius) *aſperitas & compunctio peccatorum, in cinere autem pulvis oſtenditur mortuorum. Et idcirco utrumque hoc adhiberi ad pœnitentiam ſolet, ut in punctione cilicii cognoſcamus quid per culpam fecimus, & in favilla cineris perpendamus quid per judicium facti ſumus. Conſiderentur ergo in cilicio pungentia vitia, conſideretur in cinere per mortis ſententiam ſubſequens juſta pœna vitiorum. Quia enim, poſt peccatum, carnis contumeliæ ſurrexerunt, videat homo in aſperitate cilicii ſuperbiendo quid fecit, videat in cinere uſquequo peccando pervenit.* Hinc Eccleſia publicè pœnitentibus mutationem habitus ſuis olim Canonibus indixit, nec aliter ad pœnitentiam admittebantur graviorum criminum rei, niſi illam publicè ab Epiſcopo peterent, & cilicium, cineremque ſuper caput, cum impoſitione manuum reciperent. Hinc Tertullianus lib. *de Pœnitentia*, Cap. 9. *Exomologeſis*, inquit, *proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, converſationem injungens miſericordiæ illicem, de ipſo quoque habitu atque victu mandat, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus dejicere, illa quæ peccavit triſti tractatione mutare, jejuniis preces alere, ingemiſcere, lacrymari.* Quàm præclarum erat Pœnitentes olim videre in Eccleſia longo ordine variis in ſtationibus diſpoſitos, cilicio indutos,

*Matth. 11. 21.*

*S. Gregor. M. Lib. 35. Moral. Cap. 5.*

*Concil. Agath. C. 15. Tolet. 3. Can. 12. &c.*

*SS. Optatus, Ambroſ. Auguſt.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& cinere conſperſos. 1. Statio *Flentium.* 2. *Audientium.* 3. *Subſtratorum.* 4. *Conſiſtentium.* ( *Lib. 2. Tract. de Sacramento Pœnitentiæ , Cap. 1. Art. 2.* ) A pœnitentiæ ſtatu , heu ! quàm longè remoti ſumus ! Nec ſenſum interiorem pœnitentiæ, nec exteriores illius notas habemus. Vanitas & diſſolutio in exteriore Chriſtianorum habitu potiùs apparent , quàm pœnitentia & modeſtia. In corporibus ſuis pompas mundi & inſignia diaboli potius ferunt, quàm mortificationem Chriſti. Habitu & cultu exteriore peccatum inſpirant, quod confundere deberent. Indumentis, quæ pudorem illis ſuffundere deberent, ad ſuperbiam & luxum abutuntur. Veſtimenta homini neceſſaria non fuerunt, niſi poſtquam pretioſo innocentiæ veſtimento ſpoliatus fuit. Tunicas pelliceas fecit illis Deus: induit eos pellibus animalium mortuorum, qui ſimiles jumentis inſipientibus facti erant peccando. Chriſtianæ mulieres cogitent indumenta ſua eſſe *Damnatæ & mortuæ mulieris impedimenta, quaſi ad pompam funeris conſtituta* (ut loquitur Tertullianus) Non præcipimus ut habitu ſordido, ſquallidæ & cinere conſperſæ in publicum prodeant, & in Eccleſiam veniant; ſed habitu modeſto, qualis Chriſtianas mulieres decet, promittentes pietatem per opera bona, ne ſcandala uſque ad cælum jaculentur. Magnam eſſe luxui cum luxuria affinitatem meminerint: & quamvis ſola vanitas in earum cultu fortè dominetur , hæc tamen humilitati pœnitentiæ capitaliter adverſatur.

*Lib. de cultu Femin. Cap. 9.*

2. Cineres ſunt typus & figura pœnitentiæ, quia deſtructionem omnimodam & totalem peccati ſignificant, ita ut non ampliùs reviviſcat, ſicut ea quæ in cineres redacta ſunt, eadem non reparantur. Proprium pœnitentiæ, inquit S. Thomas, eſt *operari ad deſtructionem peccati præteriti, in quantum eſt Dei offenſa.* Id probant nomina omnia quibus in ſacris Litteris inſignitur. Vocatur converſio : *Convertimini ad me in toto corde veſtro.* Converſio eſt deſtructio ejus quod erat, per ejus

*3.p.q.85.A.1.*



mutationem in id quod non erat. Sic in Altaris Myſterio deſtruitur panis cùm in Chriſti corpus mutatur. In converſione peccatoris myſtica ſeu moralis tranſſubſtantiatio fieri debet, non humanæ ſubſtantiæ in divinam, ſed ſpiritus & affectionum hominis in Spiritum Dei, cui caſto amore adhærere debet. *Qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.* Peccatum igitur & vitioſæ omnes affectiones penitus deſtrui debent, ut jam non ſit moraliter idem homo, ſed novus homo. *Se ipſum ſibi homo abneget,* ( inquit S. Ambroſius ) *& totus mutetur : ſicut quemdam adoleſcentem fabulæ ferunt propter amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore regreſſum, poſtea veteri occurriſſe dilectæ, quæ ubi ſe non interpellavit, mirata putaverit non recognitam, rurſus occurrens dixerit : Ego ſum ; reſponderit ille : Sed ego non ſum ego.* Pœnitentia ſacrificium eſt. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Conſummatio ſacrificii eſt deſtructio victimæ. Holocauſtum eſt. *Sacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta.* Holocauſtum dicitur, quaſi totum igne conſumptum. Cor itaque criminoſum divini amoris igne totum conſumendum eſt, ut nullus omnino in eo remaneat affectus peccati, nulla ad peccati occaſiones funeſtas vel minima adhæſio, ſed penitus deſtruatur peccatum ceu corpus redactum in cineres. *Ut deſtruatur corpus peccati.* Pœnitentia denique mors myſtica eſt. Deus non vult mortem peccatoris, ſed peccati. Monſtrum illud in aquis Baptiſmi præfocatum eſt. *Contribulaſti capita draconum in aquis.* Chriſto conſepulti ſumus in Baptiſmo : Sed infeliciter revixit, non illud quidem quod deletum erat , ſed novum propriæ voluntatis & actionis, cordis noſtri à Deo averſione, & ad creaturas converſione atque adhæſione. Arripiendus pœnitentiæ gladius , ita interficiendum peccatum eſt, nunquam ut reviviſcat. *Vade, & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos uſque ad internecionem.* Nihil penitus reſervandum. Agag ille Rex pinguis,

*1. Cor. 6. 17.*

*Lib. 1. de pœnit. Cap. 12.*

*Pſal. 50.*

*Rom. 6. 6.*

*1. Reg. 15.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

vitium illud coronatum, in fruſta coram Domino concidendum eſt. Terribilis quidem & amara peccatori mors illa myſtica videbitur, quæ cor avari à divitiis; ſuperbi à mundi gloria, faſtu, vanitate; voluptatum amatoris, à convivìis, ſpectaculis, choræis, ludis, mundanis converſationibus ſeparare debet. *Siccine*, inquiet, *ſeparat amara mors?* Sed Dei, quæ *fortis* eſt *ut mors*, ſuper omnia *dilectio*, tollet omnem amaritudinem, facietque ut mori peccato, & Deo vivere ſuave ſit homini pœnitenti. Omnium mundi vanitatum, deliciarum, ſocietatum periculoſarum obliviſcetur, nec earum recordabitur ampliùs, niſi ut lugeat peccata præterita, ſiquidem

Job. 13. 12. perit eorum memoria quæ in cineres redacta ſunt. *Memoria veſtra comparabitur cineri.*

3. Cineres ſunt incitamenta ad pœnitentiam. Mortis enim cinerumque memoria omnium peccatorum

1. Joan. 2. 16. ſcaturigines exſiccat. *Omne quod eſt in mundo eſt concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Carnis porro voluptates, perituras divitias, mundi gloriam & vanitatem nemo ſectabitur, qui seriò de morte cogitabit. Idololatrarum ſtuporem & ſtultitiam Propheta deſcribit & deplorat, qui cedrum aut quercum ab hominibus plantatam in ſylva cædentes, partem ejus in ignem conjiciunt ut coquant pulmentum & calefiant, de reliqua idolum faciunt, & curvantur

Isai. 44. ante illud, & adorant. *Neſcierunt, neque intellexerunt; obliti ſunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant in corde ſuo. Non recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſentiunt ut dicant: Medietatem ejus combuſſi igni, & de reliquo ejus idolum faciam? Pars ejus cinis eſt, cor inſipiens adoravit illud.* Homo libidinoſe, profane amator, qui formoſam mulierem ut idolum colis; mulier mollis, mundana, delicata, quæ pulcritudinis tuæ, corporis tui, relicto Deo, ſalute tua neglecta, tantam geris curam; tu quiſquis carnem tuam & voluptates amas & ſectaris, recogita corpus illud portionem



eſſe exiguam ſubſtantiæ parentum; trunci jam in cineres redacti ramos, qui pariter ſuccidentur, non poſt multum tempus, ſed brevi, citius quam putes; & in cineres etiam redigentur. Cogita hujus corporis aliquid ſingulis diebus perire. *Pars ejus cinis eſt, cor inſipiens adoravit illud.* In cineribus remedium reperies contra concupiſcentiam carnis & voluptatem. Sed & remedium præſentiſſimum contra avaritiam cineres ſubminiſtrabunt. *Facilè contemnit omnia, qui ſemper cogitat ſe moriturum* (inquit Seneca, cujus verba S. Hieronymus conſecravit.) Hinc Eccleſia poſt ceremoniam Cinerum Evangelium filiis ſuis legit, quo illis Chriſtus prohibet ne theſauros ſibi in terra congregent, ſed in cælo, quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit, quia ubi theſaurus noſter eſt, ibi & cor noſtrum erit: ut verbo Dei, & mortis memoriâ, nos à rerum temporalium & periturarum amore ſeparet. Sed heu! filii hominum, corde gravi, nullum deſideriis ſuis modum ponunt. Omnium, quæ ut mala apprehendunt, timore, ſe mortales eſſe oſtendunt; & nihilominus cupiditatibus ſuis nullum modum ſtatuunt, quaſi immortales eſſent. *Omnia tanquam mortales timetis: omnia tanquam immortales concupiſcitis.* Cùm Achab Rex impius & avarus cæſo Nabothe vineam ejus invaſiſſet, eamque poſſeſſurus adiret, eunti occurrit Elias, mortiſque ſententiam

Dei nomine denunciavit: *Occidiſti, inſuper & poſſediſti .... In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum.* 3. Reg. 21.

Terribili ſententiâ auditâ, de vineæ poſſeſſione, de hortis ampliandis, non ampliùs cogitavit Achab, ſed *Sciſdit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, jejunavitque, & dormivit in ſacco, & ambulavit demiſſo capite.* Mortem cogitate, divites avari, qui bonis malè partis ex oppreſſione pauperum, viduarum & pupillorum gaudetis, qui opulenti eſtis in Sion, qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis uſque

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Iſai. 5. ad terminum loci. Vobis hodie ſententia mortis ab Eccleſia denunciatur: *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Carnem veſtram, ſi non minus canes, vermes certè devorabunt. Numquid hanc ſententiam audientes, bona malè parta non reſtituetis? Numquid theſauros in terra congregare pergetis? Numquid largâ eleemoſynarum erogatione theſauros in cælum non præmittetis? Non facietis vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula? Non cogitabitis, quia forte hac nocte à vobis anima veſtra repetetur? Quia nihil intuliſtis in mundum, nec aliquid inde vobiſcum auferetis, præter bona vel mala opera? Quam efficax ſit ad comprimendam & extinguendam avaritiam mortis memoria, intellexit Sanctus Imperator Conſtantinus Magnus, cùm avarum quemdam ex familiaribus ſuis manu apprehenſum his aliquando verbis compellavit: *Quouſque tandem, heus tu, cupiditatem extendimus? Deinde cùm haſtâ, quam præ manibus habebat, humani corporis ſtaturam humi delineaſſet: Etiamſi,* inquit, *cunctas ſæculi divitias, totumque adeò orbem terrarum tibi comparaſſes, tamen nihilo plus quàm hoc à me deſcriptum terræ ſpatium ablaturus es, ſi modo hoc etiam tibi conceſſum fuerit.* Superbiæ denique elationem frangunt cineres, mortiſque memoria. Statua quam in ſomnis vidit Rex Nabuchodonoſor, ex auro, argento, ære, ferroque conflata, cùm luteos pedes haberet, unius lapidis ictu deſtructa & diſſoluta eſt. Sic omnia, quibus homo ſuperbus intumeſcit & propter quæ extollitur, opes, robur corporis, formæ elegantia, potentia, honores, clientelæ, favor, fama, quantumvis radiare aut ſolida eſſe videantur, nihilominus diſſolventur ictu mortis, quaſi lapidis, quia luto ſuperextructa ſunt, ex quo homo conflatus eſt. *Quid* igitur *ſuperbis, terra & cinis?* Homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu: brevi vivens tempore, ideoque cum metu: repletus multis miſeriis, & propterea cum fletu. Et

Euſebius lib. 4. de Vita Conſtant. c. 51.

Danielis 2.

Eccli. 10. 9. Job. 14. 1. S. Bernardus lib. 2. de Conſiderat. Cap. 9.



verè multis, quia corporis & animæ ſimul. Quid enim calamitate vacat naſcenti in peccato, fragili corpore, & mente ſterili? Verè ergo repletus, cui infirmitas corporis, & fatuitas cordis cumulatur traduce ſordis, mortis addictione? Memoriæ proditum eſt Philippum Macedonum Regem, cùm cecidiſſet, corporiſque ſui magnitudinem in pulvere impreſſam reliquiſſet, ex alia parte umbram ſui corporis majorem videret, dixiſſe: *En vanitas: ſed in pulvere veritas.* Ethnicus ille Princeps vobis ſapientior erat, qui de ſplendore generis, de opum abundantia, de potentia, de ſcientiâ, de forma corporis, de honoribus & dignitate ſuperbitis. Magnitudinem veſtram ex umbra menſuratis. Ad cineres oculos convertite, hinc cognoſcetis quid eſtis, & quid brevi futuri eſtis; cognoſcetis quàm vana ſit mundi gloria & temporalis celſitudo. In umbra vanitas, in pulvere veritas. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*

Sap. 5. 8.

Eccleſ. 1. 2.

---

## FERIA V. POST CINERES.

*Audiens autem Jeſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis. Non inveni tantam fidem in Iſraël.* Matth. 8. 10.

THeologi quærunt an admiratio in Chriſto Jeſu fuerit. Quæſtioni hunc in modum reſpondet Doctor Angelicus. Admiratio propriè eſt de aliquo novo & inſolito. Chriſto autem non poterat eſſe aliquid novum & inſolitum, quantùm ad ſcientiam divinam, qua cognoſcebat res in Verbo, ſeu in eſſentia divinâ; neque etiam quantùm ad ſcientiam humanam, quâ cognoſcebat res per ſpecies inditas. Potuit tamen aliquid illi novum eſſe & inſolitum ſecundùm ſcientiam experimentalem, ſecundùm quam illi poterant quotidie aliqua nova occurrere. Et ideo ſi loquamur de ipſo

3. p. q. 15. Art. 8.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

quantùm ad ſcientiam divinam & ſcientiam beatam, vel etiam infuſam, non fuit in Chriſto admiratio. Si autem loquamur de eo quantùm ad ſcientiam experimentalem, ſic admiratio in eo eſſe potuit. Et aſſumpſit hunc affectum ad noſtram inſtructionem, ut ſcilicet doceret eſſe mirandum, quod etiam ipſe mirabatur.
Lib. 1. de Gen. Cont. Manich. Cap. 4. Unde S. Auguſtinus ait: *Quod miratur Dominus noſter, nobis mirandum eſſe ſignificat, quibus adhuc eſt opus ſic moveri. Omnes ergo tales motus ejus non perturbati animi ſunt ſigna, ſed docentis Magiſtri.*

In Miraculo, quod Evangelica lectio nobis hodie ponit ob oculos, tria ſunt quæ noſtram jure merentur admirationem. 1. Fides eximia Centurionis: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſrael.* 2. Servi paralytici curatio: *Et ſanatus eſt puer in illa hora.* 3. Prædictio vocationis Gentium ad fidem: *Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in Regno cælorum.* Fides Centurionis effectus eſt ſingularis erga ipſum miſericordiæ Dei. Fides enim Dei donum eſt, & hoc non ex nobis, ne quis glorietur. Fidem Chriſtus mirabatur, quam donaverat. Hunc traxerat ut ad ſe accederet: *Acceſſit ad eum Centurio.* Huic gratiam orandi dederat, ut oraret, quod per nos ipſos non poſſumus. *Rogans eum.* Curatio ſervi palalytici effectus fuit omnipotentiæ Salvatoris, qui abſens corpore, ſolo verbo, ſubitò, curavit morbum naturæ viribus inſanabilem: effectus etiam fuit fidei Centurionis, quæ miraculum illud promerita eſt; *Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi...* Vocatio Gentium ad fidem ſolius gratiæ Dei opus eſt, occaſione accepta ex Judæorum cæcitate, quâ fidem & gratiam Jeſu Chriſti rejecerunt. *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Hinc Apoſtolus de Judæis ſcribit: *Illorum delicto*
Rom. 11. 11. *ſalus eſt Gentibus. &c.*

I Centurionis fidem parum eſt ut admiremur, etiam



imitari debemus. Fides nos ad ducat ad Jeſum, fide oremus & pro nobis, & pro familiaribus ac domeſticis noſtris, ut à ſpirituali paralyſi curemur, in quâ jacemus. Oremus Dominum ut ad nos veniat, fruſtra enim ad illum ire conaremur, niſi prior ad nos veniret, ipſumque fidei initium, & pios conatus nobis daret per ſancti Spiritûs ſui ſubminiſtrationem. *Ego veniam, & curabo eum.* Sit fides noſtra humilis, ſimplex, firma, activa, ut fides Centurionis: hinc ſupremam Dei majeſtatem, hinc indignitatem noſtram: hinc illius omnipotentiam, hinc noſtram infirmitatem: hinc ſupremum illius dominium; hinc noſtram reſpectu ipſius ſervitutem, illiuſque ſervitutis officia conſideremus. *Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Fides noſtra per dilectionem operetur: quia *cum dilectione fides Chriſtiani, ſine dilectione fides dæmonis.* Nam & *Dæmones* S. August.
*credunt, & contremiſcunt.* Fides noſtra per opera bona probetur, ſine quibus *mortua eſt.* Nam ſicut ex pulſu vitam hominis cognoſcimus, ſic vitam fidei ex bonis operibus comprobamus. Omnia in nobis fides ordinet; mentem noſtram Deo ſubjiciat patri ſpirituum, ſoli Domino, ſub cujus poteſtate cuncta ſunt poſita, æternæ Sapientiæ, primæ Veritati, quæ nec falli poteſt, nec fallere. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus.* Fides cunctos animæ noſtræ affectus ſubjiciat rationi, nec rationi ſolùm, ſed religioni, ut ejus imperio dirigantur & coërceantur. *Habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alii, Veni, & venit.* Fides corpus noſtrum contineat in officio, ut animæ ſerviat; immo juſtitiæ in ſanctificationem. *Et ſervo meo, Fac hoc, & facit.* De fide, vide Theologiam noſtram Dogmaticam & Moralem Lib. 1. Cap. 1. Sine caritate & bonis operibus non prodeſt ad ſalutem (*Ibidem, Art. 5.*) Item, *Quæſt. 2, Art. 2. §. 1.* Jacobi 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quo vis iſtius verbi *Credo*, prolixè, & appoſitè ad mores informandos explicatur.

Fidem noſtram frequentibus actibus exercere debemus, & Deo donante augere, ut in eo creſcamus in ſalutem. Nam ſecundùm menſuram fidei noſtræ, & piæ quæ illam comitatur, fiduciæ in Deum, miſericordiæ ſuæ beneficia nobis impertitur, & animæ ſalutem, immò & corporis ſanitatem, quatenus æternæ ſaluti noſtræ expedit. *Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi.* De actibus Fidei frequenter eliciendis vide *Lib. 4. Theologiæ noſtræ Dogm. & Moral. Cap. 2. Art. 8. Regulis 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

II. Deo gratias agamus ob noſtram ex Gentibus vocationem, quæ à Prophetis primùm, deinde à Chriſto
*Hebr. 11. 9.* Jeſu prædicta, per meritum paſſionis ejus, & per gratiæ ejus virtutem impleta eſt, & quotidie in Gentibus impletur. Veri ſimus Iſraëlitæ ſecundùm ſpiritum, ut Evangelicus ille Centurio; Fide obediamus Deo, in hoc mundo vivamus tanquam in terra aliena, expectantes repromiſſiones æternæ hereditatis; ut cum ſanctis illis Patriarchis in Regno cælorum recumbamus. Timeamus, ne ſi dignè non vivamus Chriſtiana fide, gratia noſtra juſto Dei judicio ad alias Gentes transferatur, illiſque in ſortem noſtram à Deo ſubſtitutis, eji-
*Rom. 11. 2. 11.* ciamur à Regno Dei. *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Dices, *Fracti ſunt rami ut ego inſerar. Bene: propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas. Noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat.*





## FERIA VI. POST CINERES.

*Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cælis eſt.* Matth. 5. 44. 45.

CHriſtianâ Diſciplinâ jubemur diligere inimicos *Tertull. lib.*
quoque, & orare pro eis qui nos perſequuntur, *Ad Scapulam.*
*Ut hæc ſit perfecta & propria bonitas noſtra, non communis. Amicos enim diligere, omnium eſt: inimicos autem, ſolorum Chriſtianorum.* Hoc manda- *S. Auguſt.*
tum novum, quod nos innovat ut ſimus homines no- *Tract. 12. in*
vi, heredes teſtamenti novi, cantatores cantici novi. *Joan.*
Ad inimicorum dilectionem tria movere nos debent. 1. Auctoritas Dei jubentis: *Ego autem dico vobis.* 2. Magnitudo præmii: *Ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cælis eſt.* 3. Efficacia exempli. Exemplum ſcilicet dilectionis inimicorum dat nobis Pater æternus, *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* Exemplum dedit nobis Chriſtus, qui pro nobis mortuus eſt, & per mortem ſuam
nos reconciliavit Deo *cùm inimici eſſemus*: & pro *Rom. 5.*
crucifixoribus ſuis rogavit, dicens: *Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt.* Vide lib. 4. *Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 3. Art. 11. Regulâ 9.*

1. Deus cujus mandata gravia non ſunt, Chriſtus cujus jugum ſuave eſt & onus leve, jubet ut inimicos diligamus. Deus per Jeremiam Prophetam exemplo obedientiæ Rechabitarum præcepta patris ſui, licèt dura, ſtudioſè ſervantium, expoſtulat de pertinaci Judæorum inobedientia adverſus divina ſua præcepta. *Et poſui coram filiis domûs Rechabitarum ſcyphos plenos vi-*

*no, & calices: & dixi ad eos: Bibite vinum. Qui reſponderunt: Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab pater noſter, præcepit nobis: Non bibetis vinum vos & filii veſtri uſque in ſempiternum, & domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, ut vivatis diebus multis ſuper faciem terræ in qua vos peregrinamini. Obedivimus ergo voci Jonadab patris noſtri in omnibus quæ præcepit nobis &c. Et factum eſt verbum Domini ad Jeremiam, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſraël: Vade, & dic viris Juda & habitatoribus Jeruſalem: Numquid non recipietis diſciplinam ut obediatis verbis meis, dicit Dominus? Prævaluerunt ſermones Jonadab filii Rechab, quos præcepit filiis ſuis, ut non biberent vinum: & non biberunt uſque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: Ego autem locutus ſum ad vos, de mane conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi &c.* Præcipit nobis Deus pater noſter (*Numquid* enim *non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creavit te?*) præcepit nobis Chriſtus Jeſus Dominus noſter dilectionem inimicorum; *Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros.* Numquid præcepto Patris noſtri, Dei noſtri, Salvatoris noſtri non obediemus? Maximè cùm tantùm tamque glorioſum præmium nobis proponat, ſcilicet dignitatem filiorum Dei, & quæ conſequens, cæleſtem hereditatem, vitam æternam & beatam. *Ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cælis eſt.* In poteſtate noſtra eſt ut filii Dei nominemur & ſimus, per gratiam & miſericordiam Chriſti, qui dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri. Non poſſumus eſſe filii Dei niſi per gratiam & cari-

1. Joan. 3. 10. tatem. *In hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non eſt juſtus, non eſt ex Deo, &*

S. Auguſt. *qui non diligit fratrem ſuum.* Solâ dilectio diſcernit



inter filios Dei, & filios diaboli: porrò cùm inimicos diligimus, fratres diligimus. Vide *Theolog. Dogmat. & Moral.* loco ſuperius indicato. Filii Dei eſſe non poſſumus, niſi nobis peccata dimittantur à Deo: peccatorum autem remiſſionem obtinere non poſſumus, niſi inimicos diligamus, illiſque condonemus injurias; injuriarum condonatio, conditio eſt adjecta poſtulationi veniæ. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos*

Matth. 6. 14. Luc. 6. 37. Matth. 18. 35.

*dimittimus debitoribus noſtris.* Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 5. Cap. 2. Art. 8.* N. 16. & ſeqq. *Dimittite, & dimittemini... Si dimiſeritis peccata hominibus, dimittet vobis Pater peccata veſtra... Sic faciet Pater veſter cæleſtis, ſi non dimiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.* Nullum ſacrificium acceptum ſine injuriarum remiſſione. *Si offers munus tuum ad Altare,* inquit Chriſtus, *& ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid adver-* Matth. 5. 23. *ſum te, relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Ad ſacrificium cum diſſenſione venientem revocat ab Altari: quia nec ad Cain & ejus munera reſpexit Deus: neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem non habebat. Quam igitur ſibi pacem promittunt inimici fratrum! Eorum oratio fit in peccatum, ſententiam damnationis in ſe ipſos pronuntiant. Sine inimicorum dilectione nec Martyrium prodeſſe poteſt *inexplicabilis* S. Cyprianus. *& gravis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur. Exhibere ſe non poteſt Martyrem, qui fraternam non tenuit caritatem.* Docet hoc & conteſtatur Apoſtolus Paulus: *Et ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Caritas patiens eſt, benigna eſt, non irritatur, non cogitat malum, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Terribile exemplum in Hiſtoria Eccleſiæ legimus. Sapricius Antiochenus Preſby-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ter Nicephori ex amico factus eſt inimicus infenſiſſimus. Nicephorus interpoſitis communibus amicis, veniam fruſtra deprecatus eſt, fruſtra ſe ad pedes Sapricii abjecit, veniam enixè rogans. Valeriano & Gallieno Impp: perſecutionem adverſùs Eccleſiam moventibus, Sapricius à Præſide ob fidem captus, Chriſti nomen conſtanter confeſſus, acerbéque & crudeliter in cochlea tortus, tandémque capite damnatus eſt. Properantem ad ſupplicium ſequitur Nicephorus; ad pedes ejus ſupplex provolvitur, dicens: *Martyr Chriſti, ignoſce mihi, ſi quid peccavi ut homo.* Rogantem ſprevit Sapricius; ideo juſto Dei judicio gratiâ perſeverantiæ privatus eſt, & fraterno odio excæcatus, parato jam Lictore ut illi caput amputaret, Chriſtum ejuravit, idolis ſacrificavit, Martyrii coronam amiſit. Id cùm vidiſſet Nicephorus, fruſtráque Sapricium ad Chriſti confeſſionem & ad caritatem hortatus eſſet, magnâ voce clamavit: *Ego ſum Chriſtianus, & credo in nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem iſte negavit.* Quamobrem juſſu Præſidis capite truncatus, Martyrii coronam promeritus eſt, à qua Sapricius in odio fraterno pertinax exciderat. In Menæis Græcorum hoc ſancti Martyris encomium habetur. *Manifeſtè omnibus oſtendiſti, ô invicte Nicephore, eum qui proximum non amat, neque Dominum poſſe diligere. Quapropter quia ſincero amore complexus es Sapricium conſervùm tuum, ad divinum alacris aſſumptus es amorem, animamque tuam ob fidem confeſſionemque Chriſti dediſti. Infelix verò Sapricius, quia irreconciliabile adversùs te odium detinuit, etiam Chriſtum Deum negavit.*

*Acta geminæ Martyrii S. Nicephori Antiocheni, apud Bollandum, ad diem 9. Februarii.*

II. Ad inimicorum dilectionem Dei & Chriſti Jeſu filii ejus Domini & Salvatoris noſtri exempla nos invitant. *Eſtote ergo perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Sic perfectos dixit fieri Dei filios, ſic conſummari oſtendit & docuit cæleſti nativitate*

*S. Cyprian. De bono patientiæ.*



*te reparatos, ſi patientia Dei Patris maneat in nobis, ſi ſimilitudo divina, quam peccato Adam perdiderat, manifeſtetur & luceat in actibus noſtris. Quæ gloria eſt ſimilem Deo fieri? quanta & qualis felicitas habere in virtutibus, quod divinis laudibus poſſit æquari? Nec hoc Jeſus Chriſtus Deus & Dominus noſter tantùm verbis docuit, ſed implevit & factis. Et quia ad hoc deſcendiſſe ſe dixerat, ut voluntatem Patris faceret: inter cætera admirabilia virtutum ſuarum, quibus indicia divinæ Majeſtatis expreſſit, paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore ſervavit: Omnes denique actus ejus ab ipſo ſtatim adventu patientia comite ſignantur.*

III. De Remediis adverſùs iram, legè *Lib. 3. Theolog. Dog. & Moral. Cap. 10. Art. 5.* Vindicta aut vindictæ libido ſemper malæ ſunt: proindeque inimicos ulciſci numquam licet: injurias illatas condonare, ſemper & ubique neceſſe eſt (*Ibid. Art. 2. Regulâ 7.*) Qui proximos oderunt, & ab illis diſſident, Sacramentaliter abſolvi non poſſunt, & ad Euchariſtiæ participationem admitti, niſi depoſitis inimicitiis, cum ipſis reconciliati fuerunt. *Cap. 9. ejuſdem Libri, Art. 5. Regulâ 2.* Duo inimici, unus apertus, alter occultus; unus diligendus, alter cavendus. Homo inimicus apertè ſævit, diabolus, occultè: ſæviat homo quantùm poteſt, auferat quicquid poteſt: *Si diligitur apertè ſæviens, victus eſt occultè ſæviens.* (Vide *Lib. 4. Cap. 3. Art. 11. Regulâ 14.*)

*S. August. in Pſal. 54.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

*Ductus eſt Jeſus in deſertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo; & cùm jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.* Matth. 4. 1. 2.

MUltiplex acceptio vocis iſtius *Tentatio*... Gratiæ quotidianum adjutorium ad tentationes vincendas neceſſarium... ( *Lib. 5. Cap. 2. Art. 9. N. 1. & 2.* ) Quo ſenſu Deo ſupplicamus ne nos inducat in tentationem? ( *Ibidem, n. 3.* ) Nullus hoſtis metuendus extrinſecùs, ſi nos ipſos intus vincamus. ( *Ibid.* ) Deum oramus ne gratiam ſuam nobis ſubtrahat; ne tentatione vinci nos permittat. ( *Ibid. n. 4.* ) Ad hanc precationem frequentandam humana fragilitas nos invitat. ( *Ibid. n. 5.* ) Diabolus cupiditatibus noſtris utitur ut cor expugnet. ( *Ibid.* ) Triplex tentatio, quam Chriſtus in deſerto ſuſtinuit, ut nobis vicendi vires, vincendi formam tribueret. ( *Ibid. n. 6.* ) Duo ſunt quæ homines in peccata illiciunt, voluptas & dolor. ( *Ibid.* ) Hoſtis noſtri, ſeu diaboli tentatoris nequitia. ( *Ibid. n. 7.* ) Cur diabolus non ita tentet impios? ( *Ibid.* ) Perculoſiores tentationes, quibus occultè & per cuniculos corda piorum pulſat ( *n. 8.* ) Diabolus minùs perfectos de levioribus peccatis tentat, ut ſenſim ad graviora pertrahat. ( *Ibid.* ) Toleranda, non amanda tentatio... Tentationes utiles excitandæ vigilantiæ, domandæ ſuperbiæ. ( *Ibid. n. 9.* ) Tentationibus reſiſtendum... Chriſtus diabolum nobis vicit... Diabolus cor noſtrum non expugnat, niſi voluerimus. ( *Ibid.* ) Tentationes ſpectari poſſunt triplici reſpectu, vel ex parte Dei qui nos tentari permittit: vel ex parte diaboli qui tentationes immittit: vel ex parte cordis noſtri, quod tentatio-



nes patitur. Ex parte Dei ſi ſpectentur, utiles nobis ſunt. Ex parte diaboli ſi conſiderentur, omnes periculoſæ ſunt. Ex parte cordis noſtri, quandoque utiles, quandoque noxiæ ſunt, prout illis reſiſtimus, vel conſentimus. Satan & propter crudelitatem leo dicitur, & propter multiformis aſtutiæ varietatem non incongruè tygris vocatur. Modò enim ſe, ſicut eſt perditus, humanis ſenſibus objicit, modò quaſi angelum lucis oſtendit. Modò ſtultorum mentibus blandiendo perſuadet, modò ad culpam terrendo pertrahit. Modò ſuadere vitia apertè nititur, modò ſuis in ſuggeſtionibus ſub virtutis ſpecie palliatur. Hæc itaque bellua quæ tanta varietate reſpergitur, jure tygris vocatur. Quæ apud LXX Interpretes myrmicoleon dicitur: quod videlicet animal abſconſum pulvere, formicas frumenta geſtantes interficit; quia nimirum apoſtata angelus in terram de cælis projectus, juſtorum mentes, quæ bonorum ſibi operum refectionem præparant, in ipſo actionis itinere obſidet: *Cumque eas per inſidias ſuperat, quaſi formicas frumenta geſtantes improviſus necat.* Rectè autem myrmicoleon, id eſt, leo & formica dicitur: formicis enim leo eſt, volatilibus formica: quia nimirum *Antiquus hoſtis ſicut contra conſentientes fortis eſt, ita contra reſiſtentes debilis. Si enim ejus ſuggeſtionibus aſſenſus præbetur, quaſi leo tolerari nequaquam poteſt: ſi autem reſiſtitur, quaſi formica atteritur. Aliis ergo leo eſt, aliis formica: quia crudelitatem illius carnales mentes vix tolerant, ſpiritales verò infirmitatem illius pede virtutis calcant.*

S. Gregor. M. lib. 5. Moral. C. 17.

De diaboli artibus, & de modo ipſum vincendi, præclarè S. Cyprianus libro *De Unitate Eccleſiæ Catholicæ* ſcribit: *Plus metuendus eſt & cavendus inimicus, cùm latenter obrepit, cùm per pacis imaginem fallens, occultis acceſſibus ſerpit, unde & nomen ſerpentis accepit. Ea eſt ejus ſemper aſtutia; ea eſt circumveniendi hominis cæca & latebroſa fallacia: ſic ab*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*initio ſtatim mundi feſellit, & verbis fallentibus blandiens, rudes animas incauta credulitate decepit: ſic Dominum ipſum tentare conatus, quaſi obreperet rurſus & falleret, latenter acceſſit, intellectus tamen eſt & retuſus, & ideo proſtratus, quia agnitus atque detectus. Unde nobis exemplum datum eſt veteris hominis viam fugere, veſtigiis Chriſti vincentis inſiſtere; ne denuo incauti in mortis laqueum revolvamur, ſed ad periculum providi accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem potiri quomodo poſſumus, niſi ea quibus mors expugnatur & vincitur, Chriſti mandata ſervemus?*

T. Livius lib. 27. Hiſtor.

Cùm Romani ab Annibale victi eſſent, Marcellus belli Dux concionem adeo vehementem apud Milites habuit, ut prælio per diem totam infeliciter tolerato, triſtior iis irati Ducis oratio eſſet. Clamor inde ortus, ut veniam ejus diei daret; ubi vellet deinde experiretur Militum ſuorum animos. *Ego verò experiar*, (inquit) *Milites: & vos craſtina die in aciem educam, ut victores potiùs quàm victi veniam impetretis, quam petitis.* Multoties à diabolo victi, Chriſtum Ducem noſtrum ad iram provocavimus. Veniam poſtulamus ignaviæ ac infidelitatis noſtræ. Annuit miſericors Redemptor, ſed ea conditione ut hoſtem vincamus, ut victoribus ignoſcat & gratiam faciat. Ideo nos denuo tentari permittit, ut contra diabolum fortiùs pugnemus, illumque vincendo, veniam præteriti temporis obtineamus.

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Ductus eſt Jeſus in deſertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo; & cùm jejunaſſet, &c.*

HOdie Præcones pacis Chriſto jubente bellum denuntiant, omneſque Chriſtianos, ſine ullo ſexus, ætatis, aut conditionis diſcrimine ſub ejus vexillo con-



gregant, contra diabolum communem hoſtem pugnaturos. *Canite tuba in Sion, ſanctificate jejunium, vocate cœtum, congregate populum.* Joël 2.15. Chriſtus locum certaminis adverſùs dæmonem à ſe committendi eligit Palæſtinæ deſertum. Arma ad pugnandum eligit validiſſima, jejunium & verbum Dei: Victoriam de hoſte reportat plenam omnique ex parte abſolutam. Verùm & nos exemplo ſuo ad pugnandum & vincendum provocat & accendit Dominus noſter. *Hodie Chriſtus Rex noſter commilitones ſuos de Evangelico allocutus eſt Tribunali, indixit hoſtibus bella, promiſit præmia pugnaturis, inimicorum dolos prodidit & conatus, ubi, & quando, & quomodo confligendum ſit, nobis triumphali conſtitutione ſignavit.* S. Petrus Chryſologus. Ex loco, ex tempore, ex modo certaminis, ſeu armorum delectu & uſu, pendet plurimùm victoria. Chriſtus nobis deſignat ubi pugnandum ſit, quando pugnandum, quibus armis, & quomodo pugnandum adverſùs dæmonem. Ubi? In ſolitudine. Quando? Toto vitæ tempore, quæ *militia eſt ſuper terram.* Job. 7.1. Quibus armis? Jejunio & abſtinentia. Et quia ſacrum Quadrageſimæ tempus ſpiritualibus præliis maximè deſtinatum eſt, ſanctificanda eſt Quadrageſima ſolitudinis Chriſtianæ amore, accuratâ jejunii obſervantiâ, cautiore vigilantiâ, fortiorique reſiſtentiâ tentationibus dæmonis.

I. Mundi ſocietates periculoſæ ſemper innocentiæ & ſaluti. Abrahami virtus apud Chaldæos tuta non erat; ideo juſſit illi Deus ut hinc quantocyus egrederetur. Periclitata eſt ſimplicitas Iſaac in ſocietate Iſmaëlis. Loth Sodomis periiſſet, niſi ipſum inde abſtraxiſſet ac eduxiſſet Angelus. Dinæ filiæ Jacob exitiale fuit in publicum prodiiſſe. Parum abfuit ne periret Rex Joſaphat inito fœdere cum impio Joram Rege Iſraël. Zorobabel, aliique Judaici populi proceres, Templum Dei cum idololatris ædificare prudenter recuſârunt. Tobias in captivitate conſtitutus fugiebat conſortia impiorum, ne per-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

verteretur, & contaminaretur. David ſolitudinem op- *Pſal. 54. 8.* tat, ſæculique fugam meditatur. *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.* Spiritus Sanctus jubet ut fugiamus de medio Babylonis, ſi quæ nobis de ſalute anima- *Jerem. 51. 6.* rum noſtrarum cura eſt. *Fugite de medio Babylonis, & ſalvet unuſquiſque animam ſuam.* Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Qui frequentat iniquorum hominum ſocietates, vix ab ipſis non pervertetur. Quot in civitatibus peccati illecebræ, & concupiſcentiæ irrita- *Pſal. 54. 10. 11.* menta ? *Vidi iniquitatem & contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus iniquitas, & labor in medio ejus & injuſtitia : & non* *1. Joan. 5. 19.* *deficit de plateis ejus uſura & dolus . . . Totus mundus in maligno poſitus eſt.* Et, *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ : quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.* *1. Joan. 2. 16. S. Bernard. Serm. 7. de Aſcenſ.* Ibi *Malitiæ plurimum, ſapientiæ modicum, ibi viſcoſa omnia, omnia lubrica, operta tenebris, & obſeſſa laqueis peccatorum : ubi periclitantur animæ, ubi tantum vanitas, & afflictio ſpiritus eſt.* Solitudo igitur locus valde opportunus eſt ad pugnandum contra diabolum. Chriſti ſepulchro ſimilis eſt ſolitudo, quod mortuum *S. Baſilius de Laudibus Eremi.* ſuſcepit & vivum peperit (inquit S. Baſilius.) *Dominicæ ſepulturæ propemodum æmula, quæ peccato mortuos ſuſcipis, & per afflatum Sancti Spiritus Deo reviviſcere facis.* Solitudo *terribile malignis ſpiritibus habitaculum.* Ibi Chriſtianus homo ſe ipſo ſuperior *Thren. 3. 28.* fit, & Deo conjugitur. *Sedebit ſolitarius, & tacebit : quia levavit ſe ſuper ſe.* Ibi Deus loquens ad cor, munit illud & roborat adverſus diaboli ſuggeſtiones. *Du-* *Oſee 2. 14.* *cam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus.* Si graviſſimas in via ſalutis difficultates experiuntur, magnaque impedimenta inveniunt etiam viri ſancti, qui in ſolitudine & ſeceſſu vivunt ; ſi ex mundi commercio ſordes contrahunt & vulnera recipiunt, etiamſi illum non frequentent niſi neceſſitate compellente, aut carita-



te invitante : quàm periculoſi ſunt lapſus, quàm gravia vulnera hominum carnalium & mundanorum, qui tentationibus ſponte ſe exponunt, & ſocietates voluptarias omni tempore, etiam quadrageſimali ſectantur ? *Su-* *Iſai. 32. 13.* *per humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent : quantò magis ſuper omnes domos gaudii civitatis exultantis ?*

II. Jejunii & abſtinentiæ armis, exemplo Chriſti, adverſus diabolum pugnandum eſt. Si adverſus hoſtes corpore & carne conſtantes, nobis pugnandum eſſet, roboranda eſſent corpora noſtra, non debilitanda, ut ipſos vinceremus : verùm cùm adverſus ſpiritus nequam militare debeamus, debilitandum eſt corpus, roborandus verò ſpiritus ad prælium fortiter ſuſtinendum. In hac enim militia, *Cùm infirmor, tunc potens ſum.* *2. Cor. 12. 10.* Saül Rex contra Philiſtæos pugnaturus Exercitum ſuum jejunio præparavit ad pugnam. Jonathas violato jejunio in extremum periculum incurrit. Philiſtæi cæſi ſunt ab Iſraëlitis jejunis. Idem in bellis ſpiritualibus evenit. *Ceciderunt paſtos impaſti, armatos inermes. Hæ erunt* *Tertullian. lib. de jejuniis, Cap. 7.* *vires jejunantium Deo. Cælum pro ejuſmodi militat. Habes formam præſidii etiam ſpiritalibus bellis neceſſariam . . .* De jejunii utilitate, vide *Lib. 4. Cap. 5. Art. 5. §. 1. n. 3.* Jejunii quadrageſimalis rationes. (*Ibid. §. 2. n. 6. verſus finem.*) Quæ ex SS. Patribus explicantur. (*§. 3.*) Jejunii meritum perdunt, qui ciborum ac liquorum delicias, & varia gulæ irritamenta jejunii diebus exquirunt, copioſiuſque prandent ac lautiùs, ut jejunii laborem minuant. (*Art. 7. Regulâ 15.*) Chriſtianum jejunium abſtinentia ab omni voluptate etiam licitâ, à venationibus, ludis, jocis, conviviis commendare debet ; (*Regulâ 16.*) Chriſtianum verè Deoque gratum jejunium non eſt, quod abſtinentia ab omni peccato mortali, & exercitatio in omni virtutum genere non commendat. (*Ibid. Regulâ 17.*) Eleemoſyna Chriſtiani jejunii comes eſſe debet, ut pauperibus ero-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

getur, quod in ſumptus ſecundæ refectionis impenderetur. (*Ibid Regulâ 18.*) Nullius eſt meriti jejunium, ſi Chriſtianus jejunans injurias non dimittit. (*Ibid Regulâ 19.*) Jejunium lorica eſt, quâ anima protegitur. *Operui in jejunio animam meam.* Bonum operimentum (ait S. Ambroſius) quod animam tegit ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur. Gula nudos facit, jejunia operiunt etiam exutos.

*Pſal. 68. 11. Lib. de Elia & Jejunio, Cap. 4.*

III. Tota vitâ pugnandum eſt, quia hoſtem habemus qui nunquam quieſcit, victus certamen repetit: ſuſpectæ piis eſſe debent illius induciæ: pax cum illo nuſquam habenda eſt: donec à tentatione Deus nos eripuerit, & glorificaverit, in æterna pace conſtituens, bellum nobis ſuſtinendum eſt. *Sic curro* (inquiebat S. Paulus) *non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum... Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam.* Athletæ ſumus, legitimè certandum eſt.

*1. Cor. 9.*

*S. Ambr. Lib. de Elia & Jejunio Cap. 21.*

» Multa luctamina ſunt: & qui hodie victus eſt, cras ſe
» reparat. Ante ad bravium contenditur, poſtea ad coro-
» nam. Numquid athleta otio vacat, cùm ſemel dederit
» certamini nomen ſuum? Exercetur quotidie, ungitur
» quotidie. Ipſe cibus ei agoniſticus datur, diſciplina exi-
» gitur, caſtimonia cuſtoditur. Et tu dediſti nomen tuum
» ad agonem Chriſti, ſubſcripſiſti ad competitionem co-
» ronæ: meditare, exercere, ungere oleo lætitiæ. Cibus
» tuus, cibus ſobrietatis ſit, nihil habeat intemperantiæ,
» nihil luxuriæ. Potus tuus parcior, ne quid ebrietatis o-
» brepat: cuſtodi corporis caſtimoniam, ut poſſis eſſe ha-
» bilis ad coronam, ne exiſtimatio tua offendat ſpectatoris
» affectum, ne te fautores tui negligentem videant, & deſe-
» rant. Spectant te Archangeli, & Poteſtates, & Domina-
» tiones, & illa Angelorum decem millia decem millium.
» Sub tantis ſpectatoribus erubeſcere, conſidera quam de-
» decorum ſit. *Confortamini in Domino, & in potentia vir-*

*Epheſ. 6.*



*tutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare.... State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela Nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei) per omnem orationem & obſecrationem, orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes.* Sic enim præcepit Chriſtus: *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.* *Matth. 26. 41.*

---

## FERIA II. POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

*Tunc dicet Rex his qui à dextris erunt: Venite, benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare... Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare.* Matth. 25.

QUi ſpectacula amatis, ad univerſale ſpectaculum concurrite, quod nobis hodiernum Evangelium repræſentat. Quale ſpectaculum jam in proximo eſt adventûs Domini jam indubitati, jam ſuperbi, jam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*Tertull. lib. de Spectacul. cap. ult.*

» triumphantis? Quæ illa exſultatio Angelorum, quæ glo-
» ria reſurgentium ſanctorum? quale Regnum exindè
» juſtorum! qualis civitas nova Jeruſalem? At enim ſu-
» perſunt alia ſpectacula, ille ultimus & perpetuus judi-
» cii dies, ille nationibus inſperatus, ille deriſus, cùm
» tanta ſæculi vetuſtas, & tot ejus nativitates uno igne
» haurientur. Quæ tunc ſpectaculi latitudo? Quid admi-
» rer, quid rideam, ubi gaudeam? Ubi exultem, tot
» ſpectans Reges, qui in cælum recepti nuntiabantur,
» cum ipſo Jove, & ipſis ſuis teſtibus in imis tenebris
» congemiſcentes? Item Præſides perſecutores Dominici
» nominis, ſævioribus quàm ipſi contra Chriſtianos ſæ-
» vierunt flammis inſultantibus liqueſcentes: præterea
» ſapientes illos Philoſophos coram Diſcipulis ſuis unà
» conflagrantibus erubeſcentes, quibus nihil ad Deum
» pertinere ſuadebant, quibus Animas aut nullas, aut non
» in priſtina corpora redituras affirmabant; etiam Poëtas
» non ad Rhadamanti, nec ad Minois, ſed ad inopinati
» Chriſti tribunal palpitantes. Tunc magis Tragœdi au-
» diendi, magis ſcilicet vocales in ſua propria calamita-
» te. Ad eos conſpectum inſatiabilem conferre malim,
» qui in Dominum deſævierunt. Hic eſt ille (dicam) fa-
» bri filius, Sabbati deſtructor, Samarites, & dæmo-
» nium habens. Hic eſt quem à Juda redemiſtis; hic eſt
» ille arundine & colaphis diverberatus, ſputamentis de-
» decoratus, felle & aceto potatus. Hic eſt quem Diſcipuli
» clam ſubripuerunt, ut reſurrexiſſe dicatur... Veniet
» Filius hominis, non ut priùs in infirmitate ſed *in Ma-*
» *jeſtate ſua:* Veniet Angelorum ſuorum ſatellitio ſtipa-
tus ut Rex gloriæ, Dominus Deus exercituum, Rex univerſæ creaturæ; veniet judicaturus qui venit olim judicandus: *Et tunc ſedebit ſuper ſedem Majeſtatis ſuæ.* Veniet Deus ultionum, omnes homines qui olim fuerunt, ſunt, & futuri ſunt, ad tribunal ſuum vocabit, nemine xcepto. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Nunc permixti ſunt boni cum malis, juſti cum im-



piis, prædeſtinati cum reprobis; oves cum hœdis, tametſi noverit Dominus qui ſunt ejus: *Tunc ſeparabit eos ab invicem, ſicut Paſtor ſegregat oves ab hœdis.* In hoc ſæculo ſæpe juſti deſpiciuntur, irridentur, opprobriis afficiuntur, vexantur: contra verò mali ſæpe honoribus & dignitatibus fulgent, divitiis affluunt, rebus proſperis fruuntur. Tunc vice verſa juſti velut oves innocentes à dextris Chriſti Jeſu cum honore collocabuntur; improbi velut hirci fœtidi à ſiniſtris ejus cum opprobrio ſtatuentur. *Et ſtatuet oves quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.* Quis cogitabit diem adventus ejus, aut quis ſtabit ad videndum eum? *Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit.* Qui «
venit occultus, veniet manifeſtus: venit occultus ut an- «
te judicem ſtaret, veniet manifeſtus ut etiam de judici- «
bus judicet. *Veniet Deus noſter, & non ſilebit.* An «
modò ſilet? Unde ergo præcepta, monita, tuba terro- «
ris? Non ſilet, & ſilet: *Non ſilet à monendo, ſilet à* «
*vindicando: non ſilet à præcepto, ſilet à judicio.* Pati- «
tur enim peccatores quotidie mala facientes, Deum non «
curantes, non in conſcientia ſua, non in cælo, non «
in terra: non eum latent hæc omnia, & univerſaliter «
omnes admonet, & quando aliquos flagellat in terra, «
admonitio eſt, nondum damnatio. Silet ergo à judicio, «
occultus in cælo eſt, adhuc interpellans pro nobis: pa- «
tiens eſt ſuper peccatores, non exercens iram, ſed ex- «
ſpectans Pœnitentiam. *Tacui,* inquit, *numquid ſemper* «
*tacebo?* Non tacebit cùm manifeſtè veniet. *Ignis ante* «
*ipſum præcedet, & in circuitu ejus tempeſtas valida.* «
Timemus? Mutemur, & non timebimus. Ignem pa- «
lea timeat: auro quid facit? Nec malè vivendum erat, «
fratres cariſſimi, ſi facere poſſemus ut dies judicii non «
veniret. Si vel ſola peccatoribus immineret ſeparatio «
à facie Dei, in qualibet eſſent affluentia deliciarum, non «
videntes à quo creati ſunt, & ſeparati ab illa dulcedine «
ineffabili vultûs ejus, in qualibet æternitate & impuni- «

*Pſal. 49.*

*S. Auguſt. in hunc Pſalm.*

*Iſa. 42. 14.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

» tate peccati, plangere ſe deberent. Sed quid loquar,
» aut quibus loquar? *Hæc amantibus pœna eſt, non con-*
» *temnentibus.* Qui dulcedinem ſapientiæ & veritatis ut-
» cumque ſentire cœperunt, noverunt quod dico, quan-
» ta pœna ſit tantummodo à facie Dei ſeparari. *Diſce-*
» *dite à me, maledicti.* Qui autem illam dulcedinem non
» guſtaverunt, ſi nondum deſiderant Dei faciem, timeant
» vel ignem, ſupplicia terreant, quem præmia non in-
» vitant? *In ignem æternum.* Vile tibi eſt quod Deus pol-
» licetur, contremiſce quod minatur. *Ignis in conſpectu*
» *ejus exardeſcet.* Non erit iſte ignis foci tui, in quem
» tamen ſi manum mittere cogaris, facis quicquid vo-
» luerit, qui hoc minatur. Minatur inimicus tam leve
» malum, & facis malum: Minatur Deus æternum ma-
» lum, & non facis bonum? Ad malum faciendum nec
» minæ te compellere deberent: à bono faciendo nec mi-
» næ te deterrere deberent. Minis autem Dei, minis æ-
» terni ignis, prohiberis à malo, invitaris ad bonum.
» Unde piger, niſi quia non credis? *Ignis ante ipſum præ-*
» *cedet: & in circuitu ejus tempeſtas valida.* Planè valida
» tempeſtas, ventilatura tam magnam aream. Hac tem-
» peſtate erit illa ventilatio, qua ſeparabitur à ſanctis om-
» ne immundum, à fidelibus omnis ſimulatio, à piis &
» trementibus verbum Dei omnis contemptor & ſuper-
» bus. *Advocabit cælum desurſum, & terram diſcernere*
*populum ſuum.* Cælum vocat perfectos, qui reliquerunt omnia, & Chriſtum ſecuti ſunt: ipſos vocabit ſurſum, ut cum ipſo ſedeant judicaturi duodecim tribus Iſraël. Diſcernet terram, alios ad dexteram ſtatuens, alios ad ſiniſtram. Nihil tunc diſcernet judicandos, niſi opera, ſive bona ſive mala. Non divitiæ, non honores, non dignitates, non poteſtas, non nobilitas; ſed ſola opera. Tunc reprobis, qui potentes & divites in hoc ſæculo fuere, manus inviſibilis in conſcientia exarabit verba illa terribilia, quæ impius Baltaſar exarata vidit in aula convivii; & quæ Daniel Propheta illi interpretatus

Daniel. 5.



tatus eſt; *Mane, Thecel, Phares. Mane: Numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud.* Proſpera omnia habuiſti, dum in mundo viveres: ſed completum eſt ac numeratum proſperitatis tuæ tempus: te manet æterna miſeria, cruciatus ſine fine. *Thecel. Appenſus es in ſtatera, & inventus minus habens.* Opera tua injuſta, infructuoſa, damnatione digna: cogitationes, deſideria, cæterique affectus, verba, facta, appenſa ſunt & diſcuſſa in ſtatera juſtitiæ, & inventa ſunt damnatione digna. *Phares. Diviſum eſt regnum tuum.* Jam vera nobilitas, veræ divitiæ, vera poteſtas, vera & æterna felicitas datur juſtis à te diviſis & ſeparatis, populo benedicto, & per electionem gratiæ diſcreto. *Et terram diſcernere populum ſuum.... Congregate illi ſanctos ejus, & qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.* Congregate, ut in æterna tabernacula recipiantur. Congregate illi juſtos, qui miſericordiæ opera fecerunt, qui compaſſi ſunt inopi, qui intellexerunt ſuper egenum & pauperem: qui cogitant de promiſſis ejus, ſuper illa quæ operantur. Ipſa enim ſunt ſacrificia, Deo dicente: *Miſericordiam volui, & non ſacrificium.*

Dan. 5.

Oſee 6.

II. Ad judicium nos præparemus Chriſtianè vivendo, miſericordiæ opera faciendo, eleemoſynas uberes erogando, ut miſericordiam inveniamus in tempore opportuno. *Judicium* enim *ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam.* Chriſtus in judicio illis quos damnaturus eſt ſolas eleemoſynas negatas; illis quos coronaturus eſt, ſolas eleemoſynas datas imputabit. Vide *S. Auguſt. Serm. 60. aliàs De Tempore 30.* Cap. 10. & *Theolog.* noſtram *Dogmat. & Moral. Lib. 3. Cap. 6. Art. 9. Regulis 5. 6. & 7. Tunc dicet Rex his qui à ſiniſtris erunt: Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum.* Pro qua re? *Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare.* Quid tam vile, quid tam terrenum, quàm frangere panem eſurienti? *Tanti valet regnum cælo-*

Jacobi 2.

S. Auguſt. in Pſal. 44.

*rum.* Sed non habes facultatem frangendi panem eſurienti, non habes domum quò inducas, non habes veſtem quâ cooperias: da calicem aquæ frigidæ, mitte duo minuta in gazophylacium. Tantum emit vidua duobus minutis, quantum emit Petrus relinquens retia, quantum emit Zachæus dando dimidium patrimonium. *Tanti valet, quantum habueris.*

De judicio generali, vide Ideam Concionis Dominicæ 1. Adventûs, & *Theolog. Dogm. & Moral.* Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 7. ad illa verba Symboli Apoſtolici: *Judicaturus eſt vivos & mortuos.* Qui tunc Judex venturus eſt, modò Advocatus eſt. Ad thronum miſericordiæ & gratiæ ejus per pœnitentiam confugiamus. Judicii dies iis tantummodo terribilis, qui ſecuri eſſe bene vivendo nolunt, & malè vivere diu volunt.

---

## FERIA III. POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

*Cùm intraſſet Jeroſolymam, commota eſt univerſa civitas dicens: Quis eſt hic? .... Et intravit Jeſus in Templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in Templo ... & dicit eis: Scriptum eſt, Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Matth. 2. 1.

DUo Dei Judicia Scriptura ſacra commemorat, Judicium occultum, & Judicium manifeſtum. Judicium manifeſtum eſt, quo Dominus judicaturus eſt vivos & mortuos, omnibus fatentibus eum eſſe à quo & bonis præmia, & malis ſupplicia tribuentur. *Occultum judicium eſt pœna quâ nunc unuſquiſque hominum aut exercetur ad purgationem, aut admonetur* S. Auguſt. in Pſal. 1.



*ad converſionem: aut ſi contempſerit vocationem & diſciplinam Dei, excæcatur ad damnationem.* De primo heſternæ diei Evangelica lectio ut tractaremus argumentum dedit: de ſecundo hodierna. Judæi enim qui vocationem & diſciplinam Chriſti contempſerunt, excæcantur ad damnationem: Chriſtum præſentem non agnoſcunt; ejus ingreſſu commoventur, quem deſiderant Patriarchæ & Prophetæ mundi Salvatorem. Interrogant quis ſit, idque diſcunt à turbis Jeſum comitantibus. *Commota eſt univerſa civitas dicens, Quis eſt hic? Populi autem dicebant: Hic eſt Jeſus Propheta à Nazareth.* Hic eſt Jeſus, cujus typi fuere qui hoc nomine ante ipſum inſigniti ſunt: Propheta ille, quem Deus Moyſi promiſit ſe de medio populi ſui ſuſcitaturum; *à Nazareth*, unde aliquid boni oriri non poſſe Deuteron. 18.
Phariſæi exiſtimabant. Sic *cæcitas ex parte in Iſraël* Rom. 11. 25.
*facta eſt, ut plenitudo gentium intraret.* Admonentur verò ad converſionem, qui è Templo ejiciuntur, omnes vendentes & ementes; quibus ait Jeſus: *Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Sunt autem illi. 1. Omnes qui in Clerum & ad Beneficia Eccleſiaſtica ſine legitima vocatione irrepunt. Illi enim cùm non intrent per oſtium, ſed aſcendant aliunde, *Fures ſunt & latrones*, ut Chriſtus docet. Vide *Theolog. Dogm. & Moral. Lib. 2. Tract. de Sacram. Ordinis. Cap. 3. Art. 5. Reg. 18. & Cap. 6. Reg. 4. & 5.* 2. Qui beneficia Eccleſiaſtica & ſacrum Miniſterium vendunt vel emunt, pecuniâ, obſequiis, adulationibus, petitionibus pro ſe ipſis, cum *nulla res Dei, pretio conſtet*; & Chriſti Domini ſententia ſit, quæ nullis Sophiſtarum diſtinctionibus eludi poteſt: *Gratis accepiſtis, gratis date. (Lib. 11. Theol. Dogmat. & Moral. Cap. 7. Art. 2.)* 3. Domum Dei ſpeluncam latronum faciunt omnes Clerici beneficiati, qui redditibus Eccleſiaſticis, quorum diſpenſatores ſunt, non domi- Te coll. Matth. 10.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ti, abutuntur ad luxum, ad ludos, ad voluptates, ad ditandos conſanguineos; aut ad avaritiam ſuam fovendam pecunias ex beneficiis & miniſteriis Eccleſiaſticis provenientes congerunt & recondunt in arcis & ſacculis, aut ex illis augent patrimonium; cùm ad pauperum ſublevandas neceſſitates, aliáque pia opera erogare debeant, quod præter frugalem victum & honeſtum veſtitum, habitâ ratione ſui ordinis & dignitatis, illis ſupereſt... *Bona* enim *Eccleſiæ ſunt vota fidelium, pretia peccatorum, ſtipendia pauperum.* Denique *Quicquid præter neceſſarium victum & ſimplicem veſtitum de Altari retines,* (inquit S. Bernardus ad Clericum ſcribens) *tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.* Vide *Lib. 2. Theolog. Dogm. & Moral. Tract. de Sacramento Ordinis, Cap. 5. Reg. 9.*

*Synodus Pariſ. 6.*
*S. Bernard. Epiſt. 2.*

II. Admonentur rurſus ad converſionem Chriſti Domini voce, qui ad Templa Deo dicata aliâ intentione adeunt, quàm orationis, aut in iis irreligioſè & immodeſtè ſe gerunt, mulieres & viri qui ad ſacra illa loca concurrunt *Propter mutuum videre & videri:* quæ pompam omnem mundi muliebris illuc circumferunt ut Deo corda ſurripiant, ejúſque loco, ſi dicere fas eſt, adorentur. *Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ ut ſimilitudo Templi.* Quid facis, homo? Mulierum ſpeciem curioſiùs in Eccleſia perſcrutaris, nec horreſcis tantâ Dei Templum afficiens contumelia? proſtibulumne tibi videtur Eccleſia, & foro ignobilior? Nam in foro erubeſcis: etiam times ne quis te videat: in Eccleſia verò nec horreſcis, nec paveſcis, nec ſtupes? *Scriptum eſt, Domus mea domus orationis vocabitur: Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* De reverentia Templis debitâ, vide *Lib. 5. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 1. Art. 9. n. 6.* Cum pavore & humilitate ad Templa adeundum eſt. *Pavete ad ſanctuarium meum. Ego Dominus.... Decet Domum Domini ſanctitudo, decet ut cujus in pace factus eſt locus*

*Tertull.*
*Pſal. 143. 12.*
*S. Chryſoſt. Hom. 74. in Matth.*
*Levit. 26. 2.*
*Concil. Ingd. 2. Can. 25.*



*ejus, ſit cultus cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad Eccleſias humilis & devotus ingreſſus, ſit in eis quieta converſatio, Deo grata, inſpicientibus placida, quæ conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed reficiat... ceſſent in illis vana, & multò fortiùs fœda & profana colloquia. Ceſſent confabulationes quælibet. Sint poſtremo quæcumque alia divinum turbare poſſunt officium, aut oculos divinæ Majeſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea: ne ubi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi, &c...* Sed & tempore quo Miſſarum ſolemnia celebrantur, *Non ſolum ab otioſis, & inutilibus verbis, verùm etiam & a pernicioſis cogitationibus funditus abſtinendum eſt.* Lugenda Chriſtianorum in Templis *irreverentia, quæ vix ab impietate ſejuncta eſſe poteſt.* Oculi Dei ſingulari quadam ratione ad Templa ejus nomini dicata ſunt attenti, ut piorum orationes exaudiat, ut irreverentias profanatorum puniat. *Sint oculi tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi, ut exaudias deprecationem ſervi tui & populi tui Iſraël quodcumque oraverint in loco iſto*

*Concil. Turon. an. 813. C. 37. Concil. Trid. ſeſſ. 22.*
*3. Reg. 8.*

---

## FERIA IV. POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

*Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ: & ecce plus quàm Jonas hic.* Matt. 12. 41.

CUm Ninivitarum comparatione judicandi ſint Chriſtiani, qui pœnitentiam non agunt, examinandum eſt utrum pœnitentia noſtra ſimilis ſit illorum pœnitentiæ. Ninivitæ pœnitentiam egerunt ſinceram,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

promptam, ſeveram. Sinceram, quia non verbis ſolùm, ſed operibus pœnitentiam egerunt. *Et convertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum... Et vidit Deus opera eorum, quia converſi ſunt de via ſua mala.* Promptam pœnitentiam egerunt, quia ſtatim atque Jonas clamavit, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur*, crediderunt in Deum, & ſtatim pœnitentiam agere cœperunt. Severam, quia *Prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore uſque ad minorem. Et pervenit verbum ad Regem Ninive, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamavit, & dixit in Ninive ex ore Regis & Principum ejus, dicens: Homines & jumenta, & boves & pecora, nec guſtent quidquam, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.* Jonæ 3. 8. 10.

I. Jonas homo Niniviris incognitus & deſpectus comminatur temporalem calamitatem, everſionem urbis eorum, & ſinceram pœnitentiam agunt: Nobis pœnitentiam prædicat Chriſtus Jeſus, & ſincerè non agimus, verbis dumtaxat pœnitere nos profitemur, non operibus: folia dumtaxat, id eſt, mera verba, non fructus pœnitentiæ facimus: non mutamus opera, nec in novitate vitæ ambulamus, quia cor mutatum non eſt & ſincerè converſum. *Muta cor, & mutabitur opus:* (inquit S. Auguſtinus) pravi affectus, pravi habitus evertantur, virtutes ædificentur. *Evertuntur enim peccatores duobus modis, aut ſicut Sodomitæ, ut pro peccatis ſuis ipſi homines puniantur: aut ſicut Ninivitæ, ut ipſa hominum peccata pœnitendo deſtruantur.* Sic juxta divinam prædictionem, everſa eſt Ninive quæ mala erat, & bona ædificata eſt, quæ non erat. *Stantibus enim mœnibus atque domibus, everſa eſt civitas in perditis moribus.* Chriſtus nobis temporales dumtaxat pœnas non comminatur, ſed æternas. *Niſi pœnitentiam* S. Auguſt. Lib. 21. de Civit. Dei, c. 24. n. 4.



*egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Luc. 13.

II. Jonas ultionis divinæ tempus certum indicavit Ninivitis, *Adhuc quadraginta dies*: & tamen non procraſtinarunt, non diſtulerunt converſionem: & nos de die in diem pœnitentiam differimus, cùm incertum ſit tempus quo nos Deus expectaturus eſt. *Neſcitis diem, neque horam.* Maturanda converſio, ne mors nos intercipiat impœnitentes. *Neſcit homo finem ſuum: ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aves laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo ſupervenerit.* Ninivitæ ſtatim pœnitentiam egerunt, quamvis nullam haberent veniæ ſecuritatem. *Quis ſcit ſi convertatur & ignoſcat Deus, & revertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus?* Nos verò pœnitentiam ſtatim agere dubitamus, quamvis Deus veniam promittat pœnitentibus. *Vivo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius à via ſua, & vivat. Convertimini, convertimini à viis veſtris peſſimis, & quare moriemini, domus Iſraël? ... Si dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque judicium & juſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injuſtum, vitâ vivet, & non morietur. Heu,* (exclamat Auguſtinus pœnitens) *Differebam de die in diem vivere in te*, Deus meus! *& non differebam quotidie in memetipſo mori.* Eccleſiaſt. 9. 12. Jonæ 3. 9. Ezech. 33. In Confeſſ.

III. Ninivitæ ſeveram pœnitentiam egerunt. Chriſtiani pœnitentiæ ſeveritatem detrectant; quamvis graviora ſint illorum quàm Ninivitarum peccata. Vide *Lib. 3. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 4. Art. unico, Regulâ 54.* De pœnitentiæ ſeveritate, ſeu ſatisfactionis proportione cum gravitate peccatorum, vide *Lib. 2. Tract. De Pœnitentia, Cap. 6. Art. 6. Regulis 3. 6. & 17.*

Duplex impœnitentiæ cauſa in pleriſque peccatori-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

bus, prima, quòd divinam Legem ut regulam vitæ ſuæ ſequi nolint, ſed propriam in omnibus voluntatem, *Volumus.* Secunda, quòd ſenſus ſuos, cæcamque rationem, non Dei revelantis auctoritatem, ſummam veritatem, verbum, fidem, ut regulam credendorum ſequi velint. *Volumus à te ſignum videre.* Utrumque pravum omnino eſt. In quocumque voluntatis ſuæ arbitrio ſtare, periculoſum eſt, ait S. Baſilius: cùm Dominus dixerit: *Non veni ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me.* Hinc David pœnitens ait: *Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ*, non meam voluntatem. Non eſt æquum ut voluntas Dei ad noſtram, quæ prava eſt, detorqueatur, ſed ut noſtra ad divinam, quæ Regula eſt, corrigatur. *In circuitu impii ambulant:* Propria enim ipſorum voluntas omnium quæ operantur & principium & finis eſt. *Væ homini qui ſequitur hunc circuitum, qui numquam à propria voluntate recedit.* Væ iterum carnali homini, qui ſenſibus, & rationi ita addictus eſt, ut credere nolit quæ non capit, & Dei teſtimonia nimis credibilia reſpuens, toto mundo credente ſignum adhuc quærit. *Volumus à te ſignum videre.* Magna hæc pœnitentiæ impedimenta ſunt, quæ cum fide, & propriæ voluntatis perfecta ſubjectione divinæ voluntatis & legis imperio, conjuncta ſit neceſſe eſt.

*S. Baſil. Interrog. [illegible]* — *Pſal. 11.* — *S. Bernard. Serm. [illegible] in Pſalm. 90.*



## FERIA V. POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

*Egreſſus Jeſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis; & ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamavit, dicens ei: Miſerere mei Domine, fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur.* Matth. 15.

NEceſſitas orationis ad gratiam impetrandam, neceſſitas gratiæ ad orationem fundendam, Catholicæ Fidei dogmata ſunt. *Effundam* (inquit Deus) *ſuper domum David, Spiritum gratiæ & precum ... Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram* (inquit Apoſtolus) *nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret Spiritus, quoniam ſecundùm Deum poſtulat pro Sanctis.* Oratio clariſſima eſt gratiæ teſtificatio. Quid enim ſtultius quàm orare ut accipias quod in poteſtate habeas? Deſiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ eſt: de quo Propheta: *Et dixi, Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelſi.* Et, *A Domino greſſus hominis dirigentur, & viam ejus volet.* Quid eſt autem oratio, niſi pium deſiderium? Primam quidem gratiam Deus dat etiam non orantibus, ſed aliarum ſeriem gratiarum, ut victoriam tentationum, devitationem peccati, operationem boni, perſeverantiam, non tribuit niſi orantibus. Sunt qui propterea vel non orant, vel frigidè orant, quoniam Domino dicente didicerunt, ſcire Deum quid nobis neceſſarium ſit, priùs quàm petamus ab eo. Num propter tales hujus ſententiæ veritas deſerenda, aut ex Evangelio delenda putabitur? Immò cùm conſtet alia

*Zachar. 12. 10.* — *Rom. 8.* — *S. Auguſt. [illegible]* — *S. Auguſt. lib. de Dono Perſev. Cap. [illegible]*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Deum, danda etiam non orantibus, ſicut initium fidei, alia nonniſi orantibus præparaſſe, ſicut uſque in finem perſeverantiam: profectò qui ex ſe ipſo hanc ſe habere putat, non orat ut habeat.* Ut quid igitur oramus ut fiat voluntas Dei ſicut in cælo & in terra; ne inducamur in tentationem, ut liberemur à malo; *Ut quid* (inquam) *iſta orando tanta gemitu petimus, ſi volentis hominis & currentis, non miſerentis eſt Dei? Non quia hoc ſine voluntate noſtra agitur, ſed quia voluntas non implet quod agit, niſi divinitus adjuvetur. Hæc eſt fidei ſanitas, quæ nos facit quærere ut inveniamus, petere ut accipiamus, pulſare ut aperiatur nobis. Contra ipſam qui diſputat, contra ſe ipſum claudit oſtium miſericordiæ Dei.* De neceſſitate orationis non agam impræſentiarum; ſed de conditionibus orationis, quarum aliæ orantem ſpectant, aliæ res quæ in oratione petuntur; aliæ modum orandi. Ideo enim ſæpe non exaudiuntur orantes, vel quia mali petunt; vel quia mala petunt; vel quia bona malè petunt.

S. Auguſt. Lib. de Perſeverantia, Cap. 7.

I. Quod primum ſpectat, peccatorum in ſuis peccatis perſeverantium non exauditur oratio. Immò oratio ipſa fit in peccatum, niſi ante orationem peccati deponatur affectus. Vide *Lib. 5. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 1. Art. 5. n. 2. & 4.* Hoc & Cananeæ docet exemplum, quæ jam idolorum ſuorum cultum reliquerat, jam in Deum & Chriſtum Jeſum credebat, cùm oravit. *Ecce mulier Cananæa à finibus illis egreſſa, clamavit dicens ei: Miſerere mei Domine, fili*
» *David.* Niſi ex finibus illis exiviſſet, ad Jeſum clama-
» re ex magna fide non potuiſſet. Pro fidei portione
» egreditur quis ex finibus Gentium. Ac cenſendum qui-
» dem eſt unumquemque noſtrûm, dum peccat, verſari
» in finibus Tyri, vel Sidonis, vel Ægypti, vel alicujus
» ex iis qui ſunt extra hereditatis Dei diſtributionem;
» migrantem verò à vitio ad virtutem, exire è vitiorum
» finibus, ad fines verò partis Dei pervenire. *Chariſſimi,*

Origenes in Matth. Vide Hom.

1. Joan. 3.



(inquit dilectus Chriſti Diſcipulus) *ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo facimus.*

II. Secundùm quod attinet, à Deo petenda non ſunt in oratione, niſi quæ Deo ſunt digna, ejus gloria, converſio, ſaluſque noſtra, gratia & virtutes, fidei, ſpei, & caritatis augmentum, victoria tentationum, perſeverantia, gloria æterna, quæ Deus ipſe eſt: bona verò temporalia non primariò ac præcipuè, ſeu propter ſe, ſed ſub conditione petenda, ſi Deus ad ſalutem nobis expedire judicet. Caſtus & purus amor nihil à Deo petit præter ipſum, & quæ nos cum ipſo conjungunt. Vide *Lib. 5. Theolog. Dogm. & Moral. Cap. 2. Art. 6.* Mulier Cananæa nobis exemplum dat petendi quæ Deo digna ſunt, orat enim ut filia ejus à dæmonis vexatione liberetur; miſericordiam orat: *Miſerere mei, Domine, fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur.* Malè uſurus eo quod vult accipere, Deo potiùs miſerante non accipit. Proinde *Si hoc ab illo petimus, unde homo lædatur exauditus, magis metuendum eſt, ne quod poſſet non dare propitius, det iratus.*

S. Auguſt. Tract. 73. in Joannem.

III. Non ſolùm autem bona petenda ſunt, ſed benè & dignè Deo; ſcilicet. 1. Cum fide & ſancta fiducia impetrandi, ut Cananæa. *O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis &c. Fides fundit orationem, fuſa oratio etiam ipſi fidei impetrat firmitatem .... Fides fons orationis, nec poteſt ire rivus, ubi caput aquæ ſiccatur.* Qui igitur vult à Deo exaudiri, *Poſtulet in fide nihil hæſitans.* Patrem credentium imitetur, qui *in repromiſſione Dei non hæſitavit diffidentiâ, ſed confortatus eſt fide.*

S. Auguſt. Serm. 115. alias 36. de Verbis Dom.

Jacobi 1.

Rom. 4.

2. Orandum cum humilitate, ut Cananæa, quæ à Chriſto duriùs excepta, & canis appellata, ſe humiliavit in conſpectu ejus, & humilitate exaudiri meruit. *At illa dixit: Etiam Domine, nam & catelli edunt de*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*micis quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum.* Suſcepit convitium, & meruit beneficium. *Mulier Cananæa,* id eſt, ut Origenes interpretatur, *Ad humilitatem parata.* Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 5. Cap. 2. Art. 9. n. 2.*

3. Perſeveranter orandum, exemplo Cananeæ, quæ à Chriſto repudiata propiùs accedit, clamat fortiùs, inſtat ardentiùs. Vide *Ibidem n. 4.* Differt ſæpe Deus dare quod petimus, ut deſiderium noſtrum & amorem magis accendat, ut ſpem probet, ut acceptum denique majori diligentiâ cuſtodiamus. Dei ſilentium in juſtorum oratione, ſæpe diſſimulatio eſt amantis, ſi ita loqui fas eſt, non indignatio fugientis. *Revertere,* *Cantic. 3. S. Bernard. Serm. 74. in Cant.* *dilecte mi,* (inquit Sponſa) *Subtraxit ſe, quo avidiùs revocaretur, teneretur fortiùs.* Nam & aliquando ſimulabat ſe longiùs ire, non quia hoc volebat, ſed volebat audire: *Mane nobiſcum Domine, quoniam adveſperaſcit.* *Luc. 24.* Et rurſum alia vice ſuper mare ambulans, cùm Apoſtoli navigarent & laborarent in remigando, *Quaſi volens præterire eos,* *Marc. 6.* ne tunc quidem iſtud volebat, ſed magis *probare fidem, & elicere precem... Præteriens teneri vult, abiens revocari.*

---

## FERIA VI. POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

*Eſt autem Jeroſolymis probatica piſcina, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum,* &c. Joan. 5.

PRobatica piſcina Sacramenti Pœnitentiæ figura eſt, quod Chriſtus in Eccleſia inſtituit. Lavacrum eſt



multò excellentius piſcinâ illâ veteri; ſiquidem non ex aquis fontis alicujus vulgaris & terreni, ſed ex Chriſti ſanguine pro peccatoribus in Cruce effuſo, & cæleſtibus aquis Gratiæ ipſius conſtat, ad peccatorum noſtrorum emundationem deſtinatis. *Sanguis Chriſti, qui* *Hebr. 9. 14.* *per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi.* De Pœnitentiæ Sacramento, lege *Lib. 2. Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. de Sacramento Pœnitentiæ Cap. 1. Art. 5.* Sanguis Chriſti tam potens eſt ad lavacrum, tam dives ad pretium, ut non ſolùm in Baptiſmo, ſed & in Pœnitentiæ Sacramento virtus ejus ſuperabundans ſit ad multorum abluenda & exhaurienda peccata, nec unquam exhauriatur. Piſcina probatica erat tantùm Jeroſolymis: Piſcina Pœnitentiæ in Eccleſia Catholica toto orbe diffuſa. *Quia ſinguli cœtus Hæreticorum ſe potiſſimùm* *Lactantius Lib. 4. de falſ. Relig. C. 30.* *Chriſtianos, & ſuam eſſe Eccleſiam Catholicam putant, ſciendum eſt illam eſſe veram, in qua eſt Confeſſio & Pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus ſubjecta eſt fragilitas carnis, ſalubriter curat.*

In hac ſalutari Piſcina ſanantur omnis generis ægroti, *Multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum:* Peccata infirmitatis, ignorantiæ, malitiæ remittuntur. Hac in piſcina lavantur oves Chriſti, ut in Feſto die offerri Deo poſſint, cum Agno illo immaculato, & Sacrificii ejus participes eſſe. *Lavamini,* *Iſai. 1.* *mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere... Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur..... In die illa erit fons patens domui* *Zachar. 13.* *David, & habitantibus Jeruſalem, in ablutionem peccatoris.*

Piſcina probatica certo duntaxat tempore languidos ſanabat, cùm ſcilicet Angelus Domini deſcendens movebat aquam. *Angelus autem Domini deſcendebat ſe-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*cundum tempus in Piſcinam, & movebatur aqua.* Piſcina Pœnitentiæ omni tempore ſanctificat & ſanat peccatores, quia omni tempore aquas ejus movet *Magni conſilii Angelus*, perennémque tribuit illis virtutem ex vulneribus ſuis derivatam. *Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die converſus fuerit ab impietate ſua.* Ezech. 33. 12.

Piſcina probatica unum duntaxat ægrotum ſanabat, *Qui prior deſcendiſſet in eam poſt motionem aquæ.* Piſcina Pœnitentiæ omnes generatim qui ad Sacramentum cum debitis diſpoſitionibus accedunt. Non ſolùm invitat, ſed præcipit Deus ut in piſcinam deſcendamus, veniam peccatorum verè Pœnitentibus pollicetur. Non præcipit tantùm, ſed etiam hortatur. *Invitat præmio, ſalute; jurans etiam: Vivo, dicens, cupit credi ſibi. O beatos nos, quorum cauſâ Deus jurat! O miſerrimos, ſi nec juranti Domino credimus.* Tertull. lib. de Pœnit. Cap. 4.

Secundùm Animam Paralytici ſumus, cæci, aridi, languidi: propriis viribus deſcendere non poſſumus in piſcinam pœnitentiæ, ſed tamen inexcuſabiles ſumus ſi non deſcendamus, nec à peccatis ſanemur, quantumcumque inveterata ſit & gravis infirmitas. Non poſſumus quippe dicere ut paralyticus ille triginta & octo annos habens in infirmitate: *Hominem non habeo:* Præſto enim ſemper nobis eſt Chriſtus Deus homo, qui & homines Sacerdotii ſui Miniſtros conſtituit, qui nos in piſcinam mittant. *Dedit nobis miniſterium reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.* 2. Cor. 5. Seligite hominem conſcientiæ moderatorem, qui vos mittat in piſcinam opportuno tempore, cùm debitas diſpoſitiones ad Sacramenti virtutem fructúmque recipiendum in vobis agnoverit.

1. Prima diſpoſitio eſt ſincera voluntas deſerendi peccatum; voluntas non infirma, ſed magna & efficax; non imperfecta, ſed abſoluta & valida, quæ ſit *Idonea expu-* S. Auguſt.



*gnare priorem vetuſtate roboratam.* Non voluntas *Similis conatibus expergiſci volentium, qui tamen ſoporis altitudine remerguntur*, qualem in ſe ipſo experiebatur ante converſionem ſuam Auguſtinus. *Ego eram qui volebam*, inquit; *ego qui nolebam: nec plenè volebam, nec plenè nolebam, ideo mecum contendebam, & diſſipabar à me ipſo.* Hanc diſpoſitionem in paralytico noſtro, quatenus figura erat peccatoris, Chriſtus poſtulat. *Vis ſanus fieri?*

2. Secunda diſpoſitio eſt inchoatio novæ vitæ, quæ agnoſcitur in pœnitente, ſi dignos fructus pœnitentiæ faciat, ſi peccandi occaſiones procul à ſe removeat, ſi in bonis operibus ſe exerceat, ſi ambulet in via mandatorum Dei. *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat.*

3. Tertia conditio eſt, ut firma ſit, ſtabilis & conſtans, non deſultoria converſio. Subitus namque & frequens in gravia peccata relapſus, ſeu alternæ pœnitentiarum & relapſuum in eadem peccata vices, dubiam & ſuſpectam meritò reddunt converſionem, ut qui in eo ſunt ſtatu, non ſtatim abſolui debeant à Confeſſariis, ſed poſtquam ſinceritatem converſionis ex fructibus agnoverint. *Poſtea invenit eum Jeſus in Templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Vide *Lib. 2. Theol. Dogm. & Moral. Tract. de Sacram. Pœnit. Cap. 7. Art. 3. Regulis 1. & 21.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

*Aſſumpſit Jeſus Petrum & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos.* Matth. 17. 1.

CUm Chriſtus paſſionem ſuam Diſcipulis prænunciaſſet, illiſque ſignificaſſet quanta & quàm gravia pro ejus nomine paſſuri eſſent; & quâ viâ deberent illum ſequi, dicens: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me:* (Matth. 16.) Atque mox ſubjeciſſet: *Amen dico vobis, Sunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo:* id eſt, in gloriæ ſuæ claritate: poſt ſex dies tres Apoſtolos electos duxit in Montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. » In qua Transfiguratione illud quidem principaliter agebatur, ut de cordibus Diſcipulorum crucis ſcandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntariæ humilitas paſſionis, quibus revelata eſſet abſconditæ excellentia dignitatis. Sed non minore providentiâ ſpes ſanctæ Eccleſiæ fundabatur, ut totum corpus Chriſti agnoſceret quali eſſet commutatione donandum; ut ejus ſibi honoris conſortium membra promitterent, qui in Capite præfulſiſſet. De quo idem Dominus dixerat, cùm de adventus ſui majeſtate loqueretur: *Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in Regno Patris eorum:* « (S. Leo Serm. 94.; Matth. 13. 43.) proteſtante hoc ipſum beato Paulo Apoſtolo & dicente: *Exiſtimo quòd non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* (Rom. 8. 18.) Et iterum: *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* (Coloſſ. 3. 3.)



*gloria.* Facie ſolis inſtar radiante ſignificavit divinitatis ſuæ incomparabilem ſplendorem, & Dei qui *lux eſt, & in quo tenebræ non ſunt ullæ,* viſionem beatificam. Veſtium candore, adumbravit corporis glorioſi dotes: Moyſis & Eliæ præſentiâ jucundiſſimam cælitum ſocietatem; nube lucidâ obumbrante, diem perpetuam, abſque tenebris, frigore, aut æſtu, ullaque tempeſtatum viciſſitudine: extaſi & voce Petri, incomprehenſas & inenarrabiles delicias: voce Patris æterni de nube auditâ, certitudinem & ſecuritatem beatitudinis ac gloriæ. Inter hæc loquitur Chriſtus de *exceſſu quem completurus* eſt *in Jeruſalem,* (Luc. 9. 31.) quia nonniſi per crucem pervenitur ad gloriam. Chriſtus ergo in Transfiguratione ſua nobis oſtendit. 1. finem ad quem tendimus, ſcilicet beatitudinem & gloriam æternam: 2. viam qua ad beatitudinem & gloriam pervenimus, ſcilicet crucem, paſſiones, tribulationes.

I. Quid ſit vita æterna? (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 13. §. 1.*) Æterna beatitudo congruis verbis explicari non poteſt, ſed mentis humanæ captum ſuperat. Omnium tamen malorum liberatione, omniumque bonorum poſſeſſione definiri poteſt. (*Ibid.* §. 2.) Summa felicitas, Dei fruitio & amor. (*Ibid.*) Dei viſionem & amorem ſumma pax conſequitur. (*Ibid.*) Beatorum pacem nulla turbabit invidia. (*Ibid.*)

II. Ut ad gloriam & vitam æternam perveniamus, media debemus eligere quæ nobis Chriſtus præſcripſit, viam ſequi quam monſtravit; nihil non agere, nihil non pati propter Deum. (*Ibid* §. 9.) Si quid verò pro dilectione æternæ patriæ Chriſtiani geſſerint, conſiderent quàm leve ſit illud & modicum, ſi vel cum præclaris illis facinoribus conferatur, quæ veteres Romani pro terrena patria & civitate geſſerunt. (*Ibid. n. 2.*) Qui jus habent ad vitam æternam? (*Ibid.*) Per labores & tribulationes ad eam pervenitur. Nemo eam obtinet, niſi *abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quoti-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*die, & Chriſtum ſequatur*, per arctam viam, quæ ſola
ad vitam ducit; quia *Regnum cælorum vim patitur, &
violenti rapiunt illud.* Pſalmus octogeſimus tertius,
*Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* de
cæleſti beatitudine tractans, inſcribitur, *Pro torcularibus*,
id eſt tribulationibus, per quas ad gloriam & vitam æ-
ternam pervenitur. Quod expendens S. Auguſtinus
Enarratione in illum Pſalmum: *Uva* (inquit) *pendet
in vitibus, & oliva in arboribus: & quandiu pendent
in fruticibus ſuis, tanquam libero aere perfruuntur: &
nec uva vinum eſt, nec oliva oleum, ante preſſuram. Sic
ſunt homines quos prædeſtinavit Deus ante ſæcula, con-
formes fieri imagini unigeniti Filii, qui præcipuè in paſ-
ſione magnus botrus expreſſus eſt. Hujuſmodi ergo ho-
mines antequam accedant ad ſervitutem Dei, fruun-
tur in ſæculo tanquam delicioſa libertate, velut uvæ aut
olivæ pendentes: ſed quoniam dictum eſt, Fili, accedens
ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia & timore, & præpa-
ra animam tuam ad tentationem; accedens quiſque ad
ſervitutem Dei, ad torcularia ſe veniſſe cognoſcat;
contribulabitur, conteretur, comprimetur: non ut in hoc
ſæculo pereat, ſed ut in apothecas Dei defluat.* Si feli-
ces ſimus in hoc ſæculo, ſi omnia nobis proſperè cedant,
ne dicamus, *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic taber-*
» *nacula.* Felicitas enim ſæculi metuenda magis eſt, quàm
» adverſitas & infelicitas. *Immo verò nulla infelicitas
» frangit, quem felicitas nulla corrumpit.* Quomodo er-
» go cavenda & timenda eſt ipſa corruptrix, ne te blan-
» diendo ſeducat? Ne incumbas in baculum arundinis.
» Noli te credere, fragile eſt quo niteris, frangitur, &
» interimit te. Si ergo felicitate tibi iſte mundus arrideat,
» in preſſura te computa, ut dicas, *Tribulationem & do-
» lorem inveni, & nomen Domini invocavi.* Non dixit,
» Inveni tribulationem, niſi quamdam quæ latet. Quæ-
» dam enim tribulatio quoſdam in hoc ſæculo latet, qui
» putant ſibi bene eſſe, cùm peregrinentur à Domino.



*Quamdiu enim ſumus in corpore, peregrinamur à Do-* « 2. Cor. 5. 6.
*mino.* Si à patre tuo homine peregrinateris, miſer eſſes; «
à Domino peregrinaris, & felix es? Ergo ſunt qui pu- «
tant ſibi bene eſſe. Qui autem intelligunt in qualibet «
circumfluentia copiarum & voluptatum, quamvis ad «
nutum cuncta deſerviant, quamvis nihil moleſtum ir- «
repat, nihil adverſum terreat, tamen in malo eſſe quam- «
diu peregrinantur à Domino, acutiſſimo oculo tribula- «
tionem & dolorem invenerunt, & nomen Domini in- «
vocaverunt... Omnes in hac vita in torcularibus ſu- «
mus. Ergo in preſſuris tentationum conſtituti, edamus «
hanc vocem, & præmittamus deſiderium noſtrum: «
*Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* «
Erat in tabernaculis quibuſdam, id eſt, in torcularibus: «
ſed deſiderabat alia tabernacula, ubi nulla preſſura eſt. «
In his illuc ſuſpirabat, ab his in illa per deſiderii cana- «
lem quodammodo defluebat. *Concupiſcit & deficit a-* «
*nima mea in atria Domini.* Deficit uva preſſa, ſed quò «
deficit? In vinum, & in lacum, & in apothecæ requiem, «
ſervanda in quiete magna. *Hic deſideratur, ibi capi-* «
*tur: hic ſuſpiratur, ibi gaudetur: hic oratur, ibi lau-* «
*datur: hic gemitur, ibi exſultatur.* Ea quæ dixi quaſi «
dura hic nemo averſetur, nemo quaſi nolit pati. *Me-* «
*tuendum eſt ne uva, dum torcular timet, ab avibus vel* «
*à feris comedatur.* In magna videtur triſtitia eſſe, cùm «
dicit, *Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domi-* Rom. 12. 12.
*ni*: Non enim habet quod deſiderat. Sed numquid ſi- «
ne gaudio eſt? Quo gaudio? Quod ait Apoſtolus, *Spe* «
*gaudentes.* Ibi jam te gaudebit, modò adhuc ſpe. Ideo- «
que qui ſpe gaudent, qui certi ſunt ſe accepturos, tole- «
rant in torculari omnes preſſuras. Propterea & ipſe A-
poſtolus cùm dixiſſet, *Spe gaudentes*, addidit ſtatim,
*in tribulatione patientes.* Spe igitur gloriæ, cujus ſpe-
cimen Chriſtus in Transfiguratione ſua nobis exhibet,
crux & tribulationes conſtanti animo ferendæ ſunt. Af-
fecit te aliquis ignominiâ? Suſpice gloriam quæ repoſi-

ta in cælis eſt, tibi paranda merito patientiæ. Jacturam rerum tuarum feciſti ? Oculos converte ad cæleſtes divitias & incomparabilem theſaurum, quem bonorum operum pretio tibi comparare potes. Patriâ expulſus es? Patriam habes cæleſtem illam Jeruſalem. Ita ſe conſolatur S. Job in anguſtiis, extremaque deſolatione : *Scio quod Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum : & in carne mea videbo Deum meum... Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Job. 19.

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens : Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Matth. 17.

PRimus diſcendi ardor, nobilitas eſt Magiſtri. Chriſtum Legiſlatorem, Magiſtrum, Dominumque noſtrum ut audiamus, jubens Æternus Pater, nobilitatem ejus & dignitatem oſtendit : *Hic eſt Filius meus dilectus :* Quem proinde ut me ipſum audire debetis. Chriſtus verus Deus, Deique Filius eſt, Patri conſubſtantialis & coæternus (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 3. §. 4.*) Chriſtus homo non eſt Filius adoptivus Dei, ſed naturalis. (*Ibid. §. 6.*) Chriſtus etiam ut homo, noſter Dominus eſt... Chriſtus in forma ſervi ſine conditione ſervili. (*Ibid. §. 7.*) Lex & Prophetæ Chriſti Jeſu Divinitati atteſtantur. Ideo *Moyſes & Elias apparuerunt* in monte ſancto *loquentes cum Jeſu.* Legem & prophetias implere venit & conſummare ; veterem legem per Moyſem datam, novâ lege ; Prophetias myſteriorum ſuorum veritate. Ideo Moyſe & Elia diſparentibus, ſtatim atque vox Patris de nube audita eſt, Apoſtoli *neminem viderunt niſi ſolum Jeſum.* Teſtimonium itaque Jeſu divinitati perhibent, 1. Lex & Prophetæ.



2. Pater Æternus. 3. Apoſtoli tres ſelecti, Transfigurationis illius teſtes. *Non doctas fabulas ſecuti* (ait S. Petrus) *notam fecimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem & preſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum hujuſcemodi à magnifica gloria : Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Et hanc vocem audivimus de cælo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes.* Noſtra erga Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum officia. Illum audire, ipſique parere debemus, non timore premente compulſi, ſed caritate ſublevante excitati. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 3. §. 7.*) Illum audire debemus docentem, & novam legem dantem atque prædicantem : *Ipſum audite.* Illum imitari debemus omnium, quas prædicat, virtutum nobis exempla præbentem. *Levantes autem oculos, neminem viderunt niſi ſolum Jeſum.* Novæ legis à Veteri diſcrimen. 1. Lex vetus in tabulis lapideis ſcripta ; lex nova in cordibus. 2. Lex vetus homines à peccato coërcet timore pœnæ ; lex nova ad faciendum bonum inclinat amore juſtitiæ. 3. Lex vetus remunerationem terrenam ; lex nova felicitatem æternam pollicetur. (*Lib. 4. Cap. 1. Art. 2. §. 4.*) *Si quis dixerit, Chriſtum Jeſum à Deo hominibus datum fuiſſe ut Redemptorem cui fidant, non etiam ut Legiſlatorem cui obediant : anathema ſit.*

*2. Petri 1. 16. & ſeqq.*

*Concil. Trident. ſeſſ. 6. Can. 21.*

Exodi XXV. 40. *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.*

Ad Hebræos XII. 1. 2. *Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in Auctorem fidei & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## FERIA II. POST DOMINICAM II. QUADRAGESIMÆ.

*Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Joan. 8. 21.

QUis Chriſtianorum ad comminationem adeo terribilem non contremiſcat? Grande malum in peccato vivere, ſummum malum in peccato mori: cùm æterna ſcilicet damnatione perſeverantia in peccato conjuncta eſt. Agenda ergo eſt pœnitentia dum tempus habemus, dum gratiam ſuam nobis Deus offert, dum libertatem & vires pœnitendi habemus. Si enim pœnitentiam differamus ad mortem, in ſummum nos conjicimus periculum carendi tempore ad pœnitentiam agendam neceſſario, carendi gratiâ neceſſariâ, carendi voluntate viribúſque neceſſariis.

I. Tempore vitæ noſtræ nihil incertius. Vitam à Deo non accipimus ut cenſum, ſed ut depoſitum, quod repetere poteſt quocumque momento illi placuerit. Quis craſtinam diem certò polliceri ſibi poteſt? *De mane uſque ad veſperam finies me.* (Iſa. 21.) Annos impiorum breviandos Spiritus Sanctus per os Sapientis nos docet. (Proverb. 10. 27.) *Timor Domini apponit dies, & anni impiorum breviabuntur.* Certa quædam menſura peccatorum eſt juſto Dei permittentis & punientis judicio præſtituta, quæ cùm impleta fuerit, vita velut à texente præciditur. Menſuram quamdam quæ ab Jeruſalem exibat, vidit Propheta: rogantique quid illud eſſet, reſpondit Angelus: *Hæc eſt iniquitas ipſorum in univerſa terra.* Quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, Hâc menſurâ omnia appenduntur peccata quæcumque per univerſam terram ſingulis quibuſque temporibus perpetrantur: Ubi enim noſtra peccata uſque ad manifeſtam pervenerint magnitudinem, tum ve-

(S. Cyrill. Alexand. lib. 7. de Adorat. in Spiritu & ver. l. Zachar. 5.)



rò offenſus pœnas à nobis repetit Legum conditor: frequenter autem juſta quadam benignitate tolerat, peccantéſque ſuſtinet, neque antequam ſit modus completus univerſam effundit iram. Itaque dixit Abrahæ: *Necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum uſque ad præſens tempus.* (Geneſ. 15. 16.) Phariſæis autem, qui effrenatè illum offenderant, dixit Chriſtus: *Implete menſuram Patrum veſtrorum.* Permiſſio unius peccati, pœna alterius eſt. *Mea eſt ultio ut labatur pes eorum: juxta eſt dies perditionis.* (Deuter. 32. 35.) Contemptus verò impii, qui bibit ſicut aquam iniquitatem, & cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit: divinam ultionem, & diem mortis ejus accelerat. *Cum enim dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habenti, & non effugient.* (1. Theſ. 5. 3.) Quot ſubitaneæ & improviſæ mortes peccatorum? Nonne tot & tam terribilia, quæ quotidie ob oculos verſantur, divinæ ultionis exempla vos movent? *Quâ hora non putatis, Filius hominis veniet.* Differendo ergo & procraſtinando pœnitentiam, in ſummum vos conjicitis periculum carendi tempore ad agendam pœnitentiam neceſſario.

II. Sed & gratiam ſibi fruſtra pollicetur peccator, quam juſto judicio Deus illis ſubtrahit & negat, qui *in vacuum* illam recipiunt, & *Spiritui Sancto reſiſtunt,* (Hebr. 10.) qui *Filium Dei conculcant, & Sanguinem teſtamenti pollutum ducunt,* in quo ſunt ſanctificati, & *Spiritui gratiæ contumeliam faciunt.* Scimus enim quis dixit, *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Et iterum, *Quia judicabit Dominus populum ſuum. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis... Terra ſuper ſe venientem bibens imbrem, proferens autem ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cujus conſummatio in combuſtionem.* (Cap. 6.) Gratia donum eſt Dei, pretium Sanguinis Chriſti, indebita homini, multò magis peccatori, qui ejus vocationem ad Pœnitentiam tam frequenter

contempſit. Non dubium ergo quin eam juſto judicio Deus ſubtrahat contemptoribus & illuſoribus, qui percuſſerunt fœdus cum morte, & cum inferno fecerunt pactum, pœnitentiam de die in diem differentes. *Quia vocavi, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo.* Sed etſi gratia daretur peccatori, qui pœnitentiam ad mortem uſque diſtulit, quis ſibi ſpondere præſumat ſatis potentem & efficacem ut lumine ſuo diſſipet tenebras omnes cæcæ mentis, ut expugnet cupiditates longa conſuetudine roboratas, ut cor ab amore creaturarum convertat ad amorem Dei, ſine quo nulla vera pœnitentia eſt? *Pœnitentiam certam non facit niſi odium peccati, & amor Dei.*

Proverb. c. 1. 24. 25. 26.

S. Auguſt.

III. Voluntatem denique pœnitentiæ fruſtra ſibi pollicetur peccator in morte adfuturam, cùm ſæpe juſto Dei judicio fiat ut moriens obliviſcatur ſui, qui dum viveret, oblitus eſt Dei: cùm ligatus ſit, non ferro alieno, ſed ferrea ſua voluntate: cùm velle ipſius teneat inimicus, & inde illi catenam conſtrinxerit. *Illa eſt peccati pœna juſtiſſima, ut qui rectè facere, cùm poſſet, noluit, amittat poſſe cum velit.* Velle interdum videtur, ſed velleitas eſt, & ſimulata voluntas. Dicit, *Peccavi,* ſed voce, non contrito & humiliato corde. Antiocho ſimilis eſt, de quo ſcriptum eſt: *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Neque enim ob Deum offenſum dolebat, ſed ob pœnas quas patiebatur. Ex amore ſui dolor procedebat, non ex amore Dei; ex odio pœnæ, non ex amore juſtitiæ. Lacrymas interdum fundit peccator moriens; ſed æquivocas & mendaces, ut reprobus Eſau, de quo ſcriptum eſt: *Non invenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquiſiſſet eam.* Pias voces profert commonente & excitante Sacerdote, ſed labiis tantùm, non corde. Hortatur Sacerdos ut actum contritionis

S. Auguſt. Lib. 3. de lib. Arbit. c. 18.

2. Machab. 9.

Hebr. 12. 17.



eliciat, ſed uſum non habet, ut olim David adoleſcens regiorum armorum uſum ſe non habere reſpondit: *Uſum non habeo.* Hortatur Sacerdos ut dicant, *Deus propitius eſto mihi peccatori . . . Tibi ſoli peccavi . . . Miſerere mei Deus . . . Diligam te Domine, &c.* Sed extremis labiis duntaxat pias illas voces proferunt, non ex intimo pectore. Unde in tranſitu ſecunda morte puniuntur, ut olim Ephratæi à Galaaditis in tranſitu Jordanis cæſi ſunt, cùm vocem *Schibboleth* proferre non poſſent. *Interrogabant eum: Dic ergo Schibboleth, quod interpretatur ſpica. Qui reſpondebat, Sibboleth, eadem littera ſpicam exprimere non valens. Statimque apprehenſum jugulabant in ipſo Jordanis tranſitu.* Pœnitentiæ verba proferunt, ſpicas, manipulos, fructus pœnitentiæ nullos habent. Cor lapideum pias voces repetit, quæ ex illo non prodeunt, nullum vitæ ſpiritualis principium habente. *De medio petrarum dabunt voces.* Falſam illi pœnitentiam agunt, ſpeciem habent pœnitentiæ, non virtutem. Fruſtra igitur quiſquam ſibi ſpondeat adfuturam in extremis pœnitendi voluntatem. Fruſtra ſibi de boni Latronis exemplo blandiatur. Miraculum enim gratiæ eſt, quod in conſequentiam trahi non debet. Duorum latronum alter pœnitentiam agit in patibulo, & ſalutem obtinet; alter impœnitens obit & damnatur. Qui veram in extrema hora Pœnitentiam agit, unus eſt, ne deſperes; ſolus eſt, ne præſumas. Verùm nec ejus exemplum Chriſtianis Pœnitentiam ad obitum uſque differentibus patrocinatur. Nam *Beatus Latro nec ſalutis tempora ſciens diſtulit, nec remedia ſtatus ſui in momenta ultima infelici fraude poſuit, nec redemptionis ſuæ ſpem in deſperationis noviſſimum reſervavit, nec Religionem ante, nec Chriſtum ſcivit. Quod ſi ſciſſet, fuiſſet forſitan inter Apoſtolos non poſtremus in numero, qui prior eſt factus in Regno. Ergo etiam ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad conſequendam fidem non fuit extrema illa hora, ſed prima.*

1. Reg. 17.

Judic. 12.

Pſal. 103. 12.

Auctor Homil. ſub nomine Euſebii Gallicani Epiſc. editarum, Tom. magnæ Biblioth. Patrum Edit. Lugdun.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Eccleſia ſuſpectam ſemper ac dubiam habuit peccatorum Pœnitentiam, qui ad exitum uſque illam procraſtinarunt. Hujus veritatis probationes lege *Lib. 2. Theolog.* noſtræ *Dogmat. & Moral. Tract de Pœnitentia, Cap. 5. Art 6. §. 8.* Timeamus ne nos derelinquat Dominus. Ab eo ne faciamus caſum, ne ipſe nobis faciat
Deuter. 4. occaſum. *Ego vado.* Quæramus eum, dum inveniri poteſt, dum ſani ſumus. *Cum quæſieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: ſi tamen quæſieris in toto corde, & tota tribulatione animæ tuæ.* Si verò illum quærere differas donec in extremis poſitus fueris, non invenies. *Quæretis me, & non invenietis.* Vivere ſi pergas in peccato, timendum ne in peccato moriare. *Et in peccato veſtro moriemini.* Time ne in te impleatur quod
Job 24. 19. 20. & Cap. 20. 11. & 12. à Sancto Job dictum eſt: *Uſque ad inferos peccatum illius. Obliviſcatur ejus miſericordia... Oſſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abſcondet illud ſub lingua ſua.* Convertere ad Dominum Deum tuum ante mortem: Quia incerta in morte converſio, infructuoſa plerumque & falſa, plerumque
Pſalm. 26. 9. etiam nulla omnino in extremis pœnitentia. *Adjutor meus eſto, Domine, ne derelinquas me, neque deſpicias*
Iſai. 38. 18. 19. 20. *me, Deus ſalutaris meus... Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam. Vivens, vivens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie. Domine, ſalvum me fac.*



## FERIA III. POST DOMINICAM II. QUADRAGESIMÆ.

*Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſervate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.* Matth. 23.

CUm Lex vetus haberet umbram futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, omniaque in figura Judæis contingerent, legale Sacerdotium figura erat Sacerdotii Legis Novæ, ſicut Legis Moſaicæ Sacrificia figuræ erant Sacrificii novæ Legis, quo Chriſtus ſemetipſum obtulit ſemel in Cruce, ut una illa oblatione conſummaret in ſempiternum ſanctificatos, & quotidie ſeipſum offert in Eccleſia Sancta per manus Sacerdotum ſuorum. Si ergo venerationem & obedientiam Judæorum Sacerdotibus exhiberi juſſit Chriſtus Dominus, quod in Cathedra Moyſi ſederent, & Legem Dei docerent: multò majori veneratione & obedientia proſequendi ſunt Sacerdotes & Paſtores novæ Legis à Chriſtianis. Sunt enim Miniſtri divinæ auctori-
tatis in Sacramentorum diſpenſatione. *Idoneos nos fe-* 2. Cor. 3. 6.
*cit Miniſtros novi Teſtamenti... Diſpenſatores Myſteriorum Dei.* Sunt interpretes ac præcones divinæ veri-
tatis ac Evangelicæ Legis. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt* 1. Cor. 4. 1.
*ſcientiam, & legem ex ore ejus requirent.* Eſſe debent Malach. 2. 7.
imagines divinæ Sanctitatis. *Sancti erunt Deo ſuo, &* Levit. 21. 6.
*non polluent nomen ejus. Incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt.* Miniſtri ſunt divinæ auctoritatis: illos ergo venerari, colere, & obſervare debetis. *Super Cathedram ſederunt.* Sunt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

interpretes ac præcones divinæ veritatis: Audire ergo illos docili & obedienti animo debetis verbum veritatis annuntiantes, & doctrinam ſalutis tradentes. *Quæcumque dixerint vobis facite.* Imagines ſunt divinæ ſanctitatis, ſi dignè miniſterio ſuo vivant: Sanctos igitur Sacerdotes imitari debetis; ſi verò rectè doceant, & malè vivant (quod abſit) *Secundum opera eorum nolite facere.* De Sacerdorum novæ Legis dignitate & excellentia vide *Lib. 2. Theolog. noſtræ Dogmaticæ & Moralis, Tract. de Sacramento Ordinis Cap. 1. Art. 7. §. 3.* Sacerdotes Chriſti legati... Capitis & corporis legatione funguntur... Dei & hominum mediatores. (*Ibidem.*) Chriſtianorum Patres, quin etiam Matres quos iterum parturiunt verbo veritatis: *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* (Galat. 4. 19.) Reverentiæ & honoris erga Sacerdotes & Paſtores officia explicata vide *Lib. 4. Theolog. noſtræ Dogmat. & Moral. Cap. 6.* De quarto præcepto Decalogi, §. 3. Mali etiam Sacerdotes propter Miniſterium honorandi ſunt. Gravis ergo peccati rei ſunt, qui illos contemnunt, vel irrident, aut ipſis detrahunt vel maledicunt. Id fusè ac luculenter probatum habes *Art 3.* ejuſdem capitis, *Regula 7.* Sancti eſſe debent Sacerdotes, irreprehenſibiles, ſine crimine, ne ſacrum in eis Miniſterium vituperetur, ſiquidem miniſtri ſunt Chriſti Pontificis Sancti, innocentis, impolluti, à peccatoribus ſegregati. Ad id ſignificandum ſculpta erat hæc ſententia in lamina aurea fronti ſummi Pontificis imminente in Lege veteri: *Sanctum Domino.* (Exod. 28. 36.) Et tintinnabula aurea per circuitum in ora tunicæ Sacerdotalis appenſa erant, ut plus vitam quàm linguam Sacerdotum clamare debere ſignificaretur. Neceſſe enim eſt *Ut vita vitam ipſa quoque exempla Sacerdotum clament*: (S. Gregorius Lib. 1. Epiſt. 24.) Ne de ipſis dicatur: *Secundum opera eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.* Si verò mali ſunt Sacerdotes & Paſtores, audiatur cum pietate & obedientia Evange-



lium quod prædicant, non ſpectetur vita quam agunt.

Objicit quiſpiam dixiſſe Dominum, *Numquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus?* (Matt. 7. 16.) Reſpondet tibi Dominus: Non juſſi te de ſpinis uvam legere: ſed vide, attende bene, ne fortè, ut fieri ſolet, vitis quæ circùm errat per terram, involuta ſit in ſpinis. Nam aliquando invenimus illud, Fratres mei, vitem poſitam ſuper caricem, quia ibi habet ſepem ſpinoſam, extendit palmites ſuos, & inſerit in ſepem ſpinoſam, & pendet inter ſpinas botrus; & qui videt botrum carpit, non tamen de ſpinis, ſed de vite, quæ circumplexa eſt ſpinis. Sic ergo illi ſpinoſi ſunt: ſed ſedendo in Cathedra Moyſi involvit eos vitis, & pendent ad eos botri, id eſt, verba bona, præcepta bona. Tu lege uvam, non te pungit ſpina, quando legis, *Quæ dicunt, facite: ſed quæ faciunt, facere nolite.* Pungit autem te ſpina, ſi quod faciunt, facis. Ut ergo legas uvam, & non inhæreas ſpinis, *Quæ dicunt, facite; ſed quæ faciunt, facere nolite.* Facta ipſorum ſpinæ ſunt; verba ipſorum uva eſt, ſed de vite, id eſt, de Cathedra Moyſi. (S. Auguſt. ſerm. 137. alias 49. de verb. Dom.)

Sacerdotes interpretes ſunt divinæ veritatis, & docere debent omnem hominem in omni ſapientia, ut exhibeant omnem hominem perfectum in Chriſto Jeſu: (Coloſſ. 1. 28.) Non adulterantes verbum Dei, *Sed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto Jeſu.* (2. Cor. 2.) In hujus rei figuram ſcriptum erat in Rationali, quod ſummus Sacerdos gerebat in pectore, *Doctrina & Veritas.* (Exod. 28.) Chriſtiani diligere debent veritatem, & Doctores ac Prædicatores veritatis. Sed heu! ſunt plurimi qui ſanam doctrinam non ſuſtinent, qui à veritate auditum avertunt, & ad fabulas convertuntur, quærentes commodos Directores, qui ſuis cupiditatibus blandiantur, qui non canant *tubâ* Evangelicâ *in Sion* ad terrorem, ſed quaſi, *Carmen muſicum* ſuavi dulcique ſono canant ad delectationem & voluptatem. (Joel. 2. Ezech. 33.) Heu! quot in populo Chriſtiano filii mendaces, filii no-

lentes audire legem Dei, qui Paſtoribus ſuis, & Prædicatoribus veritatis dicunt: *Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me ſemitam.* Iſai. 30. 10.

Lugendum eſt in Eccleſia malum, ſi Sacerdotes ſancti non ſint, ſi *Sicut populus, ſic Sacerdos*: Sed pariter lugendum, ſi populus Chriſtianus ſanctus non ſit, cùm Chriſtiani quilibet Sacerdotii Chriſti communi quadam ratione participes ſint, & eo nomine Sancti eſſe debeant. *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum ....... Et ipſi ſuperædificamini tamquam lapides vivi, domus ſpiritualis, Sacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum.* 1. Petri 2. 9. & 5. Omnes ergo ſectamini ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. *Sancti eſtote* (inquit Dominus) *quoniam ego Sanctus ſum.* Chriſtianos omnes univerſim, Sacerdotes ſpeciatim ſpectat hoc mandatum. Vera ſit, non fucata ſanctitas noſtra, qualis erat illa Phariſæorum. *Omnia verò opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Matth. 23. In Deum verum credentes, adoremus illum *in ſpiritu & veritate.* Caritatem ſervemus, quæ veræ religionis anima eſt: non aliis dominari quæramus & præeſſe, ſed prodeſſe & ſervire omnibus ut fratribus & condiſcipulis. *Unus eſt enim Magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis.* Humilitatem diſcamus, exerceamus, exemploque noſtro cæteros doceamus, quam unus Magiſter noſter Chriſtus nos docuit: *Qui major eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur: & qui ſe humiliaverit, exaltabitur.* Hæc non modò Sacerdotum, ſed Chriſtianæ plebis; hæc majorum, & minorum; hæc Paſtorum & ovium; hæc Præpoſitorum & ſubditorum diſciplina, omnibus imperata à Chriſto Jeſu ſanctimonia.



## FERIA IV. POST DOMINICAM II. QUADRAGESIMÆ.

*Tunc acceſſit ad eum Mater filiorum Zebedæi, cum Filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo Filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram, in Regno tuo. Reſpondens autem Jeſus, dixit: Neſcitis quid petatis.* Matt. 20.

NUlla periculoſior ambitione peſtis, quæ ubique graſſatur, & omnis ſexus, conditionis, & ætatis homines inficit & corrumpit. In Paradiſum terreſtrem irrepſit, ibique dejecit Adamum; in Collegium Apoſtolorum penetravit, ibique Jacobum & Joannem invaſit pauperes Piſcatores, ut primas ſedes honoris in Regno Chriſti, quod temporale futurum adhuc putabant, Matris precibus obtinere conarentur. Mater Filiis inſtigantibus accedit ad Jeſum, & pro ipſis poſtulat & rogat audacter & ſollicitè, non quoſcumque, ſed ſummos honores, & tranquillam ac pacatam eorum fruitionem. *Dic ut ſedeant hi duo Filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo.* Excuſari utcumque potuit hoc Apoſtolorum peccatum, cùm nondum Spiritum Sanctum accepiſſent; cùm primas ſedes deſiderarent in Regno, in quo Chriſtum exiſtimabant temporaliter regnaturum; cùm denique ambitionem, à Magiſtro ſuo damnatam nondum plenè intellexiſſent. Nulla verò hujuſmodi vobis ſuffragatur excuſatio, ſi dignitates & honores ambitioſè deſideretis & quæratis.

I. Ambitio quàm grave peccatum (*Lib. 3. Theolog.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Dogmat. & Moral. Cap. 5. Art. 22.)* Ambitio ignorantiæ filia. *Neſcitis quid petatis.* Ignoratis honorum vanitatem, ambitionis vilitatem, pericula ſummis dignitatibus & honoribus imminentia, curas & labores ambitionis comites: ad Chriſti doctrinam & exemplum non attenditis. *Neſcitis quid petatis.* Vide *Lib. 5. Theolog. Dogm. & Moral. Cap. 5. Art. 23.* Comes ambitionis præſumptio. Nemo pene ſummis honoribus aut dignitatibus ſe imparem exiſtimat. Dicunt omnes, *Poſſumus*, tametſi à Deo non vocati, tametſi ſcientiâ, cæteriſque dotibus, ac virtutibus ad dignitates illas ſuſtinendas, & implenda officia deſtituti. Solius honoris & commodorum temporalium habetur ratio. Vide *Lib. 3. Theolog. Moral. Cap. mox indicato, Art. 24. Regulis 5. & 6.* Ad honores & dignitates Eccleſiæ, & ad beneficia curam Animarum annexam habentia, promovendi digniores ab iis ad quos nominatio, electio, vel collatio pertinet. Si pro minùs dignis poſtulentur, reſpondeant cum Chriſto, *Non eſt meum dare vobis.* Vide *Lib. 2. Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. de Sacramento Ordinis, Cap. 6. Regulâ 19.* Nulla carnis & ſanguinis ratio habeatur. Si conſanguinei petant, aliíque minùs digni ſint, reſpondeatur, *Non eſt meum dare vobis.* (Regulâ 20.)
Prov. 26. 1. *Quomodo nix in æſtate, & pluvia in meſſe, ſic indecens eſt ſtulto gloria.*

II. Cæterorum hominum contemptus, æmulatio, invidia, ambitionis filiæ. Majoribus invidet ambitioſus, æqualibus vult præponi, omnibus præeminere. Audierant Jacobus & Joannes ſedes honoris omnibus Apoſtolis à Chriſto Domino promiſſas.
Matth. 19. *Cum ſederit Filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes judicantes duodecim tribus Iſraël.* Satis illis non fuit communis cum reliquis condiſcipulis honos, omnibus præponi voluerunt. *Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad*



*ad ſiniſtram in regno tuo. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.*

Ambitionem fugiamus, fratres cariſſimi, humilitatem ſectemur, quæ & Deum promeretur, & humanam ſocietatem connectit. *Si volumus commendare nos* S. Ambroſius
*Deo, caritatem habeamus, unanimes ſimus, humilita-* Lib. 2. de Officiis, Cap. 27.
*tem ſequamur, alterutrum exiſtimantes ſuperiorem ſibi. Hæc eſt enim humilitas, ſi nihil ſibi quis arroget, & inferiorem ſe exiſtimet. Honore, invicem prævenientes* (inquit Apoſtolus) *non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes, nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.* Rom. 12.

Una dignitas Chriſtiani deſiderio digna, dignitas eſt filiorum Dei; una gloria par ejus votis, gloria æterna. *Nihil appetere, nihil deſiderare de ſæculo poteſt, qui ſæculo major eſt.* Ad hanc celſitudinem humi- S. Cyprian. Epiſt. 1.
litate pervenitur. *Jeſus autem vocavit eos ad ſe, &*
*ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum:* Matth. 20.
*& qui majores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: ſed quicumque voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter: & qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſervus: ſicut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.* Ad hanc gloriam per paſſiones & tribulationes hujus ſæculi pervenitur. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?*
Certiſſimum eſt *Quoniam per multas tribulationes o-* Act. 14. 21.
*portet nos intrare in Regnum Dei.* Certum eſt, *Id quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## Feria V. post Dominicam II. Quadrageſimæ.

*Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè, & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, & cupiebat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat. Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno.* Luc. 16.

AD terrorem, utinam & ad emendationem Divitum! ad ſolatium, utinam & ad ſanctificationem pauperum! nihil eſt hodierna ſancti Evangelii Lectione convenientius & efficacius. O quantum Dives jam mutatus ab illo, qui opibus abundans, pretioſis & magnificis veſtibus indutus, ſplendido curru ferebatur, numeroſo ſtipatus famulorum ſatellitio, qui conviviis opiparis quotidie indulgebat, cui nihil deerat ad ſenſuum omnium voluptatem. Nunc in inferno ſepultus, flammis & igne inextinguibili cruciatur, in tanta eſt bonorum omnium egeſtate, ut nec guttam aquæ ad linguam refrigerandam obtinere; in tanta desertione, ut uni Abrahamo, quem renuit imitari, & Lazaro pauperi, quem deſpexit, extremam ſuam miſeriam explicare poſſit, & guttam ab eo poſtulare cogatur, cui micam negavit. Lazarus verò quantùm mutatus ab illo, qui jacebat ad januam Divitis! Omnia corporalis vitæ ſubſidia in hoc mundo illi deerant: Omnium bonorum ubertate in ſinu Abrahæ, in illo quietis & bea-



titudinis loco ſatiatur. Hic ab omnibus deſertus & deſpectus erat: nunc ab Angelis honoratur, in eorúmque ſocietate Deo fruitur, torrente voluptatis potatur, æterna Veritate reficitur. O ſtupendas bonorum, malorúmque, in Divite ac paupere vices! *Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.* Hinc diſcite quàm periculoſa ſit æternæ ſaluti divitum conditio. 1. Ob ſuperbiam quâ ut plurimùm efferuntur. *Induebatur purpurâ & byſſo.* 2. Ob voluptates & delicias quibus indulgent. *Epulabatur quotidie ſplendidè.* 3. Ob duritiem cordis in pauperes immiſericordis. *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, & nemo illi dabat.*

I. *Radix malorum omnium cupiditas*, ſed ſuperbiæ imprimis, luxûs, vitæque mollis & voluptariæ necnon duritiei in pauperes. Quamquam innocentes ſint per ſe divitiæ, & non minùs adjumenta virtutum, quàm incentiva criminum eſſe poſſint, magna tamen eſt vitiis & divitiis affinitas. Vermis divitiarum ſuperbia. Opes ſuas, claritatem ſuam, fortunam ſuam Deo vix umquam acceptas referunt divites terræ. Alii generis ſui ſplendori, alii meritis ſuis, alii induſtriæ, alii parentum laboribus aut felicitati abundantiam ſuam tribunt: vix ullus Deo bonorum omnium auctori gratias agit. *Et dixerunt, Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia … Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt.* Dei obliviſcuntur, dicunt ei in abundantiâ ſuâ; *Non ſerviam.* Alium quippe ſibi Deum conſtituunt, opes ſuas, theſaurum ſuum. Hinc Avaritia verè ab Apoſtolo vocatur, *Simulacrorum ſervitus.* Spem ſuam in Deo non ponunt, quæ illum colendi ratio eſt, ſed in divitiis ſuis. *Ecce homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum: ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua …* Deum non colit dives iniquus,

1. Tim. 6. — Deut. 32. 27. & Cap. 8. 17. — Jerem. 2. — Ephes. 5. — Psal. 51. 9.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
UANL ®

S. Auguſt.

ſed loco Dei divitias. *Hoc enim colitur, quod diligitur*: Divitias autem præ Deo diligit. Pro nihilo ſi quidem ducit perdere Deum, ut acquirat nummum. Non dicit Deo, *Tuus ſum ego*, &, *Portio mea, Domine*, cujus portio ſunt opes, quarum & ipſe ſervus eſt. Vide *Lib. 3. Theolog. Dogm. & Moral. Tract. De Peccatis, Cap. 6. Art. 1. n. 3.* Divitum ſuperbiam luxus prodit, & alit. Nuſquam major in ædibus, in ſupellectili, in ſatellitio, in curribus, in veſtibus & cultu, præſertim muliebri, magnificentia, nuſquam pompa ambitioſior. Divitiarum magis habetur ratio, quàm conditionum & dignitatum: *De breviſſimis loculis patrimonium grande profertur. Uno lino decies ſeſtertium inſeritur. Saltus & inſulas tenera cervix circumfert. Graciles aurium cutes calendarium expendunt, & ſiniſtra per ſingulos digitos de ſaccis ſingulis ludit. Hæ ſunt vires ambitionis, tantarum uſurarum ſubſtantium uno & muliebri corpuſculo bajulare.* Magnifica & pretioſa ſupellex divitum, vaſorum aureorum & argenteorum copia, ſuperbiam eorum nutriunt. Teſtis Iſaias, qui Deum graves pœnas Ezechiæ Regi comminatum fuiſſe refert, quòd Regis Babylonii Legatis theſauros ſuos, & magnificam ſupellectilem ſuperbè oſtentaſſet. *Quid viderunt in domo tua?* (inquit Propheta) & dixit Ezechias: *Omnia quæ in domo mea ſunt, viderunt: non fuit res quam non oſtenderim eis in theſauris meis.* Et dixit Iſaias ad Ezechiam: *Audi verbum Domini exercituum. Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizaverunt patres tui uſque ad diem hanc, in Babylonem, non relinquetur quidquam, dicit Dominus.* Quos ſcilicet in admirationem miraculi, quod Deus in gratiam ejus ediderat, & in ejuſdem veri Dei laudem convertere debuerat Ezechias, Babylonii Regis Oratores, eos ad ſupellectilis pretioſæ, theſaurorúmque ſuorum admirationem convertit.

Tertull. Lib. de Cultu Femin. Reli- ſæcula ſunt iſta ſpei noſtræ.

Tertull. Lib. de cultu Femin. Cap. 1.

Iſai. 39.



II. Divitiæ ſatellites voluptatis. *Pecuniæ obediunt omnia*, voluptates omnes famulantur, Chriſtianarum virtutum inimicæ. Voluptas *Mulier* illa *circumdata purpurâ & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione & immunditia fornicationis ejus: Et in fronte ejus nomen ſcriptum: Myſterium: de cujus vino fornicationis biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt*, ubi habitat, niſi in ædibus divitum? Ibi lautæ & quotidianæ epulæ, ludi, ſpectacula, pœnitentiæ, temperantiæ, caſtitatis inimica. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & manum egeno & pauperi non porrigebant....* Sæculi voluptates in quas plerumque divites immerguntur, Dei oblivionem inducunt. *Incraſſatus eſt, & recalcitravit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* De voluptariis illis divitibus Dominus ait: *Væ qui opulenti eſtis in Sion, qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterii... Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph.* Talis erat dives ille Epulo. *Et epulabatur quotidie ſplendidè.* Quis verò vitæ illius voluptariæ exitus? *Mortuus eſt & dives, & ſepultus eſt in inferno.* Unde Tertullianus: *Apud inferos*, inquit, *in divite convivia cruciantur, in paupere verò jejunia recreantur.*

Eccleſ. 10. 19

Apoc. 17. & 18.

Ezech. 16. 49.

Deuter. 32. 15

Amos. 6. 1. 4. 5. 6.

Lib. de Jejuniis.

III. Divites ſuperbi & voluptarii cor durum & immiſericors habent in pauperes, oculos ſuos ab iis avertunt, viſcera ſua illis claudunt: cùm omnia tribuant voluptati & cupiditati, negant omnia caritati. Rapina eſt de facultatibus ſuis pauperibus non impertiri. *Rapina pauperis in domo veſtra.* Duritia erga paupe-

Iſai. 3. 14.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

res, cauſa damnationis divitum. *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus . . . & nemo illi dabat.* Vide Lib. 3. *Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. de Peccatis, Cap. 6. Art. 6. Regulâ 5.* Divites bonorum ſuorum temporalium ſupremum & independens dominium non habent; nec iis uti poſſunt ut libet, ſed ſecundùm voluntatem Dei, & leges ab ipſo poſitas. Obnoxii ſunt reddendæ rationi, ut œconomi & diſpenſatores. *Quemadmodum enim regalis ærarii cuſtos, ſi commiſſas ſibi pecunias illis, quibus juſſus eſt diſtribuere, impartiri neglexerit, ſed in ſuas contulerit voluptates & delicias, plectitur & exauctoratur: ita vir dives ſe gerere debet adinſtar Quæſtoris cujuſpiam, qui ab ipſo Deo pecunias pauperibus erogandas acceperit. Quapropter ſi majorem ejuſmodi pecuniarum copiam, quàm poſcat ſua ipſius neceſſitas, ſuos in uſus convertat, ſe graviſſime plectendum eſſe noverit. Non enim ejus ſunt quæ poſſidet, ſed conſervorum quos egeſtas afflixerit.* Vide *Lib. 3. Theol. Dogm. & Moral. Tract. de Peccatis, Cap. 6. Art. 10. & Regulâ 1.* Difficillima igitur divitum ſalus, ut Chriſtus Dominus pronuntiavit. Fidei veritas eſt. *Amen, amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum cælorum. &c.* Et Apoſtolus: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem . . . Divitibus itaque hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.*

*S. Chryſoſt. Conc. 1. de Lazaro.*

*Matth. 19. 1. Tim. 6. 9.*



## FERIA VI. POST DOMINICAM II. QUADRAGESIMÆ.

*Crucior in hac flamma.* Luc. 16.

CUm pauci ſint inter homines, qui amore juſtitiæ à peccato coërceantur, illos ſaltem cohibere voluit Chriſtus timore pœnæ, quâ nulla gravior ac diuturnior cogitari poteſt. Ideo in heſterna S. Evangelii lectione Divitem Epulonem in inferno ſepultum, bonis omnibus privatum, malis omnibus afflictum, ſine fine cruciatum nobis ob oculos poſuit. In hodierno verò Evangelio malos & crudeles agricolas qui ſervos patris-familiâs, partem ceciderant, partem occiderant, partem lapidaverant, & tandem filium ejus extra vineam ejectum interfecerant, extremis ſuppliciis affectos commemorat. *Malos malè perdet.* Tria conſideranda ſunt in pœnis damnatorum. 1. Separatio à Deo, quæ pœna damni nuncupatur. 2. Cruciatus ab igne, quæ pœna ſenſûs appellatur. 3. Utriuſque pœnæ æternitas. Reprobi à Deo per vim & neceſſariò ſeparabuntur, quia ſponte à Deo in hac vita receſſerunt. Alligabuntur creaturæ crucianti, quia creaturis delectantibus in hoc mundo adhæſerunt. Numquam carebunt ſupplicio, quia numquam voluerunt carere peccato. Vide *Lib. 3. Theolog. Dogm. & Moral. Tract. de Peccatis, Cap. 3. n. 2.*

I. Homines carnales & animales in hac vita non capiunt quantum ſit malum à Deo ſeparari. Similes ſunt pueris rationis uſu deſtitutis, qui non intelligunt quàm grave malum ſit orbatum eſſe patre. Corpus quod corrumpitur, aggravat animam. In corpore velut in carcere degens, ignorantiæ tenebris impeditur, ne lucis æternæ, quæ Deus eſt, bonum contempletur. Verùm



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in momento ſeparationis ſuæ, Anima ex oppanſo corporis erumpit in apertum, in illam puram, meram & ſuam lucem, videt quantum malum ſit receſiſſe à Deo ſalutari ſuo, dereliquiſſe *fontem aquæ vivæ*, & fodiſſe ſibi *ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*. Quàm crudelis ſit æterna illa animæ à Deo ſeparatio, utcumque intelligetis, ſi cogitetis quàm miſera ſit conditio filii à patre exheredati, ſponſæ à ſponſo repudiatæ, membri à capite & corpore diſſoluti. Deus illius hominis pater erat, cælum hereditas: ea privatur ob contumacem inobedientiam, & horrendum ingrati animi vitium. Deus illius animæ ſponſus erat, hanc tenerè diligebat, ampliſſimam illi contulerat dotem: à ſponſo amantiſſimo receſſit, fornicata eſt cum amatoribus multis; ideo cum æterna ignominia repudiatur, & ab honorificentiſſimo ac ſuaviſſimo fœdere penitus aliena pronuntiatur. Chriſtus illius Chriſtiani caput erat, illum ſibi ut membrum conjunxerat: ſua culpa difforme, diſtortum, putridùmque membrum factum eſt; propterea reſecatur & projicitur. (Oſee. 2.) *Voca nomen ejus, Non populus meus* (ait Deus) *Quia vos non populus meus & ego non ero veſter*. Cùm Abſalom, poſt cædem fratris Amnon, mulieris Thecuitæ operâ revocatus eſſet, ea lege ut faciem Davidis Regis non videret, *Revertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat*: Poſt biennium miſit Joab ad Regem, dicens: *Obſecro ut videam faciem Regis: quod ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me*. Reprobus faciem Dei videre fruſtra deſiderabit, non videbit in æternum. Deum ſe amiſiſſe culpâ ſuâ, ob momentaneas voluptates ſemper videbit; in (Daniel. 12. 2.) hoc defixa erit ejus cogitatio totâ æternitate. *Evigilabunt in opprobrium, ut videant ſemper*... Videbit ſe (Pſal. 111.) Deum amiſiſſe abſque ulla ſpe recuperationis. *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit*. Peccator videbit, & iraſcetur: ſerâ illâ ſcilicet atque infructuoſa



pœnitentia. Nam cui magis iraſcetur, quàm ſibi, cùm dicet, *Quid nobis profuit ſuperbia, & divitiarum jactantia quid contulit nobis?* (Sap. 5. 8.) Videns illum exaltari in gloria, qui Dei mandata implevit, qui diſperſit & dedit pauperibus, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: quia illic erit fletus & ſtridor dentium. Deſiderium peccatorum peribit, nullo ſuccedente ſolatio.

II. Pœnâ ignis & quidem veri, cruciari damnatos, fidei veritas eſt: *Crucior in hac flammâ*. Quomodo crucientur, res humanæ rationi incomprehenſa. *Ignis* eſt *æternus*, & *inextinguibilis*: ignis urens, & reficiens, quo miſeræ illæ divinæ ultionis victimæ ſaliuntur, ut conſerventur in pœnis. *Omnis enim igne* (Marc. 9.) *ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur*. Hæc eſt *ſecunda mors. Et qui non eſt inventus ſcriptus in libro* (Apoc. 20. 15.) *vitæ, miſſus eſt in ſtagnum ignis*. Ignis eſt Dei vindicis virtute ad cruciandos impios ſecundùm animam, & corpus (cùm illud ad damnationis & miſeriæ cumulum reſumpſerint) applicatus. *Ignis ſuccenſus eſt* (Deut. 32. 22.) *in furore meo, & ardebit uſque ad inferni noviſſima*. O quàm *horrendum eſt incidere in manus Dei viventis!* (Hebr. 10. 31.) Omne tormentorum genus quolibet momento (ſi ita de æternitate loqui fas eſt) ab igne tartareo damnati patientur, quicquid exquiſitior quæque tyrannorum crudelitas adinvenit unquam ſuppliciorum ut Martyres cruciaret; quicquid in omnibus morbis ſimul ſumptis acerbius cogitari poteſt, quicquid in tormentis omnibus ſimul ſumptis immanius & terribilius. Ideo locus & centrum tormentorum à Divite epulone appellatur. *Ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum*. Ignis eſt comburens tantùm, non illuminans: in nocte enim æterna, in tenebris perpetuis erunt damnati. Dei omnipotentia flammam ſeparat à luce ignis, ad ſupplicium impiorum, qui clauſerunt oculos ne lumen divinæ legis & gratiæ viderent. *Vox Domini* (Pſalm. 28.) *intercidentis flammam ignis*. Omnes animæ faculta-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tes, omnia corporis damnati membra ignis ille inquiſitor ſcrutabitur, ut per quæ quis peccaverit, per hæc & puniatur; ut pro menſura delicti ſit & plagarum modus; ut quantùm peccavit & in deliciis fuit, tantum ei detur tormenti & luctûs. *Apoc. 18.*

III. Cruciabuntur autem ſine pœnarum remiſſione, nullus erit eis tormentorum finis. Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 3. 3.* Deus mutari non poteſt, verbum ejus immobile eſt. odio ſemper habebit impium & impietatem ejus. Voluntas ejus non mutabitur ab infligendo ſupplicio, ſicut nec reproborum voluntas convertetur umquam à peccato. *Voca nomen ejus, Abſque miſericordia, quia non addam ultra miſereri domui Iſrael, ſed oblivione obliviſcar eorum.* *Osee 1.* Non habebunt requiem die ac nocte: *Quærent mortem, & non invenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* *Apoc. 9. 6.*

Cùm Iſraëlitæ viderunt Core, Datan & Abiron in pœnam ſchiſmatis & ſeditionis à terra abſorptos, fugerunt horrore & timore correpti ac pene exanimati, *At vero omnis Iſraël qui ſtabat per gyrum: fugit ad clamorem pereuntium, dicens, Ne forte & nos terra deglutiat.* *Num. 16. 34.* Et nos timeamus, fugiamus ad Dei miſericordiam. Timeamus, non ignem præcipuè & combuſtionem æternam, ſed ſeparationem ſempiternam à Deo, privationem

*S. August. Serm. 161. alias 18. de Verbis Apost. C. 14.*

» perpetuam viſionis & amoris Dei. Lubricos & inhoneſ-
» tos amatores attendite; ſi quis amore feminæ laſcivus &
» nequam veſtit ſe aliter quàm illi placet. Illa dixerit,
» Nolo habeas talem byrrhum; non habet: Si per hyemem
» illi dicat, In lacerna te amo, *Eligit tremere, quàm diſ-*
» *plicere.* Numquid illa cui diſplicet, damnatura eſt?
» Numquid in carcerem miſſura? Numquid tortores ad-
» hibitura? Hoc ſolum ibi timetur, *Non te videbo*: hoc
» ſolum ibi contremiſcitur, *Faciem meam non videbis...*
» *Si hoc impudica dicit, & terret: Deus dicit, & non*
» *terret? Sanè plurimùm, ſed ſi amamus.* Si autem non



amamus, non inde terremur; ſed terremur ut ſervi, «
de igne, de gehenna, de atrociſſimis tartareis minis, «
de exaggeratiſſimis diaboli angelis, ejúſque ſuppliciis? «
Vel inde terreamur. Si illud minùs amamus, vel illa «
timeamus. «

---

## DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

*Erat Jeſus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum: & cùm ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.* Luc. IX. 14.

Lingua multorum bonorum & malorum fons & origo. *Mors & vita in manu linguæ.* *Prov. 18. 21.* Id in hodierno Evangelio videmus. 1. Dæmon ligat linguam infelicis hominis, illúmque mutum efficit, ne ſe peccatorem confiteatur, ac Deum laudet. 2. Dæmon ſolvit linguas quorumdam ex Judæis ad blaſphemandum & maledicendum Chriſto. *Quidam autem ex iis dixerunt: In Beelzebud principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* 3 Spiritus Sanctus movet linguam piæ mulieris ad laudem Chriſti Jeſu. *Factum eſt autem, cùm hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* Sic triplex eſt hominum linguâ benè vel malè utentium genus. Quidam tacent cùm loquendum eſt, illi ſcilicet qui peccata ſua non confitentur. Quidam aliter loquuntur quàm loquendum eſt, ut blaſphemi & maledici. Pauci loquuntur ut loquendum eſt, qui ſcilicet linguâ ſuâ utuntur ad laudem Dei & ædificationem proximi, nec in verbis offendunt, *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.* *Jacobi 3. 2.* 1. Judæorum blaſphemias execramur, & Chriſtianorum blaſphemantium longè gravius crimen; quia illi Chriſtum mortalem vitam agen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tes, omnia corporis damnati membra ignis ille inquiſitor ſcrutabitur, ut per quæ quis peccaverit, per hæc & puniatur; ut pro menſura delicti ſit & plagarum modus; ut quantùm peccavit & in deliciis fuit, tantum ei detur tormenti & luctûs. *Apoc. 18.*

III. Cruciabuntur autem ſine pœnarum remiſſione, nullus erit eis tormentorum finis. Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 3. 3.* Deus mutari non poteſt, verbum ejus immobile eſt. odio ſemper habebit impium & impietatem ejus. Voluntas ejus non mutabitur ab infligendo ſupplicio, ſicut nec reproborum voluntas convertetur unquam à peccato. *Voca nomen ejus, Abſque miſericordia, quia non addam ultra miſereri domui Iſraël, ſed oblivione obliviſcar eorum.* (*Oſee 1.*) Non habebunt requiem die ac noctè: *Quærent mortem, & non invenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* (*Apoc. 9. 6.*)

Cùm Iſraëlitæ viderunt Core, Datan & Abiron in pœnam ſchiſmatis & ſeditionis à terra abſorptos, fugerunt horrore & timore correpti ac pene exanimati, *At vero omnis Iſraël qui ſtabat per gyrum: fugit ad clamorem pereuntium, dicens, Ne forte & nos terra deglutiat.* (*Num. 16. 34.*) Et nos timeamus, fugiamus ad Dei miſericordiam. Timeamus, non ignem præcipuè & combuſtionem æternam, ſed ſeparationem ſempiternam à Deo, privationem
» perpetuam viſionis & amoris Dei. Lubricos & inhoneſ-
» tos amatores attendite; ſi quis amore feminæ laſcivus &
» nequam veſtit ſe aliter quàm illi placet. Illa dixerit,
» Nolo habeas talem byrrhum; non habet: Si per hyemen
» illi dicat, In lacerna te amo, *Eligit tremere, quàm diſ-*
» *plicere.* Numquid illa cui diſplicet, damnatura eſt?
» Numquid in carcerem miſſura? Numquid tortores ad-
» hibitura? Hoc ſolum ibi timetur, *Non te videbo*: hoc
» ſolum ibi contremiſcitur, *Faciem meam non videbis...*
» *Si hoc impudica dicit, & terret: Deus dicit, & non*
» *terret? Sanè plurimùm, ſed ſi amamus.* Si autem non

*S. Auguſt. Serm. 161. alias 18. de Verbis Apoſt. C. 11.*



amamus, non inde terremur; ſed terremur ut ſervi, «
de igne, de gehenna, de atrociſſimis tartareis minis, «
de exaggeratiſſimis diaboli angelis, ejúſque ſuppliciis? «
Vel inde terreamur. Si illud minùs amamus, vel illa «
timeamus. «

---

## DOMINICA III. QUADRRGESIMÆ.

*Erat Jeſus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum: & cùm ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.* Luc. IX. 14.

LIngua multorum bonorum & malorum fons & origo. *Mors & vita in manu linguæ.* (*Prov. 18. 21.*) Id in hodierno Evangelio videmus. 1. Dæmon ligat linguam infelicis hominis, illúmque mutum efficit, ne ſe peccatorem confiteatur, ac Deum laudet. 2. Dæmon ſolvit linguas quorumdam ex Judæis ad blaſphemandum & maledicendum Chriſto. *Quidam autem ex iis dixerunt: In Beelzebud principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* 3 Spiritus Sanctus movet linguam piæ mulieris ad laudem Chriſti Jeſu. *Factum eſt autem, cùm hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* Sic triplex eſt hominum linguâ benè vel malè utentium genus. Quidam tacent cùm loquendum eſt, illi ſcilicet qui peccata ſua non confitentur. Quidam aliter loquuntur quàm loquendum eſt, ut blaſphemi & maledici. Pauci loquuntur ut loquendum eſt, qui ſcilicet linguâ ſuâ utuntur ad laudem Dei & ædificationem proximi, nec in verbis offendunt, *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.* (*Jacobi 3. 2.*) 1. Judæorum blaſphemias execramur, & Chriſtianorum blaſphemantium longè gravius crimen; quia illi Chriſtum mortalem vitam agen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tem, illi immortalem, glorioſum, & ad dexteram patris ſedentem blaſphemant. 2. Compatiamur infelicis hominis ſtatui, quem diabolus poſſidet ac mutum facit, ac multò magis doleamus vicem peccatoris, cujus linguam ligat & impedit ne peccata ſua confiteatur. 3. Piam mulierem Chriſtum palam honorantem & laudantem imitemur.

I. Blaſphemiæ gravitas & enormitas. ( *Lib. 4. Cap. 4. Art. 3. Regulis 31. 32. & 33.* ) In foro conſcientiæ nemo blaſphemiæ reus abſque graviſſima pœnitentia abſolvendus eſt. ( *Regulâ 34.* ) Quilibet Chriſtianus alterum blaſphemantem audiens, ipſum pro virili corripere & objurgare tenetur, & Judici Eccleſiaſtico vel ſæculari denunciare. ( *Regulâ 34.* ) Si Deum amamus, noſter his in occaſionibus zelus prodere ſe debet. *Contra publicos hoſtes & Majeſtatis reos omnis homo miles*, ( ait Tertullianus. ) Quis verè amicus patitur alterum amico ſuo obtrectare & maledicere coram ſe, nec amici partes ſuſcipit ac tuetur, obtrectatoris verò inſolentiam comprimit ? . . . Lethalis peccati rei ſunt Judices, qui blaſphemos ſecundùm leges non plectunt. ( *Regulâ 35.* ) Dei animadverſio in blaſphemos. ( *Art. 1. ejuſdem capitis, n. 7.* )

II. Dolendus ſtatus eorum, quos dæmon ſpiritaliter poſſidens, linguam eorum ligat & impedit ne peccata ſua confiteantur : quia privat eos bono ad ſalutem neceſſario : Bono excellenti ; Bono facili. De neceſſitate confeſſionis. ( *Lib. 2. Tract. de Sacrament. Pœnitentiæ, Cap. 5. Art. 3.* ) Mortuo Naas Rege Ammonitarum, Rex David miſit ad Hanon filium ejus Legatos, qui conſolarentur eum ſuper patris obitu. Cùm autem veniſſent Davidis Oratores in regionem Ammonitarum, dixerunt principes Ammonitæ Regi Domino
2. *Reg.* 10. ſuo : *Putas quòd propter honorem patris tui miſerit David ad te conſolatores, & non ideo ut inveſtigaret civitatem, & everteret eam ?* Sacerdotes legatione pro



Chriſto funguntur ad peccatores, non ſolùm ut eorum animas conſolentur, qui peccata ſua apud eos confitentur & deponunt : Sed ut verè pœnitentibus vitam reddant Chriſti auctoritate. Hæretici & impii ſacram illum legationem contemnunt & irrident, & confeſſionem ad exploranda familiarum arcana à Romanis Pontificibus, non à Chriſto inſtitutam blaſphemant. Sed à Chriſto delebuntur, ut Ammonitæ à Davide, niſi convertantur ab errore, & Sacramentalis confeſſionis neceſſitatem agnoſcant. Adverſùs eos pugnant Paſtores & Concionatores argumentis ex verbo Dei & traditione firmiſſimis; interimque Deo certaminis exitum commandant, qui ſolus eos vincere poteſt. *Obſide civita-* 2. *Reg.* 11.
*tem, & cape eam : ne cùm à me vaſtata fuerit urbs, nomini meo adſcribatur victoria* : ( aiebat Joab belli Dux ad Davidem loquens per Nuncios. )

Non ſolum neceſſaria eſt confeſſio Sacramentalis, ſed excellens & utilis. 1. Ad iram Dei placandam. 2. Ad ſatisfaciendum illius juſtitiæ pro peccatis noſtris. 3. Ad mores in melius emendandos. ( *Lib. 2. Tract. de Pœnitentia, Cap. 5. Art. 2.* )

Confeſſio facilis, quamvis multis conditionibus inſtructa eſſe debeat. 1. Confeſſio debet eſſe integra. Omnia peccata mortalia Sacerdoti aperire neceſſe eſt : circumſtantias etiam peccati ſpeciem mutantes : circumſtantias denique malitiam peccati plurimùm augentes. . . . Nec verò pudore, nec timore deterreri debet peccator ab integritate Confeſſionis . . . . Quatuor Confeſſionis impedimenta quomodo removenda ? ( *Ibid. Art. 6. §. 1.* ) Confeſſio ſimplex & nuda eſſe debet. ( *Ibid. §. 2.* ) Confeſſio debet eſſe humilis. Peccata minimè excuſanda. ( *§. 3.* ) Confeſſio debet eſſe lacrymabilis, id eſt, cum contritione conjuncta . . . . Quæ rationes elicere debeant lacrymas peccatori ? ( *Ibid. §. 6.* ) Confeſſio debet eſſe ad obedientiam parata; id eſt, pœnitens paratus eſſe debet ad parendum ſenten-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tiæ Sacerdotis in ſacro Tribunali prolatæ, & ad exequendum opera ſibi injuncta, tum in remedium peccati, tum ad ſatisfaciendum juſtitiæ divinæ. (*Ibid.* §. 7.) Confeſſio debet eſſe frequens & accelerata .... Eccleſia ſemper ſuſpectam habuit eorum pœnitentiam, qui ad mortem uſque illam procraſtinant ... Confeſſionis dilatio periculoſa ob multiplicem rationem. (§. 8.) Accuratum & diligens examen conſcientiæ præmittendum confeſſioni ... Accuratum, & diligens cenſendum eſt, in quo ea diligentia adhibetur, quæ in gravioris momenti negotiis adhiberi ſolet. (*Art. 7. Regulâ 6.*) Scrutanda ſunt gravia peccata, quod neceſſitatis eſt; & levia atque venialia, quod maximæ utilita-
*Cantic. 2.* tis. Capiendæ non ſolùm beſtiæ immanes, ſed & vulpes parvulæ, quæ demoliuntur vineas. Fodiendus paries; acutis inquiſitionibus cor aperiendum, non externa ſolùm, ſed & interna ſolius cordis & voluntatis peccata, cogitationes, intentiones, deſideria rimari
*Pſal. 76. 7.* oportet. *Exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum ... Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine ani-*
*Iſai. 38. 15.* *mæ meæ*: Omnia peccata commiſſionis, & omiſſionis: ſpiritualia, & carnalia: in Deum, in te ipſum, in proximum: cordis, oris, operis: ex ignorantia, ex cupiditate, ſive infirmitate, & ex malitia: omnia peccata in decem legis divinæ mandata commiſſa: omnia peccata ſuperbiæ, avaritiæ, luxuriæ, invidiæ, gulæ, iræ, acediæ: peccata in Spiritum Sanctum: peccata occultiſſima: peccata aliena, quæ participatione facta ſunt tua, quia ob cooperationem, conſilium, conſenſum, patrocinium, conniventiam, laudem, jure tibi à Deo imputantur: ut ſingula in Confeſſione aperiens
*Pſal. 18. 13.* Sacerdoti, dicere poſſis ſupplex Domino: *Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſervo tuo.*

III. Imitanda pia mulier Chriſtum honorans & laudans, illique benedicens his verbis: *Beatus venter qui*



*te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* Dei nomen multipliciter laudatur. (*Lib. 4. Cap. 4. Art. 1.*)

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Et ſunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.* Luc. XI. 26.

SIcut morbi corporis alii ſunt aliis graviores ac periculoſiores, difficiliúſque curantur; ita peccata alia ſunt aliis graviora, non paria, ut poſt Stoicos aſſeruit Jovinianus hæreticus. (*Lib. 3. de Peccatis, Cap. 2.*)

Graviora ſunt peccata quæ à Chriſtianis poſt Baptiſmum comittuntur, quàm quæ à Paganis, Turcis, vel Judæis, vel etiam Cathecumenis, ob triplicem rationem. (*Ibid. Cap. 4. Art. unico, Regula 54.*) Peccata poſt pœnitentiam & remiſſionem iterata, graviora ſunt. Quamobrem Abſolutio illis neganda eſt, qui de iiſdem peccatis ſemper ſe accuſant, & nunquam emendant. Qui pœnitentiam ita agunt, ut in eadem peccata relabantur, fœdiſſimè pœnitentiam agunt ... Adverſùs hanc alternarum prolapſionum & abſolutionum fœditatem ſtylum exacuerunt antiqui Patres ... Quàm grave ſit frequentium in eadem peccata prolapſionum malum, quàm infelix hominum ex conſuetudine peccantium ſtatus, Chriſtus, & Apoſtolorum ejus Princeps explicant ... Quàm gravem Deo inferant injuriam iteratæ illæ prolapſiones, luculenter exponit Tertullianus ... Peccatum poſt remiſſionem iteratum, gravius eſt ratione ingratitudinis. (*Lib. 2. Tract. de Pœnitentia, Cap. 7. Art. 3. Regulâ 11.*) Peccata ex pravo habitu & conſuetudine commiſſa, graviora ſunt peccatis ex infirmitate commiſſis ... Miſerabilis ſtatus hominis peccandi conſuetudine irretiti ... Gradus qui-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bus ad pravam conſuetudinem pervenit anima. . . Ex prava conſuetudine moralis quædam peccandi neceſſitas emergit. . . . Peccandi conſuetudo ad cordis duritiem ſenſim perducit. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Art unico, Regulâ 82.*) Dicat igitur peccator pœnitens cum ſponſa: *Expoliavi me tunicâ meâ*, tunicâ veteris hominis, *Quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* (Cantic. 5. 3.)

---

## FERIA II. POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

*Utique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice, cura te ipſum: Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Luc. 23.

CUm fama & celebritas miraculorum Jeſu apud Nazarenos pervulgata eſſet, illi æmulatione & invidia ducti contra Capharnaitas, apud quos tam crebra & tam inſignia prodigia ediderat, ſic affecti erant animo, ut illi occaſione datâ lubenter exprobrarent, quòd neglectâ civitate ſua, exteros beneficiis cumulaſſet. Et cur Dominus nulla apud cives ſuos miracula operatus eſt? Ob illorum invidiam. Hoc exemplo & oraculo declaratur (inquit S. Ambroſius) quòd fruſtra opem miſericordiæ cæleſtis expectes, ſi alienæ fructibus virtutis invideas. *Aſpernator enim Dominus invidorum eſt: & ab iis qui divina beneficia in aliis perſequuntur, miracula ſua poteſtatis avertit.* Non otioſè itaque Salvator excuſat; quòd nulla in patria ſua miracula fecerit. Neque enim cives poterat non amare, qui amabat omnes: ſed ipſi ſe caritate patriæ qui invident, abdicarunt. (Lib. 4. in Lucam.)

Opportuna ergo occaſio ſe nobis offert dicendi con-





tra invidiam, hujuſque morbi originem, gravitatem, & remedia exponendi, ut verbo Dei, & medicinali gratia Salvatoris, cooperante hominis voluntate, curetur. *Medice, cura te ipſum.* Invidiæ parens ſuperbia, ſed ſuperbia parvuli, qui revera in aliquo genere boni inferior eſt illis quibus invidet. *Parvulum occidit invidia.* Id exemplis Cain & Eſaü, fratrum Joſephi, & Saülis probatur. Invidia peccatum diaboli. *Invidiâ diaboli mors introivit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui ſunt ex parte ejus.* Hæc peſtis illius origo. (Job. 5. 2. Geneſ. 4. Geneſ. 27. Geneſ. 37. 1. Reg. 18. Sap. 2. 24.)

Morbi illius gravitas maxima. *Radix eſt malorum omnium, fons cladium, ſeminarium delictorum, materia culparum. Inde odium ſurgit, animoſitas inde procedit. Avaritiam zelus inflammat; dum quis ſuo non poteſt eſſe contentus, videns alterum ditiorem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus auctiorem. Dei timor ſpernitur, magiſterium Chriſti negligitur, judicii dies non providetur. Inflat ſuperbia, exacerbat ſævitia, perfidia prævaricatur, impatientia concutit, furit diſcordia, ira ferveſcit. Hinc Dominicæ pacis vinculum rumpitur, hinc caritas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas ſcinditur, ad hæreſes atque ad ſchiſmata proſilitur, dum obtrectatur Sacerdotibus, dum Epiſcopis invidetur.* (S. Cyprian. Tract. de zelo & livore.) Quinque filias parit invidia, ſcilicet odium, ſuſurrationem, detractionem, exultationem in adverſis proximi, & afflictionem in proſperis. *Putredo oſſium invidia: Quia per livoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum . . .* Invidia *permanens jugiter malum, & ſine fine peccatum . . . Tale malum invidia eſt, quâ nulla unquam malignitas pejor.* (Prov. 14. 30. S. Greg. M. Lib. 5. Moral. Cap. 31. S. Cyprian. loco cit. S. Chryſoſt. Hom. 41. in Matth.) Hujus morbi ſymptomata, vultus minax, torvus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor, ſtridor in dentibus, verba rabida, effrenata convitia, manus ad cædis violentiam prompta. *Noli æmulari ut maligneris . . . Obſervabit peccator juſtum, & ſtridebit ſuper eum* (Pſalm. 36. 1. 12.)



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*dentibus ſuis. Dominus autem irridebit eum ....*
*Rom. 3. 14.*
*Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognoverunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Nullum peccatum in genere invidiæ gravius eſt fraternæ caritatis invidentiâ. (*Lib. 3. Theolog. Moral. Cap. 9. Art. 2. Reg. 5.*

*S. Cyprian. Tract. de Zelo & livore.*
Invidiæ cura difficilis. *Multò malum levius, & periculum minus eſt, cùm membra gladio vulnerantur. Facilis cura eſt, ubi plaga perſpicua eſt, & citò ad ſanitatem medela ſubveniente perducitur vulnus quod videtur. Zeli vulnera abſtruſa ſunt & occulta, nec remedium curæ medentis admittunt, quæ ſe intra conſcientiæ latebras cæco dolore clauſerunt.* Vide *Theolog. Dogmat. & Moral Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 9. Art. 1.* Non deſunt tamen remedia ſalutaria contra morbum illum lethiferum. 1. Remedium, conſideratio gravitatis iſtius peccati. 2. Conſideratio ignaviæ invidorum. 3. Conſideratio ſocietatis ſpiritualis, quam inter ſe fideles habent, cujus ratione alterius bona quiſque ſua exiſtimare debet.
*S. Greg. M. Paſtoral. p. 3. Admon. 11.*
*Noſtra ſunt, quæ etſi imitari non poſſumus, amamus in aliis, & amantium ſunt quæcumque amantur in nobis.* 4. Remedium, alienæ virtutis imitatio.
*S. Auguſt. in Pſal. 118.*
*Si invides juſto, res in voluntate eſt; eſto quod doles eſſe alterum. Non enim empturus es quod tu non es, & alius eſt: gratis conſtat, citò conſtat. Pax in terra hominibus bonæ voluntatis.* 5. Remedium, rerum humanarum contemptus. 6. Studium ſpiritalis profectûs ex doctrina & ſermonibus eruditorum virorum & celebrium Concionatorum capeſſendi.
*S. Baſil.*
*Fontem ſcaturientem obturat nemo, ſole ſplendente nemo oculos obvelat, neque illis invidet, ſed ſibi ipſi comprecatur ut frui contingat.* Vide *Lib. 3. Theolog. Dogmat. & Moral.* Tract. & Cap. ſuperiùs indicatis, *Art. 3.* Quiſquis corporis Chriſti membrum eſt, &



Dominum Jeſum, ejúſque Eccleſiam amat; quicquid alia membra habent, id ſibi cum aliis commune exiſtimat.
*S. Auguſt. Tract. 32. in Joan.*
*Si amat unitatem, etiam tibi habet quiſquis in illa habet aliquid. Tolle invidiam, & tuum eſt quod habeo: Tollam invidiam, & meum eſt quod habes. Livor ſeparat, caritas jungit. Oculus ſolus videt in corpore, ſed numquid ſibi ſoli oculus videt? Et manui videt, & pedi videt, & ceteris membris videt.*

Tandem cùm in hac ægritudine, ceteriſque morbis ſpiritualibus, principium ſanitatis non ſit in natura, nec in voluntate infirma, ſed in ſola gratiâ medicinali Salvatoris, qui ſanat omnes infirmitates noſtras, illius auxilium jugiter implorandum eſt ut invidiæ morbum in nobis & in aliis curet, noſque ab ea peſte ſervet incolumes, ſi animas noſtras non inficit. Sed & poſtquam ab invidiæ morbo, aliiſve morbis ſpiritualibus per Chriſti gratiam ſanati fuerimus, gratia ejus ſemper invocanda eſt, ne in morbum relabamur. Hoc enim inter medicum hominem, & Deum diſcrimen eſt, quòd
*S. Auguſt. lib. de Natura & Gratia, Cap. 26.*
*Medicus homo, cùm ſanaverit hominem, jam de cetero ſuſtentandum elementis & alimentis corporalibus, ut eadem ſanitas apto ſubſidio convaleſcat atque perſiſtat, Deo dimittit, qui præbet iſta in carne viventibus cujus erant etiam illa, quæ dum curaret, adhibebat. Non enim quemquam Medicus ex his rebus, quas ipſe creaverit, ſanat, ſed ex illius opibus qui creat omnia neceſſaria ſanis atque vitioſis. Ipſe autem Deus, cùm per Mediatorem Dei & hominum hominem Jeſum Chriſtum, ſpiritualiter ſanat ægrum, vel vivificat mortuum, id eſt juſtificat impium, & cùm ad perfectam ſanitatem, hoc eſt, ad perfectam vitam juſtitiamque perduxerit, non deſerit ſi non deſeratur, ut piè ſemper juſtèque vivatur. Sicut enim oculus corporis etiam pleniſſime ſanus, niſi candore lucis adjutus non poteſt cernere: ſic & homo etiam perfectiſſime juſtificatus, niſi æterna luce juſtitiæ divinitus adjuvetur, rectè non poteſt vive-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*re. Sanat ergo Deus, non ſolùm ut deleat quod peccavimus, ſed ut præſtet etiam ne peccemus.*

---

## FERIA III. POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

*Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe illum inter te & ipſum ſolùm: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Matth. 18.

NUllus certior gradus ad amorem Dei, quàm hominis erga hominem caritas. *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Te autem ipſum ſalubriter diligis, ſi plus quàm te diligis Deum. Quod ergo agis tecum, id agendum cum proximo eſt, ut ipſe etiam perfecto amore diligat Deum. *Non enim enim diligis tamquam te ipſum, ſi non ad id bonum, ad quod ipſe tendis, adducere ſatagis. Illud eſt enim unum bonum, quod omnibus tecum tendentibus non ſit anguſtum.* Ex hoc præcepto naſcuntur omnia officia ſocietatis humanæ in eo poſita, primò ut nulla malitia, nullo dolo malo adverſus hominem utamur. Duobus autem modis in hominem peccatur; *Uno, ſi lædatur: alio, ſi cùm poteſt, non adjuvetur: quorum neutrum qui diligit, facit.* Secundò, ut proximo benefaciamus, ſive ſecundùm corpus, ſive ſecundùm animam. Ad corpus pertinet *Medicina*, ad animam *Diſciplina*. Medicinæ nomine ſubſidia omnia hic intelligimus, quæ ad corporis ſalutem tuendam vel inſtaurandam ſunt neceſſaria, non ſolùm morborum remedia, ſed etiam cibus, potus, indumenta, tectum, defenſio. Diſciplina duo complectitur, coërcitionem, & inſtructionem. *Coercitio timore, inſtructio amore perficitur ejus, cui per diſciplinam ſubvenitur. Qui ergo diligit proximum, agit quantum poteſt ut ſalvus corpore, ſalvuſ-*

S. August. lib. de Moribus Eccleſiæ Cath. c. 26.



*que animo ſit.* Hoc fundamento nititur officium correptionis fraternæ.

Fraternæ correptionis officium imperat caritas: dirigere debet prudentia cum manſuetudine conjuncta: ſuſcipere debet correptionis medicamentum docilis humilitas.

I. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe illum.* Hoc officium illi debemus, quia frater eſt, quia ejuſdem corporis Chriſti membrum; quia in extrema neceſſitate conſtitutus; gravior enim animæ morbus, quàm corporis. Porrò ſi de paupere gravem neceſſitatem patiente aiunt Patres, *Non paviſti, occidiſti*: Quantò magis de peccatore dicendum: Non corripuiſſti, occidiſti; Si errantem proximi bovem vel aſinum ad ipſum reducere lege caritatis teneris: multò magis ipſum non ſolùm à Deo errantem, ſed perditum teneris ad Deum fraterna correptione revocare. *Si neglexeris, pejor es. Ille injuriam fecit, & injuriam faciendo, gravi ſe ipſum vulnere percuſſit: tu vulnus fratris tui contemnis? Tu enim vides perire, vel periiſſe, & negligis? pejor es tacendo, quam ille conviciando.* Peccant graviter qui fraternæ correptionis officium prætermittunt ex inordinato amore, ex cupiditate, ex timore, vel ex ſtupore. Ne putes te amare filium, ſervum, amicum, quando illum peccantem non corripis. *Non eſt iſta caritas, ſed languor. Noli in homine amare errorem, ſed hominem. Hominem Deus fecit, errorem ipſe homo fecit. Ama quod Deus fecit, noli amare quod ipſe homo fecit. Cùm illud amas, illud tollis: cùm illud diligis, illud emendas.* Noli timere ne ſis moleſtus amico, ne odium ejus incurras corripiendo peccantem. Numquid non ipſum ligares, ſi eſſet phreneticus; non excitares, ſi letargicus? Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: ſed *perſeverat diligentia caritatis, phreneticum ligare, lethargicum ſtimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, ſed*

S. August. Serm. 16. alias 16. de Verbis Dom.

S. August. Tract. 7. in Epiſt. 1. Joan.

S. August. Epiſt. [illegible] alias 67.

*ambo diliguntur; ambo moleſtati, quandiu ægri ſunt indignantur, ſed ambo ſanati gratulantur.*

Eccli. 4. 29. *Ne* igitur *reverearis proximum tuum in caſu ſuo, nec retineas verbum in tempore ſalutis.* Eſto Dei imitator, de quo ait Sapiens: Sap. 12. 2. *Eos qui exerrant partibus corripis; & de quibus peccant, admones & alloqueris, ut relictâ malitiâ credant in te, Domine.* Eſto imitator Chriſti, qui ad hoc venit in mundum ut deſtrueret corpus peccati, ut opera diaboli diſſolveret. Zelus gloriæ Dei, ſalus proximi, quem lucraris, ipſa tua utilitas, & promiſſa caritati præmia te urgeant. Vides fratrem currere ad theatrum? prohibe, mone, contriſtare, ſi zelus domus Dei comedit te. Vides alios currere, & inebriari velle? &c. prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, quibus potes blandire, noli tamen quieſcere. S. Auguſt. Tract. 10. in Joan. n. 9. *Amicus eſt? admoneatur leniter? Uxor eſt? ſeveriſſimè refrenetur. Ancilla eſt? etiam verberibus compeſcatur. Fac quicquid potes, pro perſona quam portas, & perficis: Zelus domus tuæ comedit me. Si autem fueris frigidus, marcidus, ad te ſolum ſpectans, & quaſi tibi ſufficiens, & dicens in corde tuo, Quid mihi eſt aliena curare peccata? Sufficit mihi anima mea, ipſam integram ſervem Deo. Eia, non venit tibi in mentem ſervus ille qui abſcondit talentum, & noluit erogare....* Noli quieſcere lucrari Chriſto, quia te lucratus eſt & redemit Chriſtus, illi ad ſalutem fratris cooperare. Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 4. Cap. 2. Art. XI. Regulis 39. 40. 41. 42. 45. 46. 48. 51.*

II. Fraternam caritatem dirigere debet prudentia cum manſuetudine conjuncta. Qui fraternæ correptionis officium exercet, attendere debet cui loquatur, quando loquatur, & qualiter loquatur. Non eſt corripiendus, niſi quem peccaſſe certò noveris. Suſpicionibus, aut infidis relationibus nihil hac in re tribuendum. *Si peccaverit*



*frater tuus.* Privati non debent in vitam aliorum inquirere, ut reprehenſionis & correptionis materiam inveniant. *Admonet nos Dominus non negligere invicem noſtra peccata, non quærendo quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas.* Unde Spiritus Sanctus per os Sapientis ait: *Ne quæras impietatem in domo juſti, & ne vaſtes requiem ejus.* S. Auguſt. Serm. 16. alias 16. de Verbis Dom. Proverb. 24. Omittenda eſt fraterna correptio, ſi probabile ſit illi qui corripitur nihil profuturam, immo illius occaſione in nova crimina ruiturum. *Noli arguere deriſorem, ne oderit te.* Prov. 9. 8. Neque tamen juſto timendum eſt, ne deriſor, cùm corripitur, contumelias inferat, ſed ne tractus ad odium pejor fiat. Obſervandum tempus opportunum correctioni. *Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſcivus autem & imprudens non ſervabunt tempus.* S. Greg. Lib. 8. Moral. Cap. 24. Eccli. 20. 7. Hinc Apoſtolus: *Inſta opportunè*, inquit, *importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.* 2. Tim. 4. Vide *Lib. 4. Theolog. Dogmat. & Mor. Cap. 2. Art. XI. Regulâ 51.* Servandus eſt in correptione fraterna ordo à Chriſto inſtitutus. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ.* Matth. 18. Corripe inter te & ipſum ſolum, *intendens correctioni, parcens pudori.* S. Auguſt. Serm. 16. alias 16. de Verbis Dom. Nathan Propheta Davidem Regem corripiens egregium prudentiæ ſpecimen dedit. De quo S. Gregorius M. « Aliquando, inquit, cùm hujus ſeculi Potentes « arguuntur, priùs per quaſdam ſimilitudines velut de alie- « no negotio requirendi ſunt: & cùm rectam ſententiam « quaſi in alterum protulerint, tunc modis congruenti- « bus de proprio reatu feriendi ſunt: ut mens temporali « potentiâ tumida contra corripientem nequaquam ſe eri- « gat, quæ ſuo ſibi judicio ſuperbiæ cervicem calcat: & « in nulla ſui defenſione ſe exerceat, quam ſententia pro- « prii oris ligat. Hinc eſt quòd Nathan Propheta argue- « 2. Reg. 12. S. Greg. M. 3. p. Paſtor. Cura. Admon. 2.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

te Regem venerat, & quaſi de cauſa pauperis contra divitem judicium quærebat; ut priùs Rex ſententiam diceret, & reatum ſuum poſtmodum audiret, quatenus nequaquam juſtitiæ contradiceret, quam ipſe in ſe protuliſſet. Vir itaque Sanctus & peccatorem conſiderans, & Regem, miro ordine audacem reum priùs per confeſſionem ligare ſtuduit, & poſtmodum per invectionem ſecare. Celavit paululum quod quæſivit, ſed percuſſit repente quem tenuit. Pigriùs enim fortaſſe incideret, ſi ab ipſo ſermonis exordio apertè culpam ferire voluiſſet: ſed præmiſſa ſimilitudine, eam quam occultabat exacuit increpationem. *Ad ægrum Medicus venerat, ſecandum vulnus videbat, ſed de patientia ægri dubitabat. Abſcondit igitur ferrum medicinale ſub veſte, quod eductum ſubitò fixit in vulnere, ut ſecantem gladium ſentiret æger antequam cerneret; ne ſi ante cerneret, ſentire recuſaret.*

Non eodem modo omnes corripiendi, ſed variis modis, habita ratione ſexus, ætatis, indolis, conditionis, dignitatis. *Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut ſorores.* Rori ſimilis eſt caritas, qui variis terrarum, in quas decidit, ſeſe neceſſitatibus attemperat. Eadem ſemper caritas alios parturit, cum aliis infirmatur, ad alios ſe inclinat, ad alios ſe erigit, aliis blanda, aliis ſevera, nulli inimica, *omnibus Mater.*

1. Tim. 5.

S. Auguſt.

Manſuetudo prudentiæ adjungenda. *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.* Et, *Servum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem.* Dilige, & dic quod voles. *Foris terribiliter*

Galat. 6.

2. Tim. 2.



*perſonet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio ... Neque ergo conſentientes ſitis malis, ut approbetis; neque negligentes, ut non arguatis: neque ſuperbientes, ut inſultanter arguatis.* Vide *Lib. 3. Theol. Dogmat. & Moral. Cap. 2. Art. XI. Regulâ 59.*

S. Auguſt. Serm. 61. aliàs 16. de Verbis Dom.

III. Chriſtianus quiſque peccans correptionis medicamentum docili & humili animo ſuſcipere debet, cùm à fratre corripitur. *Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum,* (ait Sapiens.) *Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientium commorabitur. Qui abjicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis ...... Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei ſuperveniet interitus: & eum ſanitas non ſequetur.* Correptionis impatientes homines faciunt ſuperbia & amor proprius. Sicut recti de quibuſdam, quæ ab eis non rectè geſta ſunt, correptionis vocem, miniſterium caritatis æſtimant: ſic perverſi contumeliam deriſionis putant. Illi ſe protinus ad obedientiam ſternunt: iſti ad inſaniam ſuæ defenſionis eriguntur. Illi correptionis adjutorium, vitæ ſuæ patrocinium deputant, per quod dum præſentis vitii culpa corripitur, venturi Judicis ira temperatur: iſti dum ſe impeti redargutione conſpiciunt, gladium percuſſionis credunt: quia dum per correptionis vocem culpa detegitur, præſentis gloriæ opinio fœdatur. Hinc quippe in laudem juſti per Salomonem dicit Veritas: *Doce juſtum, & feſtinabit accipere.* Hinc pravorum contumaciam deſpicit, dicens: *Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit injuriam.* Nam fit plerumque ut cùm correpta in ſe mala defendere nequeunt, ex verecundia pejores fiant; ac ſic in ſua defenſione ſuperbiant, ut quædam vitia contra vitam corripientis exquirant, & eo ſe criminoſos non æſtiment, ſi crimina & aliis imponant. Qui cùm vera invenire neque-

Prov. 17. 10.

Prov. 15. 31. 32.

Prov. 29. 1.

S. Greg. M. Lib. 10. Moral. C. 2.

Prov. 9.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

unt, fingunt: ut ipſi quoque habeant, quod non impari juſtitia increpare videantur.

S. Auguſt. Epiſt. 22. alias 19. Scitè igitur S. Auguſtinus ait: *Multò eſt mirabilius & laudabilius, libenter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deviantem.*

---

## FERIA IV. POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

*Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?* Matth. 15.

QUæ Scribis & Phariſæis vitia Chriſtus exprobrat, majori Chriſtianorum parti exprobrari jure poſſunt. Ex iis enim qui pietatem profitentur, plurimi externa dumtaxat religionis opera faciunt, ſpiritum verò religionis non habent: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Specie pietatis illudunt hominibus, Deo ſervire videntur, & cupiditati ſuæ ſerviunt aut ambitioni, Deo utuntur ut fruantur mundo. *Similes ſepulcris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.* Sic exteriùs juſti videntur hominibus, *intus autem* pleni ſunt *hypocriſi & iniquitate.* Alii quædam pietatis exercitia ab hominibus inventa ſtudioſè ſectantur & obſervant: Legis verò divinæ præcepta negligunt. *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.* Alii benignos & commodos Directores quærunt & eligunt, qui eos in via Chriſtianæ profeſſionis dirigant ſecundùm opiniones & doctrinas hominum, qui eorum cupiditatibus blandiantur, & Chriſti jugum emolliant. Moralis Evangelicæ puram lucem non amant, expaveſcunt ſi per eam illos dirigere velint conſcientiæ Moderatores. *Si ſubitò ap-*

Matth. 23.

Job. 24.



*paruerit aurora, arbitrantur umbram mortis.* Cæci ſunt, & cæcitatem ſuam amant; cæci ſunt, & ductores cæcos habere malunt quàm videntes. *Cæci ſunt & duces cæcorum.* Plurimi denique, & pene omnes omnis ſexus, ætatis, ſtatûs, conditionis, Dei mandata tranſgredi non verentur. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum. *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei?* Quam excuſationem proferre poſſunt? Nullam omnino. Siquidem Mandatorum Dei obſervantiam ſuadent 1. Auctoritas & beneficentia Dei Chriſtique jubentis. 2. Facilitas illa adimplendi. 3. Felicitatis æternæ iis, qui illa obſervant, promiſſio.

I. His verbis, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, quæ Deus Decalogo præmittit, cùm Majeſtatem, tum bonitatem ſuam commendat, quæ in Legiſlatore conjuncta eſſe oportet, ut Majeſtas legibus auctoritatem; bonitas amorem obſervandæ legis apud ſubditos conciliet. Dominum ergo & Deum ſe nuncupat, ut priori nomine majeſtatem, altero bonitatem ſuam hominibus ſignificet. Addit ad beneficientiæ ſuæ commendationem, *Qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſervitutis.* Quod beneficium etſi Judæis tantùm videtur convenire ab Ægyptiorum dominatione liberatis: tamen ſi ſalutis noſtræ interiorem rationem ſpectemus, quam Deus miſſo propter nos Filio ſuo per illum operatus eſt, multò magis ad Chriſtianos homines pertinet: qui non ex Ægyptiaca ſervitute, ſed è peccati & umbræ mortis regione, ac poteſtate tenebrarum à Deo erepti, atque in regnum Filii ejus tranſlati ſunt. *Ecce dies veniunt, & non dicetur ultra: Vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de terra Ægypti; ſed, Vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de terra Aquilonis, & de univerſis terris ad quas ejeci eos: & reducam eos in Terram ſuam, quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam Piſcatores multos, & piſcabuntur eos.* Clamemus igi-

Exod. 20. 21. Deut. 5. 6.

Jerem. 16.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Pſal. 118. 73.

tur ad Dominum cum Propheta: *Manus tuæ fecerunt me & plaſmaverunt me, da mihi intellectum ut diſcam mandata tua.* Nam mandata Dei multi diſcunt, & non diſcunt. Noverunt enim ea quadam notitiâ, & rurſus quadam ignorantiâ, quoniam non faciunt, non noverunt. Eo modo ergo dixit, *Ut diſcam mandata tua*, eâ ſcilicet notitia quâ fiunt. Hoc autem non fit niſi per dilectionem, ubi qui facit habet delectationem: *Manus tuæ fecerunt me; Da mihi intellectum ut diſcam mandata tua.* Quia tu formaſti, tu reforma: ut fiat in corpore Chriſti quod ait Apoſtolus; *Reformamini in novitate ſenſus veſtri.* Vide *Lib. 4. Theolog. Dogm. & Moral. Cap. 2. Art. 3.*

S. Auguſt. Serm. 11. 21. & 22. in hunc Pſalm.

Rom. 12.

II. Mandata Dei non ſolùm impoſſibilia non ſunt, immò verò facillima & ſuaviſſima, dulciora ſuper mel & favum. *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve* (inquit Chriſtus Jeſus) *Hæc eſt enim caritas Dei* (inquit dilectus Diſcipulus) *ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt.* Nam amor in Legiſlatorem, facilem & gratam facit legem, etſi videatur aliquam habere difficultatem . . . Alia ſarcina premit & aggravat te, Chriſti autem ſarcina ſublevat te. Alia ſarcina pondus habet, Chriſti ſarcina pennas habet. Nam & avi ſi pennas detrahas, quaſi onus tollis; & quo magis onus abſtuliſti, eo magis in terra remanebit. Quam exonerare voluiſti, jacet: non volat, quia tuliſti onus: Redeat onus, & volat. Talis eſt Chriſti ſarcina. Portent illam homines, non ſint pigri: & invenient quàm ſit levis, quàm ſuavis, quàm jucunda, quàm rapiens in cælum & eripiens à terra. Omnia dura & laborioſa cupiditas prorſus facilia & levia efficit: quid igitur caritas non faciat? Vide *Lib. 3. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 2. Art. 4.*

Matth. 11. 12.

S. Joan. Chryſoſt. in Pſal. 11.

S. Auguſt. in Pſal. 13.

III. Lex vetus temporalia dumtaxat bona expreſſè aperteque promittebat. *Omne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, cave diligenter ut facias: ut poſſitis*

Deut. 8. 1.



*vivere, & multiplicemini, ingreſſique poſſideatis Terram, pro qua juravit Dominus patribus veſtris.* Evangelium verò ſpiritualia & æterna bona promittit. Illa remunerationem terrenam, iſtud felicitatem æternam pollicetur. Unde novum Teſtamentum Apoſtolus vocat *Introductionem melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum;* Et Jeſum *melioris Teſtamenti ſponſorem & Meditorem* eſſe docet, *Quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.* In hoc autem maximè ſuam in nos clementiam, & ſummæ bonitatis divitias Deus oſtendit, quòd cùm ſine ullo præmio cogere nos potuiſſet ut ejus gloriæ ſerviremus, voluit tamen ſuam gloriam cum utilitate noſtra conjungere: ut quod homini utile, idem eſſet Deo glorioſum. Vide *Lib. 4. Theol. Dogm. & Mor. Cap. 2. Art. 5.* Agnoſcite ergo quotquot mundi leges & mores ſequimini, poſthabitis & neglectis Dei mandatis, *Quoniam nihil melius eſt quàm timor Dei: & nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis Domini. Gloria magna eſt ſequi Dominum.*

Hebr. 7.

Eccli. 23. 27. 28.

---

## FERIA VI. POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

*Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forſitan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam.* Joan. 4.

PRetioſum illud donum Dei, de quo Jeſus cum Samaritana muliere loquitur, & cujus deſiderium illi inſpirat, gratia Dei eſt. Hoc donum omnibus donis temporalibus incomparabiliter antecellit; majoris adhuc doni, ſcilicet gloriæ principium & pignus eſt. Sine hoc dono nihil poſſumus, cum illo poſſumus om-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nia; quo fit ut bonum operemur, quo prohibemur à malo, quo totum ſumus, ſi quid coram Deo ſumus. *Gratiâ Dei ſum id quod ſum.* Cæleſtis hujus doni excellentiam cognoſcere, officii noſtri eſt, ne cognitionis hujus defectu deeſſe nos contingat noſtris erga Auctorem gratiæ officiis. *Si ſcires donum Dei.* 1. Gratia donum Dei merè gratuitum eſt: aſſiduè ergo à Deo petenda eſt in oratione. 2. Gratia libertatem noſtram ſuaviter allicit, monet, ac regit: ipſi ergo fideliter cooperandum. 3. Gratia efficaciſſimè & invictiſſimè in nobis & nobiſcum operatur omne bonum: ad eam igitur humiliter referendum eſt quicquid boni agimus, & gratiæ Deo ſemper agendæ ſunt. Catholicas illas de gratia Chriſti veritates in Samaritanæ mulieris converſione hodierna Sancti Evangelii lectio nos docebit.

I. Gratiam ſecundùm merita noſtra non dari, fidei
Rom. xi. 6. dogma eſt. Hoc probat ipſum gratiæ nomen. *Si enim gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non*
Epheſ. 2. 8. *eſt gratia.* (ait Apoſtolus) Et, *Gratiâ eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum eſt: non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Nullum enim bonum opus primam gratiam præcedit, cùm de noſtro non habeamus niſi mendacium & peccatum. Hæc ſunt inconcuſſa fidei dogmata, S. Auguſtino interprete:

S. Auguſt. Epiſt. 217. aliàs 107.
*Scimus gratiam Dei nec parvulis nec majoribus ſecundùm merita noſtra dari.*

*Scimus majoribus ad ſingulos actus dari.*

*Scimus non omnibus hominibus dari, & quibus datur, non ſolùm ſecundùm merita operum non dari, ſed nec ſecundùm merita voluntatis eorum quibus datur.*

*Scimus quibus datur, miſericordiâ Dei gratuitâ dari.*

*Scimus quibus non datur, juſto Dei judicio non dari.*

Semper nos prævenit Deus in benedictionibus dulce-
Rom. xi. 35. 36. dinis *Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Quo-*



*niam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* Gratiam donum eſſe miſericordiæ Dei omnino gratuitum, Samaritanæ mulieris admirabilis converſio demonſtrat, ſiquidem nihil in ipſa præceſſit quo gratiam advocare poſſet vel promereri: Quin immò gravia impedimenta præceſſerunt, ſcilicet error in mente, & depravatio in voluntate. Samaritanorum religio Judaiſmus erat idololatriæ mixtus, errorum & veritatum confuſio. Quod mores attinet, impudica erat profeſſione, & quinque virorum ſucceſſivè concubina. Hanc tamen miſericordiâ ſuâ prævenit Chriſtus Jeſus. Propter illam fatigatur ex itinere, portat pondus diei & æſtus, ut perditam illam ovem inveniat bonus Paſtor; illam ſedens exſpectat ad puteum Jacob, illam docet altiſſima veræ Religionis myſteria; propter eam cibum negligit, illi deſiderium gratiæ ſuæ & Evangelicæ veritatis inſpirat. O verè gratuitum divinæ miſericordiæ donum! *Si ſcires donum Dei.*

Vobis ipſis attendite, fratres, nonne Samaritana muliere pejores eſtis; Chriſtum ignorabat illa, vos cognoviſtis, & illum nihilominus offendere non timetis, legem ejus ſpernere non erubeſcitis: Peccatrix erat antequam à Chriſto vocata eſſet: Vos poſt vocationis & baptiſmi gratiam in gravia & innumera peccata lapſi eſtis. Ne tamen deſperetis. Pro vobis fatigatus eſt Jeſus, non modò uſque ad fontem, ſed uſque ad crucem, in qua pro vobis mortuus eſt. Non fontem ſolùm aquæ vivæ, ſed ſanguinis ſui vobis offert, quo vos à peccatis abluat. Sed & in tribunali Pœnitentiæ vos exſpectans; vocat immeritos, indignos, repugnantes. Ne dubiteris gratuitum id eſſe miſericordiæ illius donum. Illius ergo gratiam quotidie, ferventer, ſine intermiſſione deſiderate, poſtulate; impedimenta illi objicere, nova cumulando peccata, ceſſate. *Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forſitan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

II. Licèt gratia ſit à temporibus, locis, occaſionibus, indole & moribus hominum penitus independens, *Cui tempus agendi ſemper adeſt, nec moribus illi ſit mora, nec cauſis anceps ſuſpenditur ullis*: Deus tamen gratiam ſuam illotum indoli utplurimùm attemperat, ſemper accommodat voluntati, eam ut ſervatis libertatis juribus ſuaviter applicet ad conſenſum & ad opus. *Quis enim animo complectitur aliquid quod eum non delectat? Quis autem habet in poteſtate ut vel occurrat quod eum delectare poſſit, vel delectet cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectant quibus proficiamus ad Deum, inſpiratur hoc & præbetur gratia Dei, non nutu noſtro & induſtria, aut operum meritis comparatur.* Amore & voluptate facit ut *magis delectet quod præcipit, quàm delectat quod impedit.* Trahit ſua quemque voluptas: non neceſſitas, ſed voluptas trahit. Sic ad Chriſtum trahitur homo, qui delectatur veritate, delectatur juſtitiâ, delectatur beatitudine & ſempiterna vitâ, quod totum Chriſtus eſt. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Nam divina Sapientia *Attingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.* Vide *Lib. 1. Theolog. Dogmat. & Moral. Quæſt. 2. Art. 2. §. XI. n. XII.* Id in Samaritanæ mulieris converſione demonſtratur. Illam enim Sapientia incarnata Chriſtus Jeſus ad gratiæ & vitæ cæleſtis deſiderium accendit, hanc ipſi proponens ſub familiari aquæ ſymbolo, aquam ab illa petens naturalem, & ſupernaturalem ſpondens, à puteo Jacob evehens mentem ejus ad fontem myſticum aquæ è cælo ſcaturientis, & ſalientis in vitam æternam, & ſitim rerum omnium terrenarum in anima extinguentis. *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Ad fontem Jacob doctrinæ ſuæ retia tetendit divinus animarum Venator, ut pauperem ancillam erudiret. Eſca erat humanitas

*S. Proſper. poëm. de ingratis.*

*S. Auguſt. Lib. 1. ad Simplician. Quæſt. 2.*

*S. Auguſt. alibi. Idem Tract. 26. in Joan.*

*Pſalm. 84. 13.*

*Sap. 8. 1.*



manitas & benignitas docentis, hamus latens virtus divinitatis, qua felicis illius mulieris cor capitur, & aquam propoſitam à Salvatore ardenter deſiderat, humiliter poſtulat: *Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neque veniam huc haurire.* Illius infirmitati condeſcendit Jeſus, ad confeſſionem & horrorem ac deteſtationem peccati illam ſuaviter adducit, ejus pudori parcens. *Obſtetricante manu ejus eductus eſt coluber tortuoſus.* Dicit ei Jeſus, *Vade, voca virum tuum. Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum: Dicit ei Jeſus: Benè dixiſti quia non habeo virum: quinque viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir: hoc verè dixiſti.* Ubi ægram Samaritanæ illius mulieris voluntatem lenibus medicamentis curavit cæleſtis Medicus, mentem ejus illuminat, depulſis errorum tenebris. Illius curioſitati condeſcendit, illius dubiis reſpondet, objectionibus ſatisfacit Doctor juſtitiæ; ad fidem illam invitat, & ſuaviter applicat mentem, movet conjungitque voluntatem; quia nemo credere poteſt niſi volens: *Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jeroſolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis; nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Judæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate: nam & Pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Denique mulieri, quæ illum ut Prophetam dumtaxat lubenter audiebat, & quæ loquebatur Myſteria, docenda reſpondebat à Meſſia, quem Samaritani, tametſi à Judæis acerbo & diuturno ſchiſmate diviſi, pariter exſpectabant, ſe Chriſtum eſſe revelat. *Ego ſum qui loquor tecum.* Sic mulier *ordinatur in fide, & regitur benè victura.* Poſtquam audivit hoc, *Ego ſum qui loquor tecum,* jam ultra quid diceret?

Cùm Deus voluntates noſtras tam ſuaviter moveat

*Job. 26. 13.*

*S. Auguſt. Tract. 15. in Joan.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per gratiam ſuam, ipſi fideliter cooperari debemus,
Hebr. 12. 15. » *Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei.* Neque enim
S. Auguſt. Serm. 156. alias 13. de Verbis Apoſt. Epheſ. 2. » templum ſuum ſic de vobis ædificat Deus, quaſi de la-
» pidibus qui non habent motum ſuum: levantur, à ſtru-
» ctore ponuntur. Non ſic ſunt lapides vivi. *Et vos tan-*
» *quam lapides vivi coædificamini in Templum Dei.* Du-
» cimini, ſed currite vos: Ducimini, ſed ſequimini. Quia
» cum ſecuti fueritis, verum erit illud, *Quia ſine illo ni-*
» *hil facere poteſtis.*

III. Gratia efficaciſſimè & invictiſſimè in nobis, & nobiſcum operatur omne bonum. *Nemo poteſt venire ad me*, inquit Chriſtus, *niſi Pater qui miſit me, traxerit eum.* (Joan. 6. 44.) Non ait, *duxerit*, quaſi præceſſerit voluntas. Quis trahitur, ſi jam volebat? Et tamen nemo venit, niſi velit. *Trahitur ergo miris modis ut velit, ab illo qui novit intus in ipſis hominum cordibus operari; non ut homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant, ſed ut volentes ex nolentibus fiant.* (S. Auguſt. Lib. 1. Ad Bonifac. C. 19.) Certum eſt nos velle cum volumus, ſed ille facit ut velimus bonum, de quo dictum eſt: *Præparatur voluntas à Domino*: de quo dictum eſt, *A Domino greſſus hominis dirigentur, & viam ejus volet*: de quo dictum eſt: *Deus eſt qui operatur in vobis & velle.* Certum *eſt nos facere cum facimus, ſed ille facit ut faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati*: qui dixit: *Faciam ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis, & operemini.* (Idem, Lib. de Grat. & Lib. Arbit. Cap. 16.; Ezech. 36.) Vide Lib. 1. *Theolog. Dogm. & Moral. Quæſt. 2. Art. 2. §. XI.* Sub iſto titulo, *Vis efficaciſſima divinæ Gratiæ.*

Victrix divinæ Gratiæ virtus & efficacia in Samaritanæ mulieris converſione mirabiliter eluxit; ſiquidem intus egit, cor aperuit & convertit ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, à libidine ad caſtitatem. A Gratia victa, ſervit gratiæ triumphis. Lucem Evangelii civibus ſuis infert. Apoſtolico munere ante Apoſtolos fungitur. Ut illi naviculam & retia, ſic illa



hydriam relinquit, quæ retro erant oblita, & ad anteriora extendens ſemetipſam. *Relinquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Numquid ipſe eſt Chriſtus?* Projecit *cupiditatem, & properavit annuntiare veritatem.* (S. Auguſt. Tract. 15. in Joan.)

Cùm tanta ſit gratiæ Chriſti virtus & efficacia, ut faciat ex nolentibus volentes, ex repugnantibus conſentientes, ex oppugnantibus amantes, & vincat delectationem concupiſcentiæ fortiori dilectione & delectatione juſtitiæ, converſionem noſtram (ſi Chriſto in nobis operante contingat) &, quicquid boni agimus, referre debemus in laudem gloriæ gratiæ ejus: ſiquidem ideo dictum eſt ab Apoſtolo, *Non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei* (Rom. 9. 16.), *ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & præparat adjuvandam, & adjuvat præparatam.* (S. Auguſt. Enchirid. Cap. 32.) A gratiâ denique feliciter debellati, terrenas voluptates faſtidire debemus, verbiſque & exemplis alios ad Chriſtum Jeſum adducere. *Venite, & videte; Accedite ad eum, & illuminamini, Guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.*

---

## DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.

*Erat proximum Paſcha.... Accepit ergo Jeſus panes, & cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus.* Joan. vj. 4. & 11.

CUm admirabilis illa quinque panum multiplicatio figura ſit inſtitutionis ſacroſanctæ Euchariſtiæ, & virorum quaſi quinque millium diſcumbentium ex eis refectio ſit figura Communionis: & paulò ante Paſcha patratum ſit à Chriſto celebre illud miraculum, cujus etiam occaſione Euchariſtiæ inſtitutionem Salvator noſter promiſit, ſe panem eſſe vivum declarans, qui



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

de cælo deſcendit : Carnem ſuam verè eſſe cibum, & ſanguinem ſuum verè eſſe potum : & qui manducat ejus carnem, & bibit ejus ſanguinem, in eo manere, ſeque in illo, & habere vitam æternam : Idque neceſſarium eſſe ut homines vitam ſpiritalem & immortalem obtineant; (Joan. 6. 54.) *Amen, amen dico vobis : Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis* : Evangelium, temporiſque opportunitas invitant ut de præparatione ac diſpoſitionibus ad ſacram Euchariſtiæ communionem ſermonem faciam ad utilitatem veſtram & ædificationem, ut proximo Paſchate Chriſti corpus dignè recipiatis, & pane vivo, qui de cælo deſcendit, reficiamini, ſecundùm præceptum Eccleſiæ, ad ſalutem Animarum veſtrarum.

1. Panibus à Chriſto admirabiliter multiplicatis reficiuntur, qui ſanati ante fuerant ab infirmitatibus ſuis. *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.* 2. Qui Chriſtum trans mare ſequuntur, & cum ipſo in montem aſcendunt. *Abiit Jeſus trans mare Galilææ . . . Subiit in montem Jeſus, & ibi ſedebat cum Diſcipulis ſuis.* 3. Super fœnum diſcumbere jubentur ut comedant. *Erat autem fœnum multum in loco.* 4. Poſtquàm refecti fuere, Chriſtum magnificaverunt, & Regem facere decreverunt. *Illi ergo homines cùm vidiſſent quod Jeſus fecerat ſignum, dicebant, Quia hic eſt Propheta qui venturus eſt in mundum. Jeſus ergo cùm vidiſſet quia venturi eſſent, ut raperent, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Hæ circumſtantiæ ſignificant diſpoſitiones ad ſacram Communionem neceſſarias, & fructum ex ea percipiendum. 1. Neceſſe eſt ut à morbis peccatorum per pœnitentiam ſanati ſint qui ad ſacram Menſam accedunt. 2. Ut Chriſtum ſequantur in montem; amore ejus incenſi in virtutibus Chriſtianis & bonis operibus ſe exerceant. 3. Humi-



lient ſe & indignos agnoſcant Pane cæleſti, conſiderantes carnis ſuæ fragilitatem ac vilitatem, quod ſeſſione ſuper fœnum ſignificatur : *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos agri.* (Iſai. 40. 6.) Poſt ſacram Communionem laudandus Deus, Chriſto gratiæ immortales agendæ; conſtituendus eſt Rex cordis noſtri, omnes cupiditates noſtræ illius imperio ſubjiciendæ ſunt.

I. Nullus ſibi conſcius peccati mortalis Euchariſtiam ſumere debet aut poteſt abſque novo peccato lethali, graviſſimoque ſacrilegio. (*Lib. 2. Tract. De Euchariſtia, Cap. 5. Art. 1. Propoſitione 2.*) Pœnæ indignè communicantibus à Deo vindice inflictæ. (*Ibid.*) Ad vetera ſacrificia accedere non licuit immundis : Multò minùs licet Euchariſtiam ſumere iis qui lethalis peccati rei ſunt. (*Ibid.*) Ozæ Arcam tangentis audacia & pœna. (*Ibid.*) Quàm grave ſcelus indignè communicantium : (*Ibid.*) Soli Chriſti diſcipuli ejus menſâ digni. (*Ibid.*) Indignè communicantes, dæmoniacis pejores. (*Ibid.*) Spiritales aquilæ eſſe debent, Chriſti corpus ſumpturi. (*Ibid.*) Indignè communicantes non minus rei carnificibus qui Chriſti ſanguinem fuderunt. (*Ibid.*) Pœnitentes olim à ſacris Myſteriis excluſi, multò magis excludendi peccatores qui pœnitentiam non agunt. (*Ibid.*) Præparatio ad ſacram Communionem ſolemni Feſto imminente. (*Ibid.*) Lethalis peccati rei, vel ipſo ſanctiſſimi Sacramenti aſpectu indigni ſunt. (*Ibid.*) Actus Fidei, diſpoſitiones ad ſacram Communionem neceſſariæ (*Art. 2. §. 1.*) Conſcientiæ puritas, diſpoſitio ad ſacram Communionem neceſſaria. (*Ibid.*) Amor Dei, & concordia cum proximo (*Ibid. n. 5. 6.*) Pii deſiderii fervor neceſſarius. (*Ibid. n. 7.*) Humilitas, diſpoſitio ad ſacram Communionem neceſſaria. (*Ibid. n. 8.*) Continentia, diſpoſitio ad ſacram Communionem. (*§. 2. n. 8.*) Probari & expiari diutius debent, qui in peccata carnis prolapſi ſunt, priùs quàm ad ſacram Menſam accedere permittantur. (*Ibid. n. 12.*) Quid

poſt ſacram Communionem agendum ? Sacræ Communionis diebus eleemoſynæ pauperibus largiùs eroganda. A deliciis & jocis omninò temperandum eſt, & Chriſto Regi noſtro ſanctis exercitationibus ac meditationibus, piiſque operibus adſiſtendum. Paſſio Domini recolenda. *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, mortem Domini annuntiabitis.* Juramentum fidelitatis Chriſto renovandum.

1. Cor. 11.

Prov. 23. 1.

*Quando ſederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam : & ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam . . . Quæ Menſa eſt potentis, niſi unde ſumitur corpus & ſanguis ejus, qui animam ſuam poſuit pro nobis ? & quid eſt ad eam ſedere, niſi humiliter accedere ? & quid eſt conſiderare & intelligere quæ apponuntur tibi, niſi dignè tantam gratiam cogitare ?* Cultrum in gutture ponendum, id eſt, Dei verbo, velut gladio acuto, pertingente uſque ad diviſionem ſpiritus & animæ, probare nos debemus, antequam ad ſacram communionem accedamus. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat.* In Verſione LXX. Interpretum hoc Proverbiorum loco legitur : *Et mitte*
» *manum tuam, ſciens quia talia te oportet præparare.* Id
» eſt, ut S. Auguſtinus explicat : Sicut Chriſtus pro nobis
» animam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus ani-
» mas ponere. Sic enim, ut ait S. Petrus, *Chriſtus pro*
» *nobis paſſus eſt, nobis relinquens exemplum, ut ſequa-*
» *mur veſtigia ejus.* Hoc beati Martyres ardenti dile-
» ctione fecerunt : Quorum ſi non inaniter memorias ce-
» lebramus, atque in convivio, quo & ipſi ſaturati ſunt,
» ad Menſam Domini accedamus, oportet, ut quemad-
» modum ipſi, & nos talia præparemus. *Ne deſideres de cibis ejus, in quo eſt panis mendacii.* Qui pane veritatis cibatus eſt, panem mendacii abſit ut deſideret. Panis mendacii eſt quicquid corruptæ hominis voluntati blanditur, quicquid cupiditatem fovet. Panis cæli faſtidium rerum terrenarum ingenerare debet, quæ panis ſunt mendacii, non nutriens animam, ſed debilitans. Mannâ cibatus, cucumeres, pepones, porros & allia Ægypti non appetat.

S. Auguſt. Tract. 84. in Joan.

1. Petri 2. 21.



---

## IN EADEM DOMINICA.

*Jeſus ergo cùm vidiſſet, quia venturi eſſent ut raperent & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Joan. vj. 15.

OMnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio. Chriſtus quamvis cæli terræque optimo jure Rex & Dominus, temporalis Regni dignitatem honoremque fugit. Non erat cur ſe excuſaret à capeſſendo Regno, dicens : *Non ſum Medicus, & in domo mea non eſt panis, nolite conſtituere me Principem populi.* Corporum enim & Animarum languoribus ſolo verbo, aut tactu medebatur : panes benedictione ſua multiplicabat : ſed videns populum paratum ad conſtituendum illum Regem, fugit, ut nos exemplo ſuo ab ambitione deterreat. Iſai. 3. 7.

Ambitio quàm grave peccatum ? . . . Simia caritatis . . . Ambitioſus ad fidem ejurandam proclivis . . . . Eccleſiaſticarum Dignitatum ambitio damnata . . . . Terrenæ poteſtatis fragilitas, mundanæque celſitudinis vanitas . . . Honor & locus Eccleſiaſtici Regiminis ab homine Chriſtiano innoxiè non appetitur . . . Ambitio via eſt ad adorationem diaboli. ( *Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 5. Art. 22.* )

Quæ nos ab ambitione deterrere debeant. 1. Exemplum Chriſti honores fugientis. 2. Ambitionis vilitas & ignavia. 3. Curæ & labores ambitionis comites. 4. Honorum vanitas. 5. Ambitionis crudelitas. ( *Ibid. Art. 23.* ) Ut Romana illa mulier per viam in quâ ja-

S iiij

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cebat cadaver patris à marito occiſi, recenti ſanguine madentem, currum ad Capitolium agitari juſſit, ut imperii poſſeſſionem adiret: Sic ambitioſi conculcato Chriſti crucifixi corpore & ſanguine ad Eccleſiaſticas & ſeculares dignitates & honores currunt.

Marcus Fulvius, cui, Græcis devictis, triumphus à Senatu Romano decretus eſt, non auream aut argenteam ſtatuam circumduxit, ſed è cera formatam, multiſque vaſis igne repletis circumcinctam, ut ſenſim liqueſcens, honorum terrenorum vanitatem oſtenderet.
1. Cor. 7. 31. Pſal. 57. 9. *Præterit enim figura hujus mundi... Sicut cera quæ fluit, auferentur.* Ambitioſis accommodari poteſt Pro-
Oſee 8. 6. 7. pheticum illud oraculum: *In aranearum telas erit vitulus Samariæ. Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent.*

Vir ambitioſus honores & dignitates deſiderat ob triplicem rationem. 1. Quia generoſi & excelſi animi eſſe putat, celſitudinem & gloriam quærere. 2. Quia utile commodumque eſſe exiſtimat, honores & dignitates acceptare. 3. Quia glorioſum eſſe cenſet, illas poſſidere. At Evangelium & Gratia Chriſti docent. 1. Generoſius contemni honores & dignitates terrenas, quàm deſiderari & quæri. 2. Utiliùs recuſari plerumque quàm acceptari. 3. Glorioſius eſſe illas promereri, quàm poſſidere.

Expende quo præconio Mardochæus ex ore Aman
Eſther 6. fuerit in Regia Aſſueri urbe celebratus: *Hoc honore condignus eſt, quemcumque Rex voluerit honorare.* At quis tibi, ô Aman, eam laudis & præconii formulam ſuggeſſit? Non Rex: Is enim te dictante hoc præſcripſerat præconium: *Sic honorabitur, quemcumque Rex voluerit honorare.* Credi-ne poteſt illuſtrius ab Aman Mardochæi inimico in Mardochæi gratiam adinventum elogium, quàm Rex ipſe ad nutum ejus præſcripſiſſet, exſtimantis id ſibi honoris ab ejus Majeſtati decerni? Minimè. Unde Rex ipſi diffidens, illum ſigil-



latim, nec abſque minis monuerat, *Cave ne quidquam de his quæ locutus es, prætermittas.* Sed Spiritus Sanctus, cui Mardochæi honos curæ erat, ejus laudes in ipſo inimici ore ita perfecit, ut non tam Regio affectu honoratus, quàm ſummo illo honore dignus prædicaretur. Quid enim magnum fuerit honorem adipiſci, niſi honore dignus ſis? Honor gemma quædam eſt, cujus auro vincta pulcritudo valde intenditur, magiſque radiat; plumbo verò incruſtata, ſordidi illius metalli conjunctione minuitur; ſic honor in eo qui præclaris dotibus & virtute præditus eſt magis ſpleneſcit; in homine indigno & vitioſo ſpeciem omnem & ſpendorem deperdit. *Gemmarum divites venæ*, ait Caſſiodorus, *au-* Lib. 5.
*ri fulgore pretiantur; & gloriam pulcritudinis ca-* Variarum
*piunt, quia nulla degeneri vicinitate ſordeſcunt. Sic* Epiſt. 40.
*bona merita ſplendidis dignitatibus ſociata, alternis præconiis adjuvantur; & unius rei facies de addita venuſtate pulchreſcit.*

Cùm Samüel Regnum Saüli prænunciaret, reſpon-
dit Saül: *Numquid non filius Jemini ego ſum, de mi-* 1. Reg. 9. 21.
*nima Tribu Iſrael, & cognatio mea noviſſima inter omnes familias de Tribu Benjamin? Quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum?* Nullam tamen rationem habuit Propheta excuſationis Saülis. Nam quò magis quis honore ac dignitate ſe indignum cenſet, eò dignior judicandus eſt. Unde S. Hieronymus ad Heliodorum ſcribens de Nepotiano Sacerdotium recuſante: *Quantò magis repugnabat* (inquit) *tantò magis in ſe ſtudia omnium concitabat: & merebatur negando, quod eſſe nolebat, eòque dignior erat, quò ſe clamabat indignum.*

*Jeſus ergo cum cognoviſſet, quia venturi eſſent ut* S. Gregorius
*raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum* 1. p. Paſtor. Cap. 3.
*in montem ipſe ſolus.* Quis principari hominibus tam «
ſine culpa potuiſſet, quàm is qui hos regeret quos ipſe «
creaverat? Sed quia idcirco in carne apparuit, ut non «

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» ſolùm nos per paſſionem redimeret, verùm etiam per
» converſationem doceret, exemplum ſe ſequentibus præ-
» bens, Rex fieri noluit, ad crucis verò patibulum ſpon-
» te pervenit; oblatam gloriam culminis fugit, pœnam
» probroſæ mortis appetiit: ut membra ejus diſcerent fa-
» vores mundi fugere, terrores minimè timere, pro ve-
» ritate adverſa diligere, proſpera formidando declinare:
» quia & iſta ſæpe per tumorem cor inquinant, & illa
» per dolorem purgant. In iſtis ſe animus erigit: in illis
» autem etiamſi quando ſe erexerat, ſternit. In iſtis ſe
» homo obliviſcitur, in illis verò ad ſui memoriam no-
» lens etiam coactuſque revocatur. In iſtis ſæpe & ante-
» acta bona depereunt, in illis autem longi temporis ad-
» miſſa terguntur. Nam plerumque adverſitatis magiſte-
» rio ſub diſciplina cor premitur: quod ſi ad regiminis
» culmen eruperit, in elationem protinus uſu gloriæ per-
» mutatur. Sic Saül, qui indignum ſe priùs conſiderans
» fugerat, mox ut Regni gubernacula ſuſcepit, intu-
» muit.

---

## FERIA II. POST DOMINICAM IV. QUADRAGESIMÆ.

*Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Joan. 13. 16.

LIcèt Deus ubique ſit, utpote immenſus, licèt cælum & terram impleat, nec Templis manufactis circumſcribatur majeſtas & gloria ejus; licèt in omni loco ſit adorandus & orandus; in cælo tamen & in Templis divino ſuo Nomini dicatis ſingulari ratione reſidet; in cælo, quia ibi gloriam ſuam, ſeque ipſum ut in ſe eſt beatis manifeſtat; in Templis, quia ibi gratias ſuas hominibus communicat, & ab illis vult in ſanctis illis locis adorari. Cælum primum Templum eſt



Majeſtatis Dei; Templum ipſum cælum eſt anguſtius, in quo ab hominibus *Angelorum candidatis*, ut loquitur Tertullianus, adoratur, colitur, oratur. *Domi-* Pſal. 10. 5.
*nus in Templo Sancto ſuo, Dominus in cælo ſedes*
*ejus.... Afferte Domino gloriam & honorem, afferte* Pſal. 28. 2.
*Domino gloriam nomini ejus, adorate Dominum in Atrio Sancto ejus.* Ideo Templum domum ſuam vocat, ad quam cum reverentia & tremore convenire debeat populus, victimas ejus offerre Majeſtati, adorare & laudare Dominum *Quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.* Orationes autem ſervorum ſuorum, in ea quam elegit Sacrificii domo, ſe exauditurum pollicetur. *Oculi mei erunt aperti, & aures* 2. Paralip. 7.
*meæ erectæ ad orationem ejus qui in loco iſto oraverit. Elegi enim & ſanctificavi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Templis certè noſtris major debetur reverentia, quàm Templo Hieroſolymitano, ſiquidem in iis excellentius offertur ſacrificium, corporis nimirum & ſanguinis Chriſti; cujus typi fuere veterum oblationes victimarum: ibi adminiſtrantur Sacramenta virtute majora & efficaciora: Ibi Chriſtus reipſa præſens eſt in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, ut diebus omnibus adoretur. *Adorate ſca-* Pſal. 98. 5.
*bellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt.* Quia enim in ipſa carne hic ambulavit, quam de carne Mariæ ſuſcepit, de terra terram, & *ipſam carnem nobis man-* S. Auguſt.
*ducandam ad ſalutem dedit; nemo autem illam car-* in hunc
*nem manducat, niſi priùs adoraverit: inventum eſt* Pſalm.
*quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolùm non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando.* Ibi Spiritus Sanctus velut in ſanctuario ſuo præſidet fidelium orationibus, *Poſtulans pro nobis,* id eſt, poſtulare nos faciens, *gemitibus inenarrabilibus.* Ex templis igitur auferre debemus, quæcumque reverentiæ debitæ eorum ſanctitati, & Dei illa-

inhabitantis majeſtati repugnant. *Auferte iſta hinc.* 1. Auferte immodeſtiam & ſcandalum per modeſtum & honeſtum habitum ac ſitum corporis. 2. Auferte evagationes ac diſtractiones per attentionem mentis. 3. Auferte peccatum, aut certè affectum peccati, per virtutem pœnitentiæ & contritionem cordis. *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.*

I. Modeſtia externum corporis cultum & ornatum moderatur, ut in eo nihil ſit ſuperfluum, nihil diſſolutum, nihil affectatum. Externos etiam corporis motus ac ſitum componit, ut nihil ſit in eis quod cujuſquam offendat aſpectum, ſed quod interioris hominis deceat ſanctitatem. Nam *Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.* Hanc omnibus Chriſtianis virtutem commendat Apoſtolus: Sed in Templo maximè hanc exhibere debent, ut nihil ſit in oculis petulans, nihil in vultu procax, nihil fucatum, nihil in toto corporis habitu diſſolutum, ſuperbum, affectatum. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, Dominus enim prope eſt.* Hinc mulieres velatas orare jubet Apoſtolus. Ideo piiſſimi Imperatores Theodoſius & Valentinianus arma in Templis deferri lata Lege prohibuerunt; ipſique depoſitis armis & diademate, Templa Deo dicata ingrediebantur. Ideo jus azyli Templis collatum eſt Legibus Imperatorum, ut rei qui ad illa confugerent, ab omni violentia tuti eſſent. *Sufficiat profugis iſtis Dei auxilium, cui & arma & leges, & ipſa etiam Regia Majeſtas ſubjecta eſt. Nam & nos qui ſemper jure imperii armis circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non convenit, Dei Templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema deponimus: & quo ſubmiſſioris etiam imperii ſpeciem præferimus, eo magis imperii Majeſtas nobis promittitur. Ad ſacra quoque Altaria munerum tantum offerendorum cauſâ accedi-*

Eccli. 19.
Philipp. 4. 5.
1. Cor. 11.
Edictum Theodoſ. & Valentin. Impp. Cod. Theodoſ. lib. 9. Tit. 45.



*mus: & cùm circumſeptum ſacrorum aditum ingreſſi ſumus, ſtatim egredimur, nec quidquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus.* Quantùm à priſca illa pietate diſtant noſtri temporis viri ac mulieres? Iſtæ cum omni mundi muliebris luxu & faſtu, collo nudæ, vultu fucatæ, *Nundinatitia capita* circumferentes, fracto inceſſu, caudatis veſtibus, auro & margaritis fulgentes, æmulo cum Altaribus ornatu, & pretioſarum veſtium magnificentiâ certantes, adſtantium oculos à ſacratiſſimis averſos Myſteriis ad ſe convertunt, formæ lenociniis corda ſuffurantur, quæ ut ſurſum erigantur ad Dominum, Sacerdos commonet. Illi verò, ſcilicet, viri laſcivientes petulantibus oculis ſcintillas libidinum conflabellant; *Ignem alienum*, impudicum amorem accendunt in conſpectu Domini; quibus Rex Regum meritò exprobret in furore iræ ſuæ, quod olim Aſſuerus miſero Aman: *Etiam Reginam vult opprimere, me præſente, in domo mea.* Nam *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt in corde ſuo.* Huc illuc volvunt oculos, nugantur, confabulantur, ſacroſanctis Myſteriis, & divinis Officiis, aut Concionibus velut theatricis ſpectaculis adſtant; & ſi quando unum genu in terra ponunt, cum Chriſti Corpus elevatur, Chriſto inſultant immodeſtiâ ſuâ, ut milites apud principem Sacerdotum in faciem ipſius Jeſu exſpuentes, colaphis cædentes, & dicentes: *Prophetiza nobis, Chriſte, quis eſt qui te percuſſit.*

II. Auferendæ ſunt è Templo evagationes & diſtractiones mentis, per attentionem ad ſacroſanctum Sacrificium, & ad orationem. Abigendæ ſunt muſcæ morientes, quæ perdunt ſuavitatem unguenti, mens à tumultuoſis ſæculi negotiis avocanda, & intra ſe colligenda eſt. “Claudatur ergo contra adverſarium pectus, “& ſoli Deo pateat, cùm ad orationem ſtamus. Cogi-“tatio omnis carnalis & ſæcularis abſcedat, nec quic-“quam tunc animus quàm id ſolum cogitet quod preca-

Num. 10.
Eſther 7. 8.
Math. 5. 28.
Math. 26. 68.
S. Cyprian. Tract. De Oratione.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tui. *Quomodo te audiri poſtulas à Deo, cùm te ipſe non audias? Vis eſſe Deum memorem tui cùm rogas, quando tu ipſe memor tui non ſis? Hoc eſt ab hoſte in totum non cavere; hoc eſt, quando oras Deum, majeſtatem Dei negligentiâ orationis offendere: hoc eſt vigilare oculis & corde dormire; cùm debeat Chriſtianus & cum dormit oculis, corde vigilare.* Vide *Lib. 5. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 1. Art. 9. n. 3.* Ante orationem præparate animas veſtras. Orantes cogitate vos ſub oculis Dei ſtare, corda ſurſum erigite ad Dominum, irruentia negotiorum, & rerum quarumvis terrenarum phantaſmata procul pellite. *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.*

III. Peccatum, aut certè affectus peccati per pœnitentiam & contritionem cordis auferre debemus, cùm ad Templum Dei accedimus: ſiquidem aliàs Patrem promereri, placare Judicem non valemus, ſacrificii fructum percipere, poſtulata impetrare non poſſumus.
Pſal. 65. *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Do-*
Prov. 28. *minus.* Et, *Qui avertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.* Ea conditione ſe preces populi ſui in Templo ſuo exauditurum pollicitus eſt Do-
2. Paralip. 7. minus, ut animo peccatorum pœnitente oraret. *Si clauſero cœlum, & pluvia non fluxerit, & mandavero locuſtæ ut devoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum: converſus autem populus meus, ſuper quem invocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis ſuis peſſimis: & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum.* Tempore veteris Legis ab aditu Templi arcebantur quicumque legali immunditia polluti erant, donec ritu à Lege præſcripto expiati eſſent. Primis Eccleſiæ ſæculis, quandiu ſtetit pœnitentialis Diſciplina, publicè Pœnitentes à ſacrorum Myſteriorum non participatione ſolùm, ſed & conſpectu



arcebantur, nec Templum adibant niſi ut Dei verbum audirent, veniam precarentur, ingemiſcerent, lacrymarentur, & humillimè proſtrati, expiarentur orationibus Sacerdotum. Quantò magis indigni vel ipſo tremendorum Myſteriorum conſpectu, Templique in quo Dei Majeſtas reſidet, cenſendi ſunt, qui in affectu peccati perſeverant, nec ullum habent pœnitentiæ ſenſum, nullum contritionis initium, quin potius nova fortè peccata meditantur: Miſeri, ingrati, ſacrilegi, in quibus funeſtum illud Prophetæ oraculum implebitur:
*Dilexit maledictionem, & veniet ei; noluit benedictio-* Pſal. 108. 18.
*nem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intravit ſicut aqua in interiora ejus, & ſicut oleum in oſſibus ejus. Exurge Domine, judica cauſam tuam,* & qui facto *quaſi flagello de funiculis* vendentes & ementes, domumque Patris tui, & conſequenter tuam, qui unus cum Patre Deus es, profanantes ejeciſti, emenda eos qui violant ſanctitatem Templorum nomini tuo conſecratorum; verbera eos ad emendationem, non ad perditionem: fac ut peccatorum ſuorum gravitatem agnoſcant, & pœnitentiam a-
gant. *Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem.* Pſal. 73.
*Quanta malignatus eſt inimicus in Sancto, & gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ.* Leva manus, tuas ut Pater corripiens & erudiens, non ut judex ſæviens & perdens. Inimicos ad te converte, & per gratiam tuam fac amicos. Da ut in ſpiritu humilitatis, & in animo contrito adorent in Templo ſancto tuo, & confiteantur nomini tuo; ut ſolvant calceamenta de pedibus ſuis, id eſt, affectum peccati & pravas cupiditates exuant, cùm domum orationis adeunt: ne propter malitiam ſuam à Templo gloriæ tuæ ejiciantur. Vide *Lib. 5. Theol. Dogmat. & Moral. Cap. 1. Art. 5. n. 5.*

## Feria IV. Post Dominicam IV. Quadrageſimæ.

*Præteriens Jeſus vidit hominem cæcum à nativitate: & interrogaverunt eum Diſcipuli ejus: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur?* Joan. IX. 1. & 2.

CÆcitas corporis ſine ullo prorſus hominis cæci peccato contingere poteſt, non verò cæcitas cordis. Hoc enim malum, & *peccatum* eſt, & *pœna peccati*, & *cauſa peccati*. Omnes homines à nativitate cæci, quia peccatores & filii iræ naſcuntur. *Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt.* Peccata propriæ voluntatis novas tenebras hominum mentibus offundunt. *Ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt.* Hæc voluntaria cæcitas, quæ hominis libertate inchoatur, Dei lumen gratiæ ſuæ ſubtrahentis juſtitiâ conſummatur. *Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.... Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conveniunt.* Ignorantia & cæcitas non excuſant eos qui intelligere noluerunt ut bene agerent, vel ſcire neglexerunt; aut dignos ſe præbuerunt qui deſererentur lumine veritatis, quod occulto judicio, nunquam tamen injuſto Deus facere poteſt, & plerumque facit. *Inexcuſabilis eſt omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento propriæ voluntatis, ſive qui novit, ſive qui ignorat, ſive qui judicat, ſive qui non judicat: Quia & ipſa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, peccatum eſt: in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in utriſque non eſt juſta excuſatio, ſed juſta damnatio.* Vide

S. Auguſt. Lib. 5. Cont. Julian. C. 3. Eccli. XI. 16.

Sophon. 17.

Rom. 1. 21. & 28.

S. Auguſt. Epiſt. 194. aliàs 105.



Vide *Lib. 3. Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Art. 1. Regulis 71. 73. 75.*

In cæcitate cordis tria vos conſiderare velim, Auditores: 1. Hominis ſpiritaliter cæci calamitatem, ut timeatis. 2. Spiritalis cæcitatis cauſas, ut caveatis. 3. Remedia, ut quæratis & poſtuletis.

I. Qui ſpiritaliter cæcus eſt, errat à via veritatis & juſtitiæ, frequenter offendit, & cadit in peccatum, ſpiritalium hoſtium incurſibus expoſitus eſt, vixque poteſt ab illis ſe tueri; vix aliquid boni operatur; ligatus quaſi vinculis tenebrarum, vix ſe movere poteſt. *Non eſt Deus in conſpectu ejus, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Similis eſt ejus calamitas miſeriæ Ægyptiorum in horrendis illis tenebris, quibus eos Deus percuſſit ob impietatem & inhumanitatem in populum ſuum. *Vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitivi perpetuæ providentiæ jacuerunt. Et dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, tenebroſo oblivionis velamento diſperſi ſunt, paventes horrende, & cum admiratione nimia perturbati.* Cogitate *prævaricatorem legis quam digne lux deſerat veritatis: qua deſertus utique fit cæcus, & plus neceſſe eſt offendat, & cadendo vexetur, vexatuſque non ſurgat.* In tenebris ambulat, in via lubrica & præcipitiis plena, inſidiantibus & inſequentibus ſalutis ſuæ hoſtibus, angelis rectoribus tenebrarum harum. *Fiat via illorum tenebræ, & lubricum: & angelus Domini perſequens eos.* Horrenda via. *Tenebras ſolas quis non horreat? Lubricum ſolum quis non caveat? In tenebris & lubrico quà is? Ubi pedem figis? Sunt iſta duo mala magna pœnæ hominum, tenebræ ignorantiæ, lubricum luxuria.* Fiat via illorum tenebræ & lubricum, & angelus Domini perſequens eos: *Ut non poſſint ſtare. Nam unuſquiſque in tenebris & in lubrico cùm viderit quia ſi pedem moverit, labitur, & lux illi ante pedes non eſt; vel hoc forte facit ut exſpectet donec*

Pſalm. 10. 5.

Sap. 17.

S. Auguſt. Lib. de Nat. & Grat. c. 22.

Pſal. 34. 6. S. Auguſt. Serm. 2. in hunc Pſalm. n. 8.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*lucéat : ſed ibi eſt angelus Domini perſequens eos.* Similes ſunt Samſoni cui Philiſtæi eruerunt oculos, cúmque ad molam verſandam ut jumentum alligarunt. Per errores ſuorum ſenſuum, quaſi circa ambages molarum, laborioſa miſer ſtatione verſatur, uſui ſuo vacuus, & operoſus alieno : ſtat in via peccatorum, compeditus vinculis cupiditatum ſuarum : & ipſe ſibi carcer eſt, obſeſſus tenebris erroris ſui, & conſcientiæ ſqualore concretus, in ſemetipſo piſtrini ergaſtulum patitur : ſaxum cordis ſui pertinaciâ iniquitatis induratum quaſi molam verſat, farinam hoſtibus ſuis de corrupta animæ ſuæ fruge conficiens.

*Judic. 16. S. Paulin. Epiſt. 4. ad Sever. Tom. 6. Biblioth. Patr. Edit. Lugdun.*

II. Excæcantur oculi corporis fumo, igne, pulvere. Excæcantur oculi cordis fumo ambitionis, igne luxuriæ, pulvere avaritiæ & cupiditatis rerum terrenarum. Ambitioſi & ſuperbi cæci ſunt. *Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Cæci ſunt, qui terrenarum dignitatum & honorum vanitatem non vident. *Spes impii tamquam fumus qui à vento diffuſus eſt : & tamquam memoria hoſpitis unius diei prætereuntis.* Cæci ſunt, qui inanis gloriæ cupidi ſunt, in hominum errore & mendaciis ut plurimum fundatæ. *Quid iſta cæcitate tenebroſius, ad obtinendam inaniſſimam gloriam errorem hominis aucupari, & Deum teſtem in corde contemnere? quaſi vero ullo modo comparandus ſit error illius qui te bonum putat, errori tuo qui homini de falſo bono placere ſtudes, de vero malo diſplices Deo.*

*Sap. 5. 15.*

*S. Auguſt. in Cap. 1. Epiſt. ad Galat. n. 18.*

Excæcat oculos cordis luxuria. *Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem.* Hinc de ſenibus illis impudicis, qui Suſannæ caſtitati ſunt inſidiati, ſcriptum eſt : *Exarſerunt in concupiſcentiam ejus, & everterunt ſenſum ſuum, & declinaverunt oculos ſuos, ut non viderent cælum, neque recordarentur judiciorum juſtorum.* Vide *Lib. 3. Theolog. Dogm. & Moral. Tract. de Peccatis, Cap. 8. Art. 4. n. 1.*

*Pſal. 57. 9.*

*Daniel. 13.*



Denique interioris hominis oculos excæcat avaritia. *Nemo poteſt eorum qui delectantur præſentibus & caducis, cæleſtia ac ſpiritualia contueri* ( inquit S. Chryſoſtomus ) *Qui verò iſta contempſerit, & velut umbram hæc & pulverem duxerit, velociùs ad illa perveniet. Nam & apud homines hic mos eſt, ut tum theſauros ſuos & reconditas divitias patefaciant filiis ſuis, cùm eos jam adultos viderint, & pueriles laſciviæ vitia reſpuiſſe : donec enim hi dediti ſunt, non poſſunt eis parentum ſecreta committi. Ita ergo & Anima, niſi priùs didicerit terrena contemnere, cæleſtia mirari non poterit : & contra, quamdiu cæleſtia miratur, neceſſariò terrena ſpernit ac deſpicit.* Unde S. Paulus ait : *Animalis homo non percipit quæ Dei ſunt.* Nihil magis opponitur caritati veritatis, quàm venenum cupiditatis. Illis verò *qui caritatem veritatis non receperint, mittet Deus operationem erroris, ut credant mendacio.*

*S. Chryſoſt. Lib. 1. de Compunct. cordis Tom. 1. Edit. Front. Duc. p. 123.*

*1. Cor. 2, 14.*

*2. Theſſ. 2. 10.*

III. Cæcitatis ſpiritualis remedia. 1. Humilitas & agnitio ipſius cæcitatis. Ideo Phariſæi magis cæci quàm ille qui cæcus natus erat, illuminati non ſunt, quia cæcitatem ſuam non agnoverunt. *Numquid & nos cæci ſumus?* ( inquiebant ) Quibus Chriſtus reſpondit : *Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum : Nunc verò dicitis, Quia videmus : peccatum veſtrum manet.* Neceſſe eſt ut Chriſtus luto inungat oculos noſtros, ut gratiâ ſuâ medicinali oſtendat nobis omnia quæ in hoc mundo amamus, omnia quæ ſenſibus noſtris & cupiditatibus blandiuntur, lutum eſſe. *Et linivit lutum ſuper oculos ejus.* 2. Mandato Chriſti Jeſu obediendum eſt abſque mora; eundum ad piſcinam pœnitentiæ, in eaque lavandi ſunt oculi. *Vade, lava in natatoria Siloe ( quod interpretatur, Miſſus )* 3. Credendum in Filium Dei fide per dilectionem operante, eique adhærendum. *At ille ait : Credo, Domine : & procidens adoravit eum.* Terribile illud judicium timeamus, de quo Jeſus ait :

*Joan. 9. 40. & 41.*

*In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Timeamus ne auferatur à nobis lux noſtra, immò lux Dei, ſine qua videre non poſſimus. Oremus ut illuminet oculos noſtros, ne unquam obdormiamus in morte, ne quando inimicus noſter adversùm nos ſe prævaluiſſe glorietur. Deus meus, illumina oculos meos, ut cognoſcam mundi & rerum omnium temporalium vanitatem, ne ipſas amem. Illumina oculos meos, ut cognoſcam infirmitatem meam, ne de meis viribus præſumam. Illumina oculos meos, ut cognoſcam veritatem tuam & legem tuam, cognitione cum amore conjunctâ, ne ab illa umquam deficiam, eamque tranſgrediar. Illumina oculos meos, ut cognoſcam Chriſtianæ profeſſionis ſanctitatem & officia, illáque fideliter adimpleam. *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, Prævalui adversùs eum.*

Pſal. 12. 4. & 5.

---

## FERIA V. POST DOMINICAM IV. QUADRAGESIMÆ.

*Ecce defunctus efferebatur filius unicus Matris ſuæ, & hæc vidua erat; & turba civitatis multa cum illa. Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere.* Luc. vij.

NOn in Philoſophorum ſcriptis, ſed in Evangelio; non in ratione, ſed in fide; non in blandimentis & compaſſione amicorum hujus ſæculi, ſed in verbis Jeſu Chriſti, ſolatium quærere debemus in morte carorum noſtrorum. *Noli flere.* Temperandum eſt à lacrymis, aut certè modus adhibendus eſt dolori, ne ſicut Gentiles fide, ſpe, & caritate deſtituti contriſtemur.



*Noli flere*, ſive propinquos & amicos tibi mors eripiat, ſive tibi ipſi immineat; ſiquidem mors præ vita diuturna hominibus, Chriſtianis, in hoc mundo peregrinantibus, optanda eſt. 1. Hominibus mors vitâ melior eſt, quia finis miſeriarum & calamitatum. 2. Chriſtianis, quia finis peccatorum. 3. Peregrinis, quia finis peregrinationis, & migratio ad cæleſtem patriam eſt.

I. Quid eſt quòd hæc vita delectet, plena ærumnarum & ſolicitudinum? *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis.* Nulla poteſt eſſe jucunditas inter has vitæ noſtræ amaritudines aut dolores, quæ vel ex corporis ipſius infirmitate, vel extrinſecùs accidentium incommoditate generantur. Anxii enim ſemper, & ad ipſa lætiorum vota ſuſpenſi, quodam fluctuamus incerto, ſperantes dubia pro certis; incommoda pro ſecundis, caduca pro ſolidis, nihil habentes poteſtatis in arbitrio, nihil firmitatis in voto. At ſi aliquid contra voluntatem acciderit, perditos nos putamus, pluſque adverſorum dolore frangimur, quàm ſecundorum fructu potimur. Quibus igitur carent bonis morientes, qui magis eripiuntur incommodis? Nulla hominum conditio à miſeria immunis. Florentibus proſperioris vitæ roſis ſpinæ mentis, animæque ſentes ſemper adjunguntur. *Irrutiles licet, ô homo, aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemper tibi ſpina proxima eſt, ſemper eſt ſentis, ſemper inferiora tua reſpice, ſuper ſpinas germinas, nec prolixa gratia manet: brevi unuſquiſque decurſo ætatis flore marceſcit.* Hinc Eccleſiaſtes ait: *Laudavi magis mortuos quàm viventes: & feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus eſt, nec vidit mala quæ ſub ſole fiunt.* Et alibi: *Melior eſt dies mortis die nativitatis.* Fuiſſe quidam feruntur populi, qui ortus hominum lugerent, obitúſque celebrarent: Nec imprudentes; eos enim qui in hoc vitæ ſalum veniſſent,

Job. 14.
S. Ambroſ. lib. de fide Reſurrect.
S. Ambroſ. lib. 3. Hexaem. Cap. xi.
Eccleſiaſt. 4. 2. & 3.
Eccleſ. 7. 2.
S. Ambroſ. lib. de fide Reſurrect.

mœrendos putabant : eos verò qui ex iſtius mundi procellis & fluctibus emerſiſſent, non injuſto gaudio proſequendos arbitrabantur. *Nos quoque ipſi*, inquit S. Ambroſius, *Natales dies defunctorum obliviſcimur, & cum quo obierunt diem celebri ſolemnitate renovamus.*

*Idem. Lib. de bono Mortis, C. 4.*

» Itaque ſi plena oneris vita, utique finis ejus allevamentum eſt : allevamentum autem eſt bonum : mors autem finis : mors igitur bonum eſt.

II. Mors optanda Chriſtianis præ vita, quia finis eſt peccatorum. Ipſi juſti quotidie peccant. Manet in eis concupiſcentia, quantumvis cum ea pugnent ; infelix autem illud peccati ſemen, nova in dies peccata parit. Non extinguetur autem niſi ipſa corporis morte.

*S. Ambr. Ibid.* *Matth. 6. 34.* *Geneſ. 47. 9.* *Philip. 1. 21.*

» Quid igitur tantoperete vitam iſtam deſideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto majore oneratur ſarcina peccatorum ? Ipſe Dominus ait : *Sufficit diei malitia ſua.* Et Jacob ait : *Dies annorum vitæ meæ centum triginta minimi & mali.* Non quia dies mali, ſed quia nobis acceſſu dierum malitiæ incrementa cumulantur. Nullus enim dies ſine noſtro peccato præterit. Hinc Apoſtolus ait : *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Quaſi ſervus Chriſti, non refugit vitæ obſequium ; & quaſi ſapiens lucrum mortis amplectitur. *Lucrum eſt* enim *evaſiſſe incrementa peccati.* Lucrum evaſiſſe deteriora, & ad meliora perveniſſe. Chriſtiani mortem timere non debent ut finem naturæ : mortem cum gaudio ſuſcipere debent ut finem peccati. Deus mortem non fecit, ſed poſtquam homo lapſus in flagitium eſt prævaricationis & fraudis, ſententia eum comprehendit ut in terram ſuam terra remearet : ſic mors quæ peccati filia & pœna eſt, facta eſt finis peccati.

*S. Ambroſ. Lib. de bono Mortis, C. 4.*

*Ne quo eſſet vita diuturnior, eo fieret culpa numeroſior : paſſus eſt Dominus ſubintrare mortem, ut culpa ceſſaret.* Immatura mors electorum reſpectu, miſerentis Dei beneficium eſt, eos rapientis ut tentationum ſubtrahantur incerto, & ne grandioris ætatis



*Sap. 4. 10. 11. 14.*

acceſſu depraventur. *Placens Deo factus eſt dilectus, & vivens inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.... Placens erat Deo anima illius : propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.* Mortem ut finem peccati ſpectabat Apoſtolus, cùm ſuſpirans exclamabat : *Quis me liberabit de corpore mortis hujus ? Gratia Dei per Jeſum Chriſtum... Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.*

*Rom. 7. 24.*

Addiderim, ipſis etiam peccatoribus mortem eſſe vitâ meliorem. *Gravius eſt enim ad peccatum vivere, quàm in peccato mori : quia impius, quandiu vivit, peccatum auget : ſi moriatur, peccare deſinit. Plerique criminum ſuorum abſolutione lætantur. Si emendaturi ſunt, rectè : ſi perſeveraturi in eis, ſtultè : quia longè illis plus damnatio profuiſſet, ut incrementa facerent peccatorum.*

*S. Ambroſ. Lib. de bono Mortis, C. 7.*

III. Mors juſtis expetenda præ vita, quia finis peregrinationis, & tranſitus ad cæleſtem patriam. *Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino... Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.*

*2. Cor. 5. 6.*

Hinc Propheta Rex ait : *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt !* Nam *ſi dulcis patria, amara eſt peregrinatio, ſi amara peregrinatio, tota die tribulatio. Quando non eſt tribulatio ? quando in patria delectatio ?* Perfecti Chriſtiani patienter vivunt, delectabiliter moriuntur. *Qui deſiderat, ſicut dicit Apoſtolus, diſſolvi & eſſe cum Chriſto, patienter vivit, delectabiliter moritur.*

*S. Auguſt. in Pſal. 119.*

*S. Auguſt. Tract. 9. in Joan.*

Chriſtiani exſules mundi, *Hominum genus morti expeditum* (inquit Tertullianus.) Conſiderandum eſt, fratres dilectiſſimi, & identidem cogitandum, renunciaſſe nos mundo, & tamquam hoſpites & peregrinos iſthic interim degere. «
Amplectamur diem, qui aſſignat ſingulos domicilio ſuo, «
qui nos iſthinc ereptos, & laqueis ſecularibus exſolutos «

*S. Cyprian. Lib. de Mortalit.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

paradiſo reſtituit, & regno cœleſti. Quis non peregre conſtitutus properaret in patriam regredi? Quis non ad ſuos navigare feſtinans, ventum proſperum cupidiùs optaret, ut velociter caros liceret amplecti? Patriam noſtram paradiſum computamus, parentes Patriarchas habere jam cœpimus; quid non properamus & currimus ut patriam noſtram videre, ut parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos carorum numerus exſpectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copioſa turba deſiderat, jam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſollicita. Ad horum conſpectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt? Vide *Lib. 5. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 2. Art. 5.* quo Dominicæ orationis petitio altera explicatur, *Adveniat Regnum tuum.*

---

## FERIA VI. POST DOMINICAM IV. QUADRAGESIMÆ.

*Domine, jam fœtet, quatriduanus eſt enim.* Joan. XI. 39.

Ezech. 18. PEccatum mors Animæ. *Anima quæ peccaverit, ipſa morietur.* Sicut corpus de anima, ſic anima de Deo vivit: ſicut moritur corpus cùm ab eo recedit anima, ſic moritur anima, cùm ab ea recedit Deus. *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos,* (ait Chriſtus.) [illegible]
» Recedente anima mox corpori fœtor, corruptio, putredo, vermis, cinis, horror, & omnia viſu deteſtanda ſuccedunt: Diſcedente Deo, confeſtim venit in animam peccatorum fœtor, corruptio criminum, vitiorum putredo, conſcientiæ vermis, vanitatum cinis, infidelitatis horror: & fit in corporis ſepulcro vivo funus animæ jam ſepultæ. S. Petrus Chryſol. Serm. 3.



Tres mortui à Chriſto ſuſcitati tria peccatorum genera ſignificant. Sicut tribus gradibus ad peccatum pervenitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione: ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, in corde, in facto, in conſuetudine, tamquam tres mortes. *Una quaſi in domo, cum in corde conſentitur libidini: altera jam prolata quaſi extra portam, cum in factum procedit aſſenſio: tertia cùm vi conſuetudinis malæ tamquam mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulcro jam putens.* Hujus mortis figura Lazarus in ſepulcro fœtens. *Domine, jam fœtet, quatriduanus eſt enim.* Revera ad iſtam conſuetudinem quarto quodam progreſſu pervenit anima. *Prima eſt enim quaſi titillatio delectationis in corde, ſecunda conſenſio, tertia factum, quarta conſuetudo.* Vide *Lib. 3. Theolog. Dogm. & Moral. Tract. de Peccatis, Cap. 1. Art. 9.* S. Auguſt. Lib. 1. de Serm. Dom. in Monte. C. 12. S. Auguſt. Serm. 98. alias 44.

I. Peccatoris pravis habitibus & diuturna conſuetudine peccati implicati miſerior ſtatus, quàm Lazari mortui quatriduani & fœtentis. 2. Peccatoris hujuſmodi mirabilior converſio quàm reſurrectio Lazari.

Miſerabilem ſtatum hominis diuturna & inveterata peccati mortalis conſuetudine irretiti egregiè ac luculentè deſcribit S. Auguſtinus Serm. 98. aliàs 44. *De Verbis Domini.* Vide *Lib. 3. Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Regula 82.* Primus ad hoc malum gradus, ſpiritalis languor animæ. *Erat quidam languens Lazarus.* 2. Sopor ſeu vigilantiæ Chriſtianæ defectus. *Lazarus dormit.* 3. Mors animæ per mortale peccatum. *Lazarus mortuus eſt.* 4. Conſuetudo peccandi. *Quatriduanus eſt.* 5. Fœtor ſeu ſcandalum. *Jam fœtet.* In illo miſerabili ſtatu omni ſenſu miſeriæ ſuæ ſunt deſtituti, & ideo infeliciſſimi. Quid enim miſerius miſero non miſerente ſibi? Cùm conſuetudo mali non eos ſinat videre quia malum eſt, *Fiunt* S. Auguſt. *defenſores malorum factorum ſuorum, iraſcuntur cum*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*reprehenduntur.* Bibunt ſicut aquam iniquitatem: lætantur cùm malè fecerint. Legis vocem contemnunt. *Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Profundum illud ſepulcrum eſt gravi lapidis mole clauſum, quæ duritia cordis eſt. *Solum eſt cor durum, quod ſemetipſum non exhorret, quia nec ſentit. Nemo duri cordis ſalutem unquam adeptus eſt, niſi quem fortè miſerans Deus, abſtulit ab eo, juxta Prophetam, cor lapideum, & dedit cor carneum. Quid ergo cor durum? Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina: præteritorum obliviſcens, præſentia negligens, futura non providens. Ipſum eſt cui præteritorum, præter ſolas injurias nihil omnino non præterit, præſentium nihil non perit; futurorum nulla, niſi forte ad ulciſcendum proſpectio ſeu præparatio eſt. Et ut brevi cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt quod nec Deum timet, nec hominem reveretur.* Profundum illud peccatorum tenebroſum eſt, quas tenebras nec lumen rationis cupiditatibus excæcatæ, nec lumen fidei mortuæ & pene corruptæ, nec lumen gratiæ invalidæ, aut juſto Dei judicio negatæ diſſipare poteſt. In illo malitiæ centro peccata peccatis addentes, funeſta quiete peccatores fruuntur, nullis conſcientiæ ſtimulis excitati. *Et non ſufficerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam, ſed & in magno viventes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.* Hunc peccatoris inveterati ſtatum ſub figura calamitatis Judaici populi Jeremias Propheta luget. *In tenebroſis collocavit me, quaſi mortuos ſempiternos.* Hæc peccati pœna eſt, ſimul & peccatum. *Ex pœna etenim culpa eſt, videre bonum quod agere debeat, & implere non poſſe: & rurſum ex graviore pœna culpa*

Proverb. 18. 3.

S. Bernard. Lib. 1. de Conſid. C. 2.

Sap. 14. 22.

Lament. 3. S. Hieron. Lib. 2. Comment. in Lament. ad Cap. 3.



*eſt, quod agere debeat, nec videre.* In hoc miſero ſtatu ligatus eſt peccator non ſolùm ſepulcralibus inſtitis, ut Lazarus; ſed ferreæ voluntatis compedibus. Suſpitabam (inquit Auguſtinus) ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat Inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex voluntate perverſa facta eſt libido; & dum ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo; & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis ſibimet innexis, unde catenam appellavi, tenebat me obſtrictum dura ſervitus.

S. Auguſt. Lib. 8. Confeſſ. Cap. 5.

II. Converſio peccatoris obdurati, & diuturna peccati conſuetudine implicati, mirabilior eſt reſurrectione Lazari. Lazarus enim quatriduanus & fœtens, quamvis nullum vitæ ſenſum in ſepulcro haberet, reſurrectioni tamen ſuæ nullum opponebat impedimentum: Voci Chriſti, qui mortis & vitæ Dominus eſt, ſtatim paruit; protinus animâ redeunte & corpus vivificante, exivit è tumulo. At peccator inveteratus obicem apponit reſurrectioni ſuæ. Mortuus eſt, voci Chriſti è tumulo vocantis rebellis. Reſurrectionis hujus difficultatem in reſurrectione Lazari Chriſtus Jeſus adumbravit, non tactu ſolo, aut ſimplici voce ipſum ſuſcitans, ut alios mortuos, ſed poſtquam infremuiſſet ſpiritu, & turbaſſet ſeipſum; fuſis deinde lacrymis; tum remoto lapide ab oſtio ſpeluncæ, in qua ſepultus jacebat Lazarus; ſecundùm hæc, erectis in cœlum oculis, & gratiis actis Patri; tandem voce magna clamans: *Lazare, veni foras.* Prodeunte autem ſtatim, qui fuerat mortuus, ſed facie ſudario involuta & ligata, manuſque & pedes inſtitis ſeu faſciolis ſepulcralibus vinctas habente, juſſit illum ſolvi, ac dimitti. *Solvite eum, & ſinite abire.* His reſurrectionis Lazari circumſtantiis, ſignificavit Chriſtus Jeſus quid per gratiam ſuam ad ſpiritalem reſurrectionem peccatoris agendum ſit.

1. Peccator fremere debet horrore criminum ſuorum, eaque deteſtari : *Infremuit ſpiritu, & turbavit ſeipſum.* Status ſui miſeriam conſiderare, Jeſum invocare ut veniat, & miſericordiæ ſuæ oculis reſpiciat infelicem animam, mortuam, & quæ ab illo uno vivificari poteſt, corruptam, fœtentem. *Domine, veni & vide.* 2. Pœnitentiæ lacrymis abluere debet peccata ſua, quas eliciant lacrymæ Jeſu illius mortem flentis, ſanguis Jeſu pro ejus peccatis effuſus. *Et lacrymatus eſt Jeſus.* Lacrymæ ſint amoris teſtes, nec ex ſolo pœnarum timore, ſed amore pœnitente profuſæ. *Ecce quomodo amabat eum.* 3. Tollantur omnia converſionis impedimenta. Duritia cordis piorum librorum lectione; occaſiones peccati derelictione perſonarum, ſocietatum, locorum, officiorum, vanitatum, oblectamentorum, quæ ad peccatum pertraxerunt & illexerunt : humani omnes reſpectus firmo vitæ novæ propoſito, & inchoatione. *Tollite lapidem.* 4. Deum ferventer orare debet peccator pœnitens ut animæ ſuæ vitam gratiæ reſtituat, idque ut impetret, oculi cordis erigendi ſunt in cælum per divinæ miſericordiæ fiduciam. *Elevatis ſurſum oculis.* 5. Ad vocem gratiæ, non vulgaris, ſed fortiſſimæ & efficaciſſimæ; clamantis, *Lazare veni foras,* de ſepulcro prodeat peccator ille quem moles conſuetudinis premit, peccata ſua confiteatur. *Quid eſt foras prodire* (inquit S. Auguſtinus) *niſi quod occultum erat, foras prodere? Qui confitetur, foras prodit. Foras prodire non poſſet, niſi viveret; Vivere non poſſet, niſi reſuſcitatus eſſet.* 6. A ſacerdote Chriſti miniſtro, cui comperta erit peccatoris pœnitentis vita certis indiciis, abſolvi debet ſecundum mandatum Domini. *Solvite illum, & ſinite abire.* Ipſum Lazarum attende : cum vinculis prodit. *Jam vivebat confitendo; ſed nondum liber ambulabat, vinculis irretitus.* Quid ergo facit Eccleſia, cui dictum eſt,

S. Auguſt. Serm. 44. alias 7. de Verbis Dom.

S. Auguſt. ibid.



*Quæ ſolveritis, ſoluta erunt,* niſi quod ait Dominus continuò ad Diſcipulos, *Solvite illum, & ſinite abire!*

---

## DOMINICA IN PASSIONE.

*Reſponderunt Judæi, & dixerunt ei : Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? ... Tulerunt ergo lapides ut jacerent in eum.* Joan. viij. 48.

CHriſtum Jeſum Salvatorem noſtrum blaſphemiis ſuis & calumniis perſecuti ſunt Judæi, antequàm ipſum in crucem agerent. Illum *in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter,* dæmonium habere, ora infernalia clamant : Samaritanum appellant eum qui Dei cultum honorémque verbo & operibus promovet, qui gloriam ſuam non quærit, quem Abraham deſideravit & coluit, ex fide in ipſum juſtificatus; lapidibus petunt Sanctum ſanctorum, quem arguere non poſſunt de peccato, Dei Filium coæternum Patri, & ab illo glorificatum, imò in gloria & in omnibus æqualem. Jam ergo patitur Chriſtus à Judæis, qui & ejus divinitati injuriam faciunt blaſphemiis ſuis, & illum calumniis ſuis ut hominem proſcindunt. *Os ſuum poſuerunt in cælum, & lingua eorum tranſivit in terra.* Hi ſunt de quibus Propheta in perſona Chriſti ait : *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens.* O Linguas præcidendas! Poterat Jeſus terram aperire, ut illos vivos abſorberet, ſicut Core, Dathan & Abiron : poterat urſos immittere, qui illos diſcerperent ac devorarent, ſicut pueros inſultantes Eliſæo : Mittere poterat Angelum, qui illos interficeret, ut blaſphemum Rabſacem & Aſſyrios. Verùm nihil hujuſmodi facit mitiſſimus Jeſus. Non enim venit ut po-

Coloſſ. II. 9.

Pſal. 72. 9.

Pſal. 21. 14.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Peccator fremere debet horrore criminum ſuorum, eaque deteſtari: *Infremuit ſpiritu, & turbavit ſeipſum.* Status ſui miſeriam conſiderare, Jeſum invocare ut veniat, & miſericordiæ ſuæ oculis reſpiciat infelicem animam, mortuam, & quæ ab illo uno vivificari poteſt, corruptam, fœtentem. *Domine, veni & vide.* 2. Pœnitentiæ lacrymis abluere debet peccata ſua, quas eliciant lacrymæ Jeſu illius mortem flentis, ſanguis Jeſu pro ejus peccatis effuſus. *Et lacrymatus eſt Jeſus.* Lacrymæ ſint amoris teſtes, nec ex ſolo pœnarum timore, ſed amore pœnitente profuſæ. *Ecce quomodo amabat eum.* 3. Tollantur omnia converſionis impedimenta. Duritia cordis pravorum librorum lectione; occaſiones peccati derelictione perſonarum, ſocietatum, locorum, officiorum, vanitatum, oblectamentorum, quæ ad peccatum pertraxerunt & illexerunt: humani omnes reſpectus firmo vitæ novæ propoſito, & inchoatione. *Tollite lapidem.* 4. Deum ferventer orare debet peccator pœnitens ut animæ ſuæ vitam gratiæ reſtituat, idque ut impetret, oculi cordis erigendi ſunt in cælum per divinæ miſericordiæ fiduciam. *Elevatis ſurſum oculis.* 5. Ad vocem gratiæ, non vulgaris, ſed fortiſſimæ & efficaciſſimæ; clamantis, *Lazare veni foras,* de ſepulcro prodeat peccator ille quem moles conſuetudinis premit, peccata ſua confiteatur. *Quid eſt foras prodire* (inquit S. Auguſtinus) *niſi quod occultum erat, foras prodere? Qui confitetur, foras prodit. Foras prodire non poſſet, niſi viveret; Vivere non poſſet, niſi reſuſcitatus eſſet.* 6. A ſacerdote Chriſti miniſtro, cui comperta erit peccatoris pœnitentis vita certis indiciis, abſolvi debet ſecundum mandatum Domini. *Solvite illum, & ſinite abire.* Ipſum Lazarum attende: cum vinculis prodit. *Jam vivebat confitendo; ſed nondum liber ambulabat, vinculis irretitus.* Quid ergo facit Eccleſia, cui dictum eſt,

S. Auguſt. Serm. 44. alias 1. de Verb. Dom.

S. Auguſt. ibid.



*Quæ ſolveritis, ſoluta erunt,* niſi quod ait Dominus continuò ad Diſcipulos, *Solvite illum, & ſinite abire?*

---

## DOMINICA IN PASSIONE.

*Reſponderunt Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?... Tulerunt ergo lapides ut jacerent in eum.* Joan. viij. 48.

CHriſtum Jeſum Salvatorem noſtrum blaſphemiis ſuis & calumniis perſecuti ſunt Judæi, antequàm ipſum in crucem agerent. Illum *in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, dæmonium habere, ora infernalia clamant: Samaritanum appellant eum qui Dei cultum honoréмque verbo & operibus promovet, qui gloriam ſuam non quærit, quem Abraham deſideravit & coluit, ex fide in ipſum juſtificatus; lapidibus petunt Sanctum ſanctorum, quem arguere non poſſunt de peccato, Dei Filium coæternum Patri, & ab illo glorificatum, imò in gloria & in omnibus æqualem. Jam ergo patitur Chriſtus à Judæis, qui & ejus divinitati injuriam faciunt blaſphemiis ſuis, & illum calumniis ſuis ut hominem proſcindunt. *Os ſuum poſuerunt in cælum, & lingua eorum tranſivit in terra.* Hi ſunt de quibus Propheta in perſona Chriſti ait: *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens.* O Linguas præcidendas! Poterat Jeſus terram aperire, ut illos vivos abſorberet, ſicut Core, Dathan & Abiron: poterat urſos immittere, qui illos diſcerperent ac devorarent, ſicut pueros inſultantes Eliſæo: Mittere poterat Angelum; qui illos interficeret, ut blaſphemum Rabſacem & Aſſyrios. Verùm nihil hujuſmodi facit mitiſſimus Jeſus. Non enim venit ut po-

Coloſſ. ii. 9.

Pſal. 72. 9.

Pſal. 21. 14.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

tentiam oſtenderet, ſed ut patientiam doceret. Id unum reſpondit: *Ego dæmonium non habeo: ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.* Calumniatorum & maledicorum linguis quotidie Chriſtus inhonoratur in membris ſuis, non à Judæis, ſed ab iis qui ſe Chriſtianos profitentur. Quæ enim membris ſuis inferuntur injuriæ, calumniæ, detractiones, convicia, ſibi ipſi illata reputat. *Saule Saule, quid me perſequeris? ... Ego ſum Jeſus quem tu perſequeris.* Perſecutorem ſuum vocat perſecutorem membrorum ſuorum. *Caput enim & membra unus eſt Chriſtus.* Cùm detractio vitium ſit tam commune, hoc Sermone ab eo deterrendi ſunt Chriſtiani, & oſtendendum. 1. Eos verè dæmonium habere, ſeu eorum linguas à diabolo moveri, eique ad peccati propagationem & ad Regnum ejus extendendum atque firmandum ſervire, qui proximum calumniantur, vel ejus famæ detrahunt. 2. Eos qui calumniam patiuntur, & quorum famæ detrahitur, Chriſti Jeſu patientiam & manſuetudinem imitari debere.

Act. 9.

S. Auguſt.

I. Quæ mala à lingua maledica proveniunt? .... Detractio quàm grave crimen? ... Serpens & detractor æquales ... Detractio extremus velut diaboli laqueus ... Libido detrahendi, propagatrix peccati ... Detractionis vitium, præcipuè impugnat & perſequitur caritatem ... Variæ obtrectatorum artes ... Linguæ maledicæ crudelitas ... Lingua maledica, crudelior lanceâ quâ Chriſti latus confoſſum eſt ... Detractio crudelitati homicidii proxima. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 9. Art. 5. Regulâ 10.*) Varii detrahendi modi. (*Regula 17.*) Non excuſatur à peccato mortali, qui graves detractiones ab aliis auditas referendo & repetendo ſuas facit ... Detractio ab uno traducitur ad plurimos, ingenitâ maledicendi libidine, ſinguloſque peccatores conſtituit. (*Ibid. Regula 19.*) Lethalis peccati rei ſunt, qui alios ad detrahendum incitant: aut gravem obtrectationem lubenter & cum voluptate



audiunt: aut non corripiunt detrahentem, cùm ad id tenentur ex officio. (*Ibid Regulâ 24.*) *Detractor & libens auditor, diabolum portat in lingua.* Quiſquis falſum crimen impoſuit alteri, aut verum ejus crimen injuſtè & contra debitum ordinem prodidit, famam ejus reſtituere tenetur quo meliori modo fieri poteſt. Niſi verò ad id præſtandum ſit paratus, abſolvi Sacramentaliter non debet. (*Regulâ 28.*) Quàm neceſſaria & quàm difficilis alienæ famæ reſtitutio. (*Ibid.*)

Paulinus Tertul. Epiſt.

*Lingua univerſitas iniquitatis.* Detractio univerſale peccatum. Triplex peccatum univerſale. 1. Peccatum Adami univerſale eſt propagatione, quia in omnes ejus poſteros diffunditur. 2. Peccatum Judæorum, qui Chriſtum perſecuti ſunt & crucifixerunt, malitiâ univerſale eſt. 3. Peccatum Angelorum apoſtatarum univerſale eſt duratione, quia ita fuerunt in malo obſtinati, ut agere pœnitentiam non poſſent. Detractio univerſale peccatum eſt, 1. Ratione propagationis, quia plures inficit, quodammodo ſimilis peccato Adami. 2. Ratione malitiæ, ut peccatum Judæorum, quorum crudelitatem imitatur. 3. Ratione durationis, quia detractores difficilè reſipiſcunt & ſatisfaciunt. Circulus peccatorum ex lingua maledica. *Inflammat rotam nativitatis noſtræ inflammata à gehenna.*

Jacobi 3. 6.

Jacobi 3.

II. Qui calumniam patiuntur, & quorum famæ detrahitur, Chriſti Jeſu patientiam & manſuetudinem debent imitari. Detractionem detractione elidere, calumniam calumniâ repellere nunquam licet, nec abſque lethali peccato fieri poteſt. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 9. Art. 5. Regulâ 27. & Cap. 11. Art. 4. Regula 10.*) In hodierna S. Evangelii lectione, à « Potentia diſcimus patientiam. Quid enim ſumus ſervi « ad Dominum, peccatores ad Juſtum, creatura ad Creatorem? « Tamen quomodo ſi quid mali ſumus, à nobis « ſumus: ita quicquid boni ſumus, ab illo & per illum « ſumus. *Et nihil ſic homo quærit quomodo potentiam:* «

S. Auguſt. Tract. 43. in Joan.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*habet Dominum Chriſtum magnam Potentiam: ſed prius ejus imitetur patientiam, ut perveniat ad potentiam. Quis noſtrûm patienter audiret, ſi alicui diceretur,* Dæmonium habes? *Quod dictum eſt ei qui non ſolum homines ſalvabat, ſed etiam dæmonibus imperabat.*

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?... Ego gloriam meam non quæro.* Joan. viij 46. 50.

DEus perfectionis ſanctitatiſque ſuæ nos imitatores eſſe jubet. *Sancti eſtote,* inquit, *quia ego ſanctus ſum... Eſtote perfecti,* ait Chriſtus, *ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Filius Dei naturam humanam ſuſcepit, ut eum velut omnis ſanctitatis exemplar imitari poſſemus. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Sancti eſſe debemus corde, ore, & opere. Corde, per intentionis puritatem. Ore, per ſermonis veritatem. Opere, per vitæ omnimodam integritatem, actionumque probitatem. Ut opere ſancti ſimus, vita noſtra conformanda eſt vitæ Chriſti. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ut ſermone ſancti ſimus, ſermones noſtri conformandi ſunt ſermonibus Chriſti. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Ut corde ſancti ſimus, intentio noſtra conformanda eſt intentioni Chriſti. *Ego gloriam meam non quæro.* 1. Odiſſe & fugere debemus omne prorſus peccatum, non mortale ſolum, ſed veniale, quod voluntate deliberatâ committitur, ut innocentiam & ſanctitatem Chriſti pro viribus imitemur. 2. Mendacium omne ſpeciatim vitare debemus, ut Chriſti

*Levit. 11. 44.* *Matth. 5. 48.* *Joan. 13. 15.*



Chriſti veracitatem imitemur. 3. Vanam gloriam ac jactantiam fugere debemus, ut intentionem noſtram intentioni Chriſti conformemus.

I. Dei perfectiones imitandæ ... In divinarum perfectionum imitatione ſemper proficiendum. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 16.*) Chriſti hominis ſanctitas infinita & immenſa. Impeccantia Chriſti. (*Art 4. ejuſdem Quæſtionis, §. 2.*) Quo ſenſu Chriſtus dicitur factus pro nobis peccatum? (*Ibid.*) Pro peccatis noſtris par pretium ſolvere Deo non potuiſſet, niſi impeccabilis fuiſſet. (*Art. 5. ejuſdem Quæſtioni §. 6. n. 3.*) Nemo homo, Chriſto & Deipara Virgine exceptis, fuit, eſt, vel erit ita perfectè juſtus, ut fuerit, ſit, vel futurus ſit ſine peccato. Nemo dicere poteſt, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* (Lib. 5. Cap. 2. Art. 8. n. 2.) *Mortifera tamen peccata non facit bonæ fidei & bonæ ſpei Chriſtianus: ſed illa ſola quæ quotidiano orationis penicillo terguntur.* Chriſtiani ſanctitatem profitentur, & ſancti paſſim ab Apoſtolo appellantur: *Vocatis ſanctis.* Sanctitas porro in obſervantia mandatorum Dei & Evangelii Chriſti conſiſtit, de quibus ait: *Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non guſtabit in æternum.*

*S. Auguſt. Serm. [illegible] Noviſſ. Edit.* *Evangel. Joan. 8.*

II. Mendacium omne lege divina prohibitum, per ſeque illicitum ac malum eſt. Mendacii magiſter & pater diabolus. Numinum quæ Gentiles colebant, falſitas inde demonſtrata, quòd mendacia oracula funderent. (*Lib. 4. Cap. 10. Art. 2.*) Octo mendacii genera. (*Ibid.*) Diabolus æquivocationum & reſtrictionum mentalium auctor. (*Ibidem*)... Falſum teſtimonium lethale peccatum eſt, & quidem graviſſimum. (*Ibid. Art. 3. Regulâ 1.*) Mendacium omne quod Deo injurioſum aut proximo graviter noxium eſt, mortale peccatum eſt. (*Ibid. Reg. 5.*) Pro vita alterius temporali, vel ſua ſervanda, mentiri non licet. (*Regulâ 6. & 7.*) Nec pro æterna alicujus ſalute procuranda. (*Regulâ 9.*) Æqui-

vocationum & reſtrictionum mentalium uſus per ſe malus eſt, & quavis in occaſione, rerumque circumſtantiis quibuſlibet, illicitus. (*Regulâ 11.*) Qui reſtrictiones mentales & æquivocationes jurando adhibent, lethale perjurium committunt. ( *Lib. 4. Cap. 4. Art. 3. Regulâ 11.* ) *Dei veri* cultores; Chriſti, qui *Veritas* eſt, Diſcipuli; *Verbo veritatis* geniti; *Spiritu veritatis* ſanctificati; *Pane vero de cœlo*, id eſt, Chriſti corpore nutriti; Eccleſiæ, quæ *columna eſt & firmamentum veritatis*, filii, vocati, ut ſecundùm Dei legem, quæ *veritas* eſt, viventes, *apprehendant veram*
Epheſ. 4. 25. *vitam*, abhorrere debent à mendacio, *Veritatem loqui enim proximo ſuo: quoniam ſumus invicem membra.* Nullus in dicenda veritate labor; mendacia & æquivocationes abſque labore non quæruntur, non proferun-
S. Auguſt. in Pſal. 139. tur. *Laborant homines loqui mendacium, nam veritatem tota facilitate loquerentur. Ille enim laborat, qui fingit quod dicit. Nam qui verum vult dicere, non*
Pſalm. 139. 10. » *laborat. Ipſa enim veritas ſine labore loquitur.* Ca-
» put circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet
» eos... Ecce parturit injuſtitiam, concepit dolorem, &
Pſalm. 7. 15. » peperit iniquitatem. *In omni enim opere malo labor eſt, & omne opus malum, cogitatum mendacium ducem habet: non enim eſt veritas niſi in opere bono. Et propterea quia omnes laborant in mendacio, veritas quid*
Matth. 11. 28. » *clamavit?* Venite omnes qui laboratis & onerati eſtis,
» & ego reficiam vos. *Ipſa eſt vox clamans ad laboran-*
Pſal. 4. 3. » *tes in alio Pſalmo:* Filii hominum uſquequo gravi cor-
» de, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis menda-
Jerem. 9. 5. » cium? *Apertè autem alio loco labor eſt in mendacio:*
» Docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, ut iniquè a-
» gerent laboraverunt.

III. Rectæ intentionis in omnibus operibus noſtris neceſſitas. ( *Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Art. unico, Regulâ 58. n. 4.* ) Remedia contra vanam gloriam. 1. Operum noſtrorum defectus conſiderandi.



2. Conſiderandum, quicquid boni in operibus noſtris eſt, Dei munus eſſe. 3. Æternæ gloriæ præmio vanam gloriam nos fruſtrari. 4. Conſiderandum Chriſti exemplum, qui vanam gloriam fugiendam verbis factiſque docuit. 5. Oculi noſtri à bonis operibus noſtris avertendi, & in peccata noſtra reflectendi. Conſiderandum quid nobis deſit. (*Ibid. Cap. 5. Art. 15.* De jactantia. ( *Art. 16.* ) Nemo ergo Chriſtianus in ſe ipſo, ſed in Domino tantùm glorietur, & cum Chriſto dicat: *Ego gloriam meam non quæro... Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt.*

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Abraham Pater veſter exſultavit ut videret diem meum, vidit, & gaviſus eſt.* Joan. viij. 56.

HOdierno Evangelio docemur quid de Chriſto Jeſu credere, quid in eo imitari debeamus. Credere debemus, Deum verum eſſe, hominemque perfectum. Imitari in ipſo debemus humilitatem, manſuetudinem & patientiam, quarum virtutum exempla præbet in iſto cum Judæis congreſſu, quem Evangelium ab Eccleſia hodierna die propoſitum commemorat. Chriſtum verum Deum eſſe credendum hæc verba oſtendunt: *Eſt Pater meus, qui me glorificat, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt.* Jeſus igitur Dei Filius eſt, non adoptione, ut Abraham & Prophetæ, cæterique juſti, ſed naturâ. Unde ſubdit: *Amen, amen dico vo-* S. Auguſt. Tract. 44. in Joan.
*bis: antequam Abraham fieret, ego ſum. Appende verba, & cognoſce myſterium. Intellige, fieret, ad humanam facturam; ſum verò, ad divinam pertinere ſubſtantiam.* Fieret, *quia creatura eſt Abraham. Non dixit, Antequam Abraham eſſet ego eram: ſed,*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Antequam Abraham fieret, qui niſi per me non fieret, ego ſum.* Neque hoc dixit, Antequam Abraham fieret, ego factus ſum. *In principio* enim *fecit Deus cælum & terram:* nam *In principio erat Verbum... Antequam fieret Abraham, ego ſum. Agnoſcite Creatorem, diſcernite creaturam. Qui loquebatur, ſemen Abrahæ factus erat: & ut Abraham fieret, ante Abraham ipſe erat.* Atque hoc ſenſu verba Jeſu intellexere Judæi, quibus blaſphemaſſe viſus eſt; unde *Tulerunt lapides ut jacerent in eum.* Id confirmat vitæ æternæ promiſſio ab illo facta his qui ſermonem ejus ſervaverint. *Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non guſtabit in æternum.* Nam à morte æterna liberare, & vitam

S. Auguſt. Tract. 44. in Joan. æternam largiri non convenit niſi Deo vero. Cùm Jeſus morituris hæc loqueretur, non temporalem, ſed ſecundam & æternam mortem ſpectabat, de qua nos liberare venerat. *Ipſa eſt vera mors, nam iſta migratio eſt. Quid eſt iſta mors? Relictio corporis, depoſitio ſarcinæ gravis: ſed ſi alia ſarcina non portetur, qua homo in gehennas præcipitetur.* De illa ergo morte Dominus dixit: *Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non guſtabit in æternum.* Non expaveſcamus iſtam mortem, ſed illam timeamus. Servemus Christi ſermonem in fide: perventuri ad ſpeciem, cùm acceperimus pleniſſimam libertatem. In eodem cum Judæis ſermone Jeſus ſe homines à peccato liberare docet, quod

Joan. 8. 35. 36. veri Dei proprium eſt. *Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, ſervus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. Si ergo vos Filius liberaverit, verè liberi eritis.* Denique ſe *principium* eſſe ait, per quod ſcilicet omnia facta ſunt, & ſine quo

Joan. 8. 25. factum eſt nihil. *Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Jeſus: Principium, qui & loquor vobis... Si non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris;* id eſt, niſi credideritis quia *Ego ſum qui ſum*, quia Deus ſum. Solus enim Deus propriè eſt, omnes creaturæ,



quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo. Solus Deus immutabilis, adeoque immortalis. Omnis mutatio mors quædam eſt. *Principium, qui & loquor vobis.* Principium mutari non poteſt: principium in ſe manet, & innovat omnia: principium eſt cui dictum eſt: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Pſalm. 101. 28.

Jeſum non ſolùm Deum verum, ſed & hominem perfectum ſimul credi oportere, Evangelium hodiernum docet. *Abraham Pater veſter exſultavit ut videret diem meum,* (ait Jeſus Judæis) *vidit, & gaviſus eſt.* Magna res agebatur, quando Iſaac conjux quærebatur. Sed ut hoc cognoſceret ſervus quod noverat Abraham, quia nepotes non carnaliter deſiderabat, nec de genere ſuo aliquid carnale ſapiebat, ait ſervo quem mittebat: *Pone manum tuam ſuper femur meum, ut adjurem te per Dominum, Deum cæli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito: ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias uxorem filio meo Iſaac.* Per femur, genus. Hæc ergo juratio ſignificabat de genere Abrahæ venturum in carne Deum cæli. *Etenim Propheta erat Abraham. Cujus Propheta? ſeminis ſui, & Domini ſui. Semen ſuum ſignificavit dicendo, Mitte manum ſub femore meo: Dominum ſuum ſignificavit addendo: & jura per Deum cæli.* Se denique verum hominem oſtendit Jeſus, cùm *fugit* tanquam paſſurus, tanquam moriturus, tanquam nos ſuo ſanguine redempturus, & *abſcondit ſe* à Judæis, ne ipſum lapidarent. S. Auguſt. Tract. 44. in Joan. Geneſ. 24. 2.

II. Quid in Christo debeamus imitari, hodiernum Evangelium oſtendit, ſcilicet humilitatem, manſuetudinem, patientiam. *Diſcite à me,* (inquit aliàs) *quia mitis ſum & humilis corde.* Non ait, Diſcite à me mundum creare, mortuos ſuſcitare, aut alia miracula facere, ſed quia mitis ſum & humilis corde. Id opere, ut verbo docuit. *Cœpit enim facere, & docere.* Maledi- Matth. 11. 29.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ctum maledicto non reddidit, convicium convicio non refutavit, reſpondit ſolùm cum admirabili manſuetudine: *Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Ego gloriam meam non quæro.* Confutat blaſphemiam, convicium refellere negligit, ut nos ſolas injurias Deo factas curare, nobis illatas negligere & condonare doceat. Dæmonium ſe habere negat, Samaritanum ſe eſſe non negat.

*Pſal. 120. 4.* Quid cauſæ prætereà? Samaritanus idem ſignificat quod cuſtos. Noverat ſe Jeſus noſtrum eſſe cuſtodem.

*Pſal. 126. 1.* *Non enim dormitat, neque dormit, qui cuſtodit Iſrael:* &,

*S. Auguſt. Tract. 44. in Joan.* *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* Eſt ergo ille cuſtos noſter, qui creator noſter. Num enim pertinuit ad eum ut redimeremur, & non pertineret ut ſalvaremur? Denique ut noveritis myſterium, quare ſe Samaritanum negare non debuit, parabolam illam notiſſimam attendite,

*Luc. 10. 30.* ubi homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, qui eum graviter vulnerantes, ſemivivum in via reliquerint. Tranſiit Sacerdos, neglexit eum: tranſiit Levites, & ipſe præteriit: tranſiit quidam Samaritanus, ipſe eſt cuſtos noſter, ipſe acceſſit ad ſaucium, ipſe impendit miſericordiam, eique ſe præſtitit proximum, quem non deputavit alienum. Patientiam denique Jeſu imitari debemus, qui cùm Judæorum inſultus illum impetere lapidibus volentium, ſupplicio terribili ulciſci poſſet, abſcondere ſe maluit & fugere. Terram aperire poterat, ut eos abſorberet, ac pro lapidibus inferos invenirent: *Sed magis erat commendanda patientia, quàm exſerenda potentia.* Peccatores excæcati, indurati, ingrati, lapides in Chriſtum jaciunt,

*Rom. 2. 4. 5.* patientiâ ejus abutuntur. *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ.* Abſcondit ſe ab eis Jeſus, il-



lorum corda magis obdurat, non infundendo malitiam, ſed ſubtrahando miſericordiam: fugit ab impiis; ſed *Væ illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit.*

---

## FERIA II. POST DOMINICAM V. QUADRAGESIMÆ.

*Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. Quæretis me, & non invenietis.* Joan. vij. 34.

QUid debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? (inquit Deus per Prophetam) Nunc promiſſis æternæ beatitudinis, nunc minis deſertionis, & damnationis ſempiternæ homines à peccato deterret, ad juſtitiam allicit. Optimus pædagogus timor, præſertim in amore Dei fundatus. *Timor, fundamentum ſalutis eſt: præſumptio impedimentum timoris... Timor hominis Dei honor eſt.* Nihil utilius eſt & efficacius ad gratiam obtinendam, conſervandam, recuperandam, quàm timere. 1. Ne actualis gratiæ auxiliis fideliter non cooperemur. 2. Ne à gratia ſanctificante excidamus. 3. Ne gratiam ſemel amiſſam non recuperemus. *Timeas pro accepta gratia, ampliùs pro amiſſa, longè plus pro recuperata.* Vide *Lib. 1. Theolog. Dogmat. & Moral. Quæſt. 2. Art. 5. §. 10. n. 13.*

*Tertull. Lib. 2. de Cultu Femin.*
*Idem Lib. de Pœnitentia.*
*S. Bernard. Serm. 54. in Cantic.*

I. *Videte ne in vacuum gratiam Dei recipiatis... Stat ad oſtium Verbum Dei, & pulſat oſtium animæ noſtræ, & dicit: Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis aperuerit, ingrediar ad eum. Vult ergo ſemper introire, ſed à nobis ne introëat excluditur. Claudimus enim per hæc corporis vitia animæ noſtræ aditum. Qui ſi cœperit emundatis omnibus patere, illico introibit, modo ſolis, qui clauſis feneſtræ valvis introire prohibetur, patentibus verò totus immittitur. Ipſi quidem ſemper ut illuminet, promptum eſt: ſed lumen ſibi domus ipſa*

*2. Cor. 6. 1*
*S. Hilarius in Pſal. 118. Verſ. 11.*

*obſeratis aditibus excludit. Eſt enim Verbum Dei ſol juſtitiæ, adſiſtens unicuique ut introeat : nec moratur lucem ſuam apertis aditibus infundere.* Cùm ergo Chriſtus per gratiam ſuam te vocat ad bonum, cave ne gratiæ deſis, ne in te vacua ſit, ne vocanti reſiſtas, ne infidelitate tua privationem ejus merеare. Huic fortè gratiæ, cui reſpondere & fideliter cooperari negligis, annexa eſt cæterarum ſeries gratiarum, quæ tibi ad vincendas tentationes, ad peccata vitanda, ad bona opera peragenda neceſſariæ ſunt ; annexum eſt perſeverentiæ donum ; annexa eſt denique ſalus tua. Prima illa gratiâ abuteris, reſiſtis, impedimentum affers, cor pulſanti Deo claudis per peccatum : de ſalute tuâ actum eſt ; quærit te Deus, & ad eum venire recuſas ; illum aliquando quæres, ſed fruſtra, non enim invenies, quia non quæres ut oportet, & quia juſto judicio receſſit à te, numquam rediturus. Sic receſſit à Saüle, cujus reprobationis cauſa fuit inobedientia in re quæ probabilem illi habere viſa excuſationem eſt. *Numquid vult Dominus holocauſta & victimas* (inquit Samuël) *& non potiùs ut obediatur voci Domini . . . . Pro eo ergo quòd abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus ne ſis Rex . . . . Scidit Dominus Regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro Triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur. Et directus eſt Spiritus Domini à die illa in David.* Quamobrem *Si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* — *1. Reg. 15. & 16.*

II. Timendum ne à gratia ſanctificante excidamus. *Neminem Deus deſerit, niſi prius ab eo deſeratur.* Vigilandum ſemper & orandum, ne inducamur in tentationem, ne in via lubrica & laqueis plena cadamus, quia *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis.* Quæ jactura magis timenda eſt, quàm jactura gratiæ, quæ meritorum omnium præcedentium amiſſionem involvit ? — *S. August. Concil. Trid.* — *2. Cor. 4. 7.*



Sacramentorum frequentatio, preces quantumvis ferventes, eleemoſynæ quantumvis uberes, mortificationes carnis quantumvis auſteræ, nullo in loco, nullo in numero, in nullo pretio ſunt apud Deum, ſi juſtus, qui bona illa opera fecit, à gratia excidat per mortale peccatum. *Si averterit ſe juſtus à juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, numquid vivet ? . . . Omnes juſtitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur.* Anima ſine gratia, terra ſterilis eſt. Quicquid boni fit à peccatore, nullius eſt apud Deum meriti, nullius ad vitam æternam utilitatis. *Si caritatem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Temporalem fortè mercedem ob opera moraliter bona recipiet peccator, non æternam. Sterilis eſt, ut Rex Jechonias, quamvis filios habeat, quia bona ejus opera, ſi quæ ſunt, in ſtatu peccati mortalis edita, numquam coronabuntur, numquam ad gloriæ tronum provehentur. *Hæc dicit Dominus : ſcribe virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur.* Qui à gratia excidit per peccatum mortale, fruſtratur omni bono quod facere cum gratia poterat, ſpoliatur omni bono quod facit ; in funeſtam operandi bonum, ut oportet ad ſalutem, impotentiam incidit, quandiu in ſtatu peccati permanebit. *Ad nihilum redactus ſum, & neſcivi.* Ut verò conſervemus gratiam, non modò peccata mortalia, ſed & venialia, quæ cum plena deliberatione fiunt, pia ſollicitudine cavere debemus : quia venialia peccata diſponunt ad mortale, cùm eorum frequentatione cupiditas augeatur, caritas minuatur & refrigeſcat ; animus violationi legis Dei in minoribus rebus aſſueſcens ſenſim propenſionem contrahat ad lapſum etiam in majoribus ; & divinæ gratiæ auxiliis ad graves tentationes vincendas neceſſariis, in pœnam venialium peccatorum, quæ vitare negligit, interdum privetur. *Qui ſpernit modica, paulatim decidet.* Hoc ſenſu S. Auguſtinus ait : *Minuta plura peccata, ſi negligantur, occidunt. Minutæ ſunt guttæ quæ* — *Ezech. 18. 24.* — *1. Cor. 13. 3.* — *Jerem. 22. 30.* — *Pſal. 72. 22.* — *Eccli. 19. 1.* — *S. August. Tract. 12. in Joan.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*flumina implent; minuta ſunt grana arenæ, ſed ſi multa arena imponatur, premit atque opprimit. Hoc facit ſentina neglecta, quod facit fluctus terruens: paulatim per ſentinam intrat, ſed diu intrando, & non exhauriendo mergit navim. Quid eſt autem exhaurire, niſi bonis operibus agere ne obruant peccata, gemendo, jejunando, tribuendo, ignoſcendo?* Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 1. Art. 5.*

III. Timendum ne gratiam ſemel amiſſam non recuperemus; quia vel tempus deerit Deum quærendi, vel gratia, ut ſicut oportet illum quæramus: *Quæretis me, & non invenietis.* Ergo *Quærite Dominum, dum inveniri poteſt: invocate eum, dum prope eſt. Erit tempus quando non erit locus, cum ille fons miſerationis interminabili ſiccabitur ſiccitate.* De miſericordia Dei non præſumendum. Utile erit ſi vereamur ne morte intercepti, tempus pœnitentiæ agendæ non habeamus; ne doloribus oppreſſi, vires non habeamus; ne juſto Dei vindicis judicio gratiâ deſtituamur, quam recuperare neglexímus per pœnitentiam; utile (inquam) erit ſi hæc timeamus: periculoſiſſimum verò ſi nobis tempus, vires, gratiam adfuturam præſumamus. Nam *Timendo cavebimus, cavendo ſalvi erimus: contra ſi præſumamus, neque timendo, neque præcavendo ſalvi erimus. Qui ſecurus agit, non & ſollicitus, non poſſidet tutam & firmam ſecuritatem. At qui ſollicitus eſt, is verè poterit eſſe ſecurus.* Pœnitentia igitur continuò agenda, bonis operibus perſeveranter vacandum; adverſus cupiditates noſtras indefeſſè ac fortiter pugnandum eſt: & ſic vivendo, ſanctam mortem optare, non præſumere oportet. *Qui enim optat, honorat: qui præſumit, ſuperbit. In illo verecundia, in iſto petulantia apparet. Ille ſatagit, hic negligit. Ille mereri cupit, at hic ut debitum ſibi repromittit. Ille ſumit, hic invadit. Quem cenſeas digniorem, niſi emendatiorem?*

*Iſai. 55.*

*S. Bernard. Serm. 4. de Diverſis.*

*Tertull. Lib. 2. de Cultu Femin.*

*Tertull. Lib. de Pœn. C. 6.*



*quem emendatiorem, niſi timidiorem, & idcirco verâ pœnitentiæ functum? Timuit enim adhuc delinquere, ne non mereretur accipere. At ille præſumptor, cum ſibi repromitteret, ſecurus ſcilicet, timere non potuit: ſic nec pœnitentiam implevit, quia inſtrumento pœnitentiæ, id eſt, metu caruit. Præſumptio, inverecundiæ portio, eſt, inflat petitorem, deſpicit datorem.* Vide *Lib. 4. Theol. Dogm. & Moral. Cap. 3. Art. 9. Regulâ 7.*

---

## FERIA IV. POST DOMINICAM V. QUADRAGESIMÆ.

*Oves meæ vocem meam audiunt; & ego cognoſco eas, & ſequuntur me; & ego vitam æternam do eis.* Joan. x.

PRædeſtinationis Sanctorum Myſterium Chriſtiano populo prædicandum eſt, ſicut & cætera ſalutis noſtræ Myſteria, ad ejus inſtructionem & ædificationem. 1. Deus prædeſtinatione ſuâ vitam æternam ante conſtitutionem mundi electis ſuis gratis præparavit, ex miſericordia, ſine ullo ad eorum merita reſpectu. 2. Deus vitam æternam in tempore dat electis ſuis propter bona eorum opera. 3. Certiſſima eſt prædeſtinatio, nec deficere poteſt.

I. Prædeſtinatio Sanctorum ad gloriam ex miſericordia gratuita eſt: Nihil igitur nobis tribuere debemus, ſed totum à Deo ſperare in negotio ſalutis noſtræ.

II. Deus vitam æternam Sanctis ſuis in tempore dat propter eorum bona opera: igitur bonis operibus perſeveranter vacare debemus.

III. Certiſſima eſt prædeſtinatio, nec deficere poteſt: & nihilominus timere debemus, ne ex ovium Chriſti numero non ſimus.

I. Prædeſtinatio ſanctorum mera miſericordia eſt.

Nemini homini gratia aut gloria debitæ. Omnes in eadem maſſa damnationis propter originale peccatum. Ex ea ut unus præ alio liberetur, meræ miſericordiæ eſt; ut
Rom. 9. alius relinquatur, juſti judicii. *Cujus vult miſeretur,*
S. Auguſt. Enchirid. Cap. 99. *& quem vult indurat ... Miſeretur ergo Deus magna bonitate, obdurat nulla iniquitate; ut nec liberatus de ſuis meritis glorietur, nec damnatus niſi de ſuis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptos diſcernit à perditis, quos in unam perditionis concreverat maſſam*
Rom. 9. *ab origine ducta cauſa communis.* Quid igitur obmurmuras & quereris? *O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam.* Ratio prædeſtinationis ſanctorum ad gloriam non alia, quam æternus Dei erga illos amor.
Jerem. 31. 3. *In caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans.* Hujus prædilectionis nulla ratio præter divinam bonita-
Luc. 12. tem, præter beneplacitum Patris cæleſtis. *Nolite timere, puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare*
Rom. 9. *vobis regnum.* Humana hic merita conticeſcant: *Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ... Jacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor cujus miſereor, & miſericordiam præſtabo cujus miſerebor. Igitur neque volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Prædeſtinatio, vocatio, juſtificatio, glorificatio, ſolius divini beneplaciti, ſolius miſericordiæ, ſolius amoris Dei erga electos ſuos actus ſunt, quos prior dilexit, quos elegit in Chriſto ante mundi conſtitutionem ut ſancti eſſent, illique confor-
Rom. 8. mes. *Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri*



*imagini filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & juſtificavit. Quos autem juſtificavit, illos & glorificavit.* Vide *Lib. 1. Theol. Dogmat. & Moral.* Quæſt. 2. Art. 2. §. 17. ſub eo titulo, *Quid de prædeſtinatione ſentiendum?* Æternæ gloriæ convivium electis ſuis cur præparaverit Deus, ne curioſiùs quæras: Ideo præparavit, quia præparare voluit. *Pa-* Pſal. 64. 10.
*raſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio ejus.* In ſalutis ergo noſtræ negotio & œconomia, totum à gratuita Dei erga nos miſericordia eſt. Igitur *In nullo glo-* S. Cyprian.
*riandum, quando noſtrum nihil ſit.*

II. Deus vitam æternam ſanctis ſuis dat in tempore propter bona eorum opera. Ideo *corona juſtitiæ* vocatur 2. Tim. 4.
ab Apoſtolo. Ideo cum bravio & depoſito comparatur. Sicut enim in agone contendentibus & in ſtadio currentibus, corona corruptibilis datur ut curſûs victoriæque præmium: ita currentibus in via mandatorum Dei, & contra ſalutis hoſtes dimicantibus, incorrupta corona tribuitur ut præmium victoriæ. *Neſcitis quod ii qui in* 1. Cor. 9.
*ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium, ſic currite ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Bona opera quæ facimus, & paſſiones quas propter Deum perferimus, apud Deum deponuntur, qui in noviſſimo die pro his præmium æternum electis ſuis retribuet. *Scio cui credidi, & certus ſum* 2. Tim. 1.
*quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem...* Cur vita æterna non dicitur ſtipendium juſtitiæ, ſicut mors dicitur ſtipendium peccati? ... Vita æterna *gratia pro gratia.* Igitur *Cum Deus coronat merita noſtra,* S. Auguſt.
*nihil aliud coronat quam munera ſua.* Bona quippe opera creat in nobis per gratiam ſuam. *Creati in Chriſ-* Epheſ. 2.
*to Jeſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.* Hinc Propheta ait: *Pro nihilo ſalvos*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Pſal. 15. *facies illos*, id eſt, *Gratis datâ gratiâ tua* (inquit S. Auguſtinus) nobis tamen cooperationis honorem tribuit, quamvis ut cooperemur, ipſe prior operetur in nobis. Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib.* 1. *Quæſt.* 2. *Art.* 2. §. 17. *n.* 2. ſub eo titulo, *Æterna electio ſine meritis, ſalus ex meritis.* Hinc gloria cæleſtis interdum theſauro abſcondito in agro comparatur, quem homo felici ſorte invenit: aliàs gemmæ, quam ut inveniat mulier diligentiſſimè quærit: modò fonti, cujus aquæ gratis profluunt: *Fons aquæ ſalientis in vitam æternam*: modò puteo, cujus aquæ non ſine labore hauriuntur: *Fons hortorum, puteus aquarum viventium.* Hinc Eccleſiam Chriſti ſponſam *A Deo paratam*, ſe tamen præparare ſcribit S. Joannes: *Uxor Agni præparavit ſe.* Bonis igitur operibus ſtudeamus, in illiſque nos perſeveranter exerceamus. *Vocavit nos propria gloria & virtute* (inquit Apoſtolorum Princeps:) *Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem.*

Apocal. 19.

2. Petri 1.

III. Certiſſimam eſſe prædeſtinationem ſanctorum, nec deficere poſſe, docet Chriſtus in hoc ipſo, quem tractamus, Evangelii loco: *Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: & ego vitam æternam do eis. Et non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea... Et nemo poteſt rapere de manu Patris mei.* Lege Lib. 1. *Theolog. Dogmat. & Moral. Quæſt* 2. *Art.* 2. § 17. *n.* 3. ſub eo titulo, *Quamvis certa prædeſtinatio ſit, &c.* Sed quamvis eorum qui prædeſtinati ſunt in Regnum Dei ita certus ſit numerus, ut nec addatur eis quiſquam, nec minuatur ex eis; rectè tamen & ipſis prædeſtinatis dicitur: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operami-*

Joan. 10.

Philipp. 2. 12.



*ni*: &, *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Quaſi eos perſeveraturos habeatur incertum. Nec aliter hæc audire debent, quibus expedit non altum ſapere, ſed timere. Quis enim ex multitudine fidelium, quandiu in hac mortalitate vivitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat? Iſtud ergo ſecretum eſſe vult Deus, *Ne fortè quis extollatur, ſed omnes etiam qui bene currunt timeant, dum occultum eſt quò perveniant. Præſumptio* enim *in iſto tentationum loco non expedit, ubi tanta eſt infirmitas, ut ſuperbiam poſſit generare ſecuritas.* Rectè etiam dicitur omnibus: *Satagite ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.* Et, *Noli altum ſapere, ſed time.* Timendum non ſervili anxietate, ſed filiali ſollicitudine, cum fiducia conjuncta, in immenſa Dei bonitate, & Chriſti Jeſu ſanguine ſperando. Piam autem fiduciam in nobis generabunt ſigna prædeſtinationis, quæ per Dei gratiam in nobis emicabunt; inter alia, auditio verbi Dei, eo animo ut obſervetur & executioni mandetur. *Oves meæ vocem meam audiunt.* 2. Miſericordia ſive in pauperibus ſublevandis, ſive in injuriis condonandis: *Beati miſericordes, quoniam miſericordiam conſequentur.* 3. Patientia in adverſis, & perſecutio propter juſtitiam conſtanter tolerata. 4. Bonæ vitæ curſus, & conformitas cum Chriſto in caritate, humilitate, manſuetudine, paupertate, paſſionibus: *Quos prædeſtinavit conformes fieri imagini Filii ſui.* Denique de numero felici & benedicto electorum Chriſti nos fore per ejus miſericordiam confidamus, ſi non ſimus de numero electorum mundi, de quibus ait Propheta: *Et non communicabo cum electis eorum.* Qui enim habet ſpiritum mundi, pro quo non rogat Chriſtus, non habet Spiritum Chriſti. *Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.*

Apoc. 3.

S. Auguſt. Lib. de Corrip. & Grat. Cap. 7. & 8.

2. Petri 1.

Matth. 5.

Pſal. 140. 4.

Rom. 8. 9.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## FERIA V. POST DOMINICAM V. QUADRAGESIMÆ.

*Mulier quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jeſus accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti.* LUC. vij.

INſignem peccatricem hodierna S. Evangelii lectio commemorat, cujus neque nomen indicat S. Lucas, neque peccatum expreſſè deſignat. Nomen ejus ſilentio premit, quia peccatorum nomina perdita ſunt apud Deum. [Iſai. 14. 22.] *Perdam Babylonis nomen.* Ad nihilum enim per peccatum rediguntur, & nihilò viliores ſunt in conſpectu Dei: [S. Aug. in Pſal. 31.] *Ab eo qui verè eſt qui in contrarium pergit, ad non eſſe pergit.* Quodnam verò fuerit famoſæ illius mulieris peccatum, intelligendum magis reliquit S. Evangeliſta, quàm expreſſit: *Mulier quæ erat in civitate peccatrix.* Mulier erat ſuperba, ſe ipſam inordinatè amans, in elegantia formæ, cæteriſque naturæ dotibus ſibi complacens, mulier vanitati dedita, in voluptatem effuſa; mulier quæ cultu, ornatu, luxu, omnibuſque illecebris ſeu congenitis ſeu additiriis & affectatis, corda juvenum totius Urbis nobilitate & opibus florentium Deo eripiebat & ſibi devinciebat: mulier Amorem profanum incendere geſtiens, & ejuſdem Amoris ignibus incendi non erubeſcens: quæ vincere in hoc belli genere gloriabatur, & vinci delectabatur. Mulier erat minimè ſapiens. Babylonem illam cogitate, de qua S. Joannes in Apocalypſi. [Apoc. 17. 4.] *Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis ejus. Et in fronte ejus nomen ſcriptum: Myſterium.* Non ſolùm erat peccatrix, ſed

totius



totius civitatis facta fuerat ipſa peccatum, petra ſcandali, laqueus ad capiendas animas, odor mortis in mortem. 1. Profanus & impudicus amor Deo graviſſimam facit injuriam. 2. Mala graviſſima infert homini. 3. Contra tam periculoſum hoſtem fortiter pugnandum: ab ejus inſidiis ſollicitè cavendum eſt.

I. Amor profanus & impudicus cor eripit Deo, cui uni debitum eſt totum & totaliter. Id unum à nobis poſtulat: *Fili præbe cor tuum mihi.* Deus eſt zelotes: *Nullum à ſe rivulum* amoris noſtri *duci extra patitur,* [S. Aug.] *cujus derivatione minuatur.* Cor hominis altare eſt Deo dicatum, in quo offerre ipſi continuò debet incenſum orationis & laudis, igne fervidæ caritatis. Hoc altare polluit profanus & impudicus amator, ignem alienum in illud infert, locum ſanctum contaminat. Neque verò cor ſolum Deo eripit; ſed & corpus, quod Dei templum eſt, violare non metuit. Ex cordis enim corruptione ſequitur in hoc genere peccati corruptio carnis. *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? ſi quis autem Templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus.* [1. Cor. 3.] Hoc templum in baptiſmate conſecratum. Hujus Templi æditua pudicitia eſt, ſacerdos Spiritus Sanctus. *Cum omnes templum Dei ſimus, illato in nos & conſecrato Spiritu Sancto, ejus templi æditua & antiſtita pudicitia eſt, quæ nihil immundum, nec profanum inferri ſinat, ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam ſedem offenſus derelinquat.* [Tertull. lib. 2. de cultu feminarum, Cap. 1.] Amor profanus & impudicus, affine idololatriæ crimen eſt. Quid Salomonem ad idololatriam pertraxit? Nonne profanus & impudicus amor? *Adamavit mulieres alienigenas multas . . . His copulatus eſt ardentiſſimo amore . . . & averterunt mulieres cor ejus . . . Cùmque eſſet ſenex, depravatum eſt cor ejus per mulieres, ut ſequerentur Deos alienos.* [3. Reg. 11.] Magis reum eſſe impudicum amatorem eo qui metu aut vi tormentorum in idololatriam lapſus eſt, Tertullianus aſſerit. *Nemo volens,* in-

X

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Tertul. Lib. de pudicit. Cap. 1.*

quit, *negare compellitur: nemo volens fornicatur. Nulla ad libidinem vis eſt, niſi ipſa. Negationem verò quanta compellunt ingenia carnificis, & genera pœnarum! Quis magis negavit, qui Chriſtum vexatus, an qui delectatus amiſit? qui cùm amitteret, doluit: an qui cum amitteret luſit?* Graviſſimam etiam Chriſto Domino infert injuriam impudicus amator membra ejus violando. Nam corpora noſtra membra Chriſti ſunt, ipſi tamquam capiti cohærentia, ſi ſanctè & caſtè vivamus. Non ſolùm in Incarnatione ſeſe naturæ humanæ perſonaliter conjunxit Dei Filius, ſed etiam unicuique noſtrum in Euchariſtia ſubſtantiali ſimul & ſacramentali modo ſe conjungit.

*1. Cor. 6.*

Corpora autem noſtra à Chriſto disjungit amor impudicus, & cum creatura copulat. *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens autem membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Qui autem adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.* Lege *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 3. Tract. De Peccatis, Cap. 8. Art. 1.*

II. Amor profanus & impudicus mala graviſſima infert homini. Reddit illum corporis ſui mancipium, qua ſervitute nihil eſt fœdius & probroſius. In aliis affectionibus animus à ſe ipſo vincitur, in hac verò vincitur à corpore, quod ei naturâ inferiore ſubjectum eſt.

*S. August. Lib. 14. de Civit. Dei, Cap. 11.*

*Minus autem pudet cùm ſibi animus ex vitioſis ſuis partibus non obtemperat, quàm cum corpus, quod alterum ab illo eſt, atque infra illum eſt, & cujus ſine illo natura non vivit, jubentique non cedit.* Amor impudicus quietem, honorem, valetudinem corporis, bona temporalia eripit, peſſundat, exhaurit: omnia animi bona corrumpit. Octo filiæ amoris impudici & luxuriæ, ſcilicet cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror vel deſperatio futuri,



quantam in anima ſtragem edunt! Amatoribus impudicis nemo ſtultior, & eorum ſtultitia filia peccati eſt, peccatum, & peccatorum mater multorum.

*S. Thomas ſecunda ſecundæ Quæſt. 46. Art. 3.*

*Stultitia ſecundum quod eſt, peccatum* (inquit S. Thomas) *provenit ex hoc quod ſenſus ſpiritualis hebetatus eſt, ut non ſit aptus ad ſpiritualia dijudicanda. Maximè autem ſenſus hominis immergitur ad terrena per luxuriam, quæ eſt circa terrenas delectationes, quibus anima maximè abſorbetur.*

*Prov. 7.*

Unde Spiritus Sanctus de juvene mulieri impudicæ adhærente ait: *Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciviens, & ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur, donec tranſfigat ſagitta jecur ejus. Velut ſi avis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ illius agitur.* Hinc S.

*S. Hieron. Lib. 1. contra Jovin.*

Hieronymus appoſitè ait: *Amor formæ rationis oblivio eſt, & inſaniæ proximus: fœdum minimèque conveniens animo ſoſpiti vitium: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit: querulos, iracundos, temerarios, durè imperioſos, ſerviliter blandos, omnibus inutiles, ipſi noviſſimè amori facit. Nam cùm fruendi cupiditate inſatiabilis flagrat, plura tempora ſuſpicionibus, lacrymis, conqueſtionibus perdit, odium ſui facit, & ipſe noviſſime ſibi odio eſt.* Ad hanc ſtultitiam pertinet *Faſtidium de Deo, & donis ipſius,* inquit S. Thomas. Vide Lib. 3. *Theolog. Dogm. & Moral. Tract. De Peccatis, Cap. 8. Art. 4.*

*S. Thomas ſecunda ſecundæ Quæſt. 46. Art. 1.*

III. Contra impudicum amorem fortiter pugnandum, ab ejus inſidiis ſollicitè cavendum eſt. Alterius ſexûs nimia frequentatio & familiaritas vitanda.

*Prov. 6.*

*Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta illius non ardeant? Aut ambulare ſuper prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Sic qui ingreditur ad mulierem, &c.* Mulieris, quamvis piæ periculoſa ſocietas.

*Eccli. 42.*

*In medio mulierum noli commorari: de veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniqui-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Eccli. 9.* *tas viri. Melior eſt enim iniquitas viri, quàm mulier beneficiens . . . Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt. Colloquium enim illius quaſi ignis* *Prov. 4. 23.* *exardeſcit.*

2. Cor & ſenſus ſollicitè cuſtodiri debent. *Omni cuſtodia ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.* Pervigili cuſtodiâ ſervandi ſenſus: *Quia aſcendit mors per feneſtras.* Non poteſt ante Metropolis & arx mentis capi, niſi per portas ejus hoſtilis exercitus irruerit.

3. Vita mollis, otioſa, voluptaria vitanda eſt, hæc enim amorem profanum parturit ac nutrit. Oratio, jugiſque ad Deum gemitus, mortificatio ſpiritus & carnis, ſalutaria contra profanum & impudicum amorem remedia ſunt. Vide *Lib. 3. Theolog. Dogm. & Moral.* Cap. ſupra citato, *Art. 5.* De aſpectibus impudicis vitandis, & oculorum cuſtodia, lege *Lib. 4.* *Thren. 3.* *Theol. Dogm. & Mor. Cap. 8. Art. 2. Regulâ 4.* *S. August. in Pſal. 50.* *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* De longè vidit David illam in qua captus eſt. *Mulier longè, libido prope. Alibi erat quod videret, in illo unde caderet. Numquid tu fortior quàm David?*

Librorum amatoriorum lectio, cantiones amatoriæ, *Clemens Alex. Lib. 2. Pædag. C. 4.* ſpectacula & comœdiæ, choreæ & ſaltationes, amoris profani & impudici incentiva ſunt & alimenta. *Amatoria procul abſint cantica . . . meretriciæ Muſicæ.* Si carmina poëtarum *Dæmonum cibum* S. Hieronymus vocat, quia *Dum aures verſibus dulci modulamine currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna devinciunt*: Quid de libris & carminibus amatoriis dixiſſet? Spectacula & comœdiæ amoris *Tertull. de Spectac. Minut. Felix in Octavio S. Carolus Borrom.* profani ſcholæ. *Theatrum propriè ſacrarium Veneris. Ibi Enervis hiſtrio amorem dum fingit, infligit.* Choreæ & ſaltationes, Chriſtianorum caſtitati exitioſæ. Choræa *Circulus eſt, cujus centrum diabolus, & circum-* *Tertull.* *ferentia Angeli ejus.* In iis, necnon in ſpectaculis, ubi mulieres & viri *Propter mutuum videre & videri*



confluunt, *luxuria negotiatur, aut gloria inſoleſcit.* *Eccli. 9. 4.*
Denique monet Sapiens à Spiritu Sancto afflatus: *Cùm ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius.* Lege Lib. 4. *Theolog. Dogm. & Moral. Cap. 8. Art. 2. Regulis 5. 6. 7. & 8.*

---

## EADEM FERIA.

*Mulier quæ erat in civitate peccatrix. &c.*

NE ſibi blandiantur Chriſtianæ mulieres, quaſi peccatrices non ſint, niſi lapſæ ſint in extremum luxuriæ malum. Peccatrices ſunt cùm vanitati ſerviunt, ac voluptati: Vanitati, cultûs immodeſtiâ & diſſolutione: Voluptati, vitâ molli, otioſa, & omnibus oblectamentis, quæ honeſta ſecundùm mundi genium ac mores vocantur, indulgentes. Hæc fortè ſola Peccatricis Evangelicæ vitia. *Mulier quæ erat in civitate peccatrix.*

I. Scandali reæ ſunt mulieres, quæ ornatu immodeſto, diſſoluto, aut pretioſo nimis, & conditioni ſuæ non conveniente, & qui profanum amorem & concupiſcentiam virorum excitare poſſit, utuntur. *Mulieres* *1. Tim. 2.* *in habitu ornato* (inquit S. Paulus) *cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa: ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona . . . . Quarum non ſit extrinſecus capillatura* (inquit S. *1. Petri 3.* Petrus) *aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultûs, ſed qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples.* Iſaias Spiritu Sancto plenus filiabus Sion propter ornatûs immoderationem, laſciviam, ſuperbiam, pœnas extremas Dei nomine comminatur. Dixit Dominus: Pro eo quòd e- « *Iſai. 3.*
levatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento col- «



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» lo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant, ambu-
» labant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant:
» Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Do-
» minus crinem earum nudabit. In die illa auferet Domi-
» nus ornamentum calceamentorum, & lunulas & tor-
» ques, & monilia & armillas, & mitras, & diſcrimi-
» nalia, & periſcelides & murenulas, & olfactoriola,
» & inaures, & annulos, & gemmas in fronte penden-
» tes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus,
» & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra. Et
» erit pro ſuavi odore fœtor, & pro zona funiculus,
» & pro criſpanti crine calvitium, & pro faſcia pecto-
» rali cilicium. Vide S. Cyprianum Lib. *De Diſciplina & Habitu Virginum.* Nec ſe peccatricem non eſſe exiſtimet, quæ muliebri cultu & ornatûs pompa & diſſolutione in virorum pectoribus amorem accendit, quia impudico amore ipſa non flagrat, ſed uni ſtudet
» vanitati. S. Cyprianum audiant Chriſtianæ mulieres.
» Si tu te ſumptuoſiùs comas, & per publicum notabili-
» ter incedas, oculos in te juventutis illicias, ſuſpiria ado-
» leſcentum poſt te trahas, concupiſcendi libidinem nu-
» trias, ſuſpirandi fomenta ſuccendas, ut etſi ipſa non
» pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te & vene-
» num præbeas, excuſari non potes, quaſi mente caſta ſis, & pudica. Chriſtianis indignum eſt gloriam ex cultu corporis & ornatu veſtium aucupari. Caſtitatis & humilitatis profeſſio Mulieres Chriſtianas ad cultûs & ornatûs modeſtiam obligat. *Non de integra conſcientia venit ſtudium placendi per decorem, quem naturaliter invitatorem libidinis ſcimus.*

*Tertull. Lib. 2. de Cultu Femin. C. 2.*

Scandali reæ ſunt mulieres, quæ fucis vultum adulterant, aut capillos tingunt. *Diſplicet illis plaſtica Dei: in ipſis ſe nimirum arguunt & reprehendunt Artificem omnium. Reprehendunt enim cùm emendant, cùm adjiciunt, utique ab adverſario artifice ſumentes additamenta. Is eſt diabolus. Quod naſcitur, opus*

*Tertull. Lib. 2. de Cultu Femin. C. 5.*



*Dei eſt. Ergo quod infingitur, diaboli negotium eſt &c.*

Scandali reæ ſunt mulieres, quæ collum, pectus, brachiáve nudant, & ita compoſitæ procedunt in publicum. *Scriptura, natura, diſciplina*, illas velari jubent. Oro te, ſive mater, ſive ſoror, ſive filia virgo, «
vela caput. Si mater, propter filios: ſi ſoror propter «
fratres: ſi filia, propter patres. Omnes in te ætates «
periclitantur: indue armaturam pudicitiæ, circumduc «
vallum verecundiæ, murum ſexui tuo ſtrue, qui nec «
tuos emittat oculos, nec admittat alienos...... Ju- «
dicabunt vos feminæ Ethnicæ, quæ non caput, ſed fa- «
ciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato «
contentæ ſint dimidiam frui lucem, quàm totam fa- «
ciem proſtituere. Vide *Lib. 4. Theolog. Dogmat. & «
Moral. Cap. 7. Art. 5. Regulis 6. 7. 8. 9. 12.*

*Idem Lib. de Virginibus velandis.*

II. Mulieres, quæ voluptati ſerviunt vitâ molli, otioſa, & omnibus oblectamentis, quæ, ſecundùm ſæculi mores, honeſta vocantur, abundante, peccatrices ſunt. Seipſas enim immodicè amant. Amor autem proprius omnium fons eſt & radix peccatorum. Qui ſe perverſè amant, ad cæleſtem Jeruſalem non pertinent, ſed ad Babylonem. *Fecerunt* enim *civitates duas amores duo, terrenam ſcilicet amor ſui uſque ad contemptum Dei, cæleſtem verò amor Dei uſque ad contemptum ſui.* Amor ſui, vitáque mollis & voluptaria, reprobationis character eſt. *In noviſſimis diebus erunt homines ſe ipſos amantes.... Voluptatum amatores magis quàm Dei.* Qui in deliciis vivunt, peccatores ſunt. *Quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt* (ait Apoſtolus de Vidua Chriſtiana) Nemo Chriſtianè vivit, niſi *Qui abnegat ſemetipſum, & tollit Crucem ſuam quotidie,* & Chriſtum ſequitur. Qui per arctam viam non ambulat, ad vitam non pervenit. *Tota vita Chriſtiani perpetua pœnitentia eſſe debet.* Qui ergo vitam mollem & voluptariam ducunt, peccatores ſunt. *Mun-*

*S. August. Lib. 14. de Civ. Dei, Cap. 28.*

*2. Tim. 3.*

*Concil. Trident.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tertull. De ſpect. c. 21.

» *dus gaudebit,* dicit Dominus : Vos autem contriſtabi-
» mini. Lugeamus ergo, dum Ethnici gaudent, ut cùm
» lugere cœperint, gaudeamus ; ne pariter nunc gau-
» dentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es,
» Chriſtiane, ſi & in ſæculo voluptatem concupiſcis ;
» immò nimiùm ſtultus, ſi hoc exiſtimas voluptatem.
Chriſtiani caracter eſt *Vivere ſine voluptate, mori cum voluptate.* Nam quod eſt aliud votum noſtrum, quàm qod & Apoſtoli, exire de hoc ſeculo, & recipi apud Dominum ? *Hic voluptas, ubi & votum.*

---

## FERIA VI. POST DOMINICAM V. QUADRAGESIMÆ.

*Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.* Luc. vij.

MAgdalenam exemplum pœnitentiæ fecit amor ſanctus, quam peccatricem fecerat amor profanus, ut ubi abundaverat delictum, ſuperabundaret & gratia. 1. Amor pœnitens cor ejus dolore contrivit, humiliavit, Deo conſecravit. 2. Amor pœnitens lacrymarum fontes ad expianda peccata ex ejus oculis manare fecit. 3. Amor pœnitens illam ad officia pietatis Chriſto exhibenda impulit.

I. Amor Dei neceſſarius ad veniam peccatorum obtinendam, & ad juſtificationem peccatoris. *Convertimini ad me in toto corde veſtro.* (Joel. 2.) An verò ex toto corde ad Deum convertitur, qui illum non amat ? *Qui diligit me, diligetur à Patre meo.* (Joan. 14.) Nemo juſtificatur niſi à Deo diligatur ; nemo diligitur à Deo, qui Deum non diligat. *Si quis non amat Dominum Jeſum, anathema ſit* (ait S. Paulus) (1. Cor. ult.) *Qui non diligit, manet in morte* (inquit S. Joannes) (1. Joan. 3.) An juſtus quis cenſeri & eſſe poteſt, qui coram Domino eſt anathema, & in



morte peccati manet ? Denique de peccatrice Chriſtus Dominus pronuntiat : *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum : cui autem minùs dimittitur, minùs diligit.* Dilectionem eſſe menſuram remiſſionis peccatorum ſignificat, ita ut illi minùs remittatur, qui minùs diligit ; illi multa condonentur, qui multùm diligit : conſequenter nihil illi remittatur, qui non diligit. Solus timor ſervilis ad juſtificationem peccatoris non ſufficit. *Abſolvi vis ? Ama.* Caritas cooperiet multitudinem peccatorum. (1. Petrus) Ama ergo homo Deum, & ama totus, ut poſſis omnia ſine labore vincere peccata. (Chryſol. Serm. 94.) Eſt qui confitetur Domino, quoniam potens eſt. Eſt qui confitetur Domino, quoniam ſibi bonus eſt : & item qui confitetur illi, quoniam ſimpliciter bonus eſt. Primus ſervus eſt, & timet ſibi. Secundus mercenarius eſt, & cupit ſibi. Tertius filius eſt, & defert Patri. Itaque & qui timet, & cupit, utrique pro ſe agunt : ſola quæ in filio eſt caritas non quærit quæ ſua ſunt. De qua dictum eſt : *Lex Domini immaculata, convertens animas :* (Pſal. 18. 8.) Quòd ſola videlicet ſit, quæ ab amore ſui & mundi avertere poſſit animam, & in Deum dirigere. Nec timor quippe, nec amor privatus convertunt animam : mutant interdum vultum vel actum, affectum numquam.... Sit itaque ſervo ſua lex timor ipſe quo conſtringitur : ſit mercenario ſua cupiditas, qua & ipſe arctatur, quando ab ipſa tentatur abſtractus & illectus : ſed harum nulla aut ſine macula eſt, aut animas convertere poteſt. Caritas verò convertit animas, quas facit & voluntarias. (S. Bernard. Tract. de Diligendo Deo, c. 12.) Vide *Lib. 2. Theolog. Dogm. & Moral. Tract. de Pœnitentia, Cap. 3. Art. 3. Propoſitione 7.*

Amor Dei cor peccatricis mulieris occupans pœnitentem fecit. Cor ejus dolore contrivit, humiliavit ſub manu Dei : *Cor contritum & humiliatum.* Victimam fecit, holocauſtum. Deo acceptum. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Amor ejus promptus fuit ac generoſus. *Ut cognovit quod accubuiſſet in domo Phari-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ſei, attulit alabaſtrum unguenti.* Ut cognovit Dei magnitudinem ac infinitam bonitatem; Ut cognovit peccati ſui gravitatem & horrorem; ſtatim properavit ad Jeſum, ut illi cor ſanandum offerret. Fortis ut mors dilectio ſeperavit illam ab amore ſui ac mundi. A divino amore domita & ſubacta, proſternitur ad pedes Victoris. *Stans retro ſecus pedes ejus.* Amor ejus generoſus eſt: hominum judicia, Phariſæi contemptum & inſultum non veretur. convivii tempus non refugit, irruit importuna convivio, opportuna beneficio, *Quærit pia impudentiâ ſanitatem.* De pœnitentia non erubeſcit, quæ de ſolis peccatis præteritis ſe erubeſcere debere novit. Quàm pauci peccatores hanc mulierem imitantur! peccare non erubeſcunt, pœnitere erubeſcunt. Hoc opus ut publicationem ſui aut ſuffugiunt, aut de die in diem differunt, *Pudoris magis memores, quàm ſalutis.* Amor Dei pœnitentem humiliet, ad Chriſti pedes proſtratum ſemper teneat; oſculo manuum, multò minùs oris Domini ſe indignum exiſtimet. Non tibi, ô quæcumque es talis anima, non tibi ille locus vilis aut deſpicabilis videatur, ubi ſancta Peccatrix peccata depoſuit, induit ſanctitatem. Ibi Æthiopiſſa mutavit pellem, & in novum reſtituta candorem, jam tunc fiducialiter veraciterque reſpondebat exprobrantibus ſibi verbum: *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem.* Hujus ergo beatæ Pœnitentis exemplo, proſternere & tu, ô miſera, ut deſinas eſſe miſera: proſternere & tu in terram, amplectere pedes, placa oſculis, riga lacrymis, quibus tamen non illum laves, ſed te, & fias una de grege tonſarum, quæ aſcendunt de lavacro: ita ſanè ut ſuffuſum pudore ac mœrore vultum non ante ſuſtollere audeas, quàm audias & ipſa: *Dimittuntur tibi peccata tua:* quàm audias, *Conſurge, conſurge captiva filia Sion, excutere de pulvere.* Quantùm diſplicet Deo impudentia peccatoris, tantùm pœnitentis verecundia placet. Citiùs placas eum, ſi menſuram tuam

Tertull. Lib. de Pœnit.

S. Bernard. Serm. 3. in Cantic.

Iſai. 51.



ſervaveris, & altiora te ne quæſieris. Longus ſaltus & arduus eſt de pede ad os, ſed nec acceſſus conveniens. Quid enim, recenti adhuc reſperſus pulvere, ora ſacra contingeſ? per manum tibi tranſitus ſit. Illa priùs te tergat, illa te erigat. Quomodo erigat? Dando unde præſumas. Quid iſtud? Decor continentiæ, & digni pœnitentiæ fructus, quæ ſunt opera pietatis. Hæc te de ſtercore erigent in ſpem audendi potiora. Sanè accipiendo donum, oſculare manum: hoc eſt, non tibi, ſed nomini ejus da gloriam. Da ſemel, & da iterum, tum pro donatis criminibus, tum pro collatis virtutibus.

II. Lacrymæ Pœnitentiæ comites. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.... Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, Lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* Quid magis fleri debet quàm Dei jactura? *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies, Ubi eſt Deus tuus?* Quid amarius fleri debet quàm mors animæ per peccatum? *Homo ſe decipit, ſi cum in medullis ſuis fervere ſentiat morbum, per ſuperficiem corporis molle deducat unguentum. Hæc itaque principalia mala ingenti rugitu, & gemitu, & fonte indigent lacrymarum.* Per lacrymas clamandum eſt cum Propheta: *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Oportet *ſicut ſuper mortuum conclamatum, ita magnos ſuper extinctam animam dare planctus. Et quomodo ſolet mater orbata ſuper amiſſione unici filii ſui fracto pectore lamentari: ita convenit ſuper unicam ſuam, ſed cum ſpe reparationis affligi. Neceſſe ſuper hanc unicam criminum mucrone confoſſam totum pondus doloris effundi, ſi fortè poſſit lacrymarum vivificata fontibus calore fidei ſuſcitari.* Pro menſura peccatorum debet eſſe modus lacrymarum. *Quàm magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens & longa medicina non deſit, pœnitentia crimine minor non ſit.*

Pſal. 118.

Pſal. 6. 6.

S. Cæſarius Arel. Hom. 1.

Pſal. 37. 9.

S. Cæſarius Arel. Hom. 1.

S. Cyprianus, Tract. De Lapſis.

Lacrymæ fluere debent non ſolùm torrentis inſtar,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quoad ubertatem & copiam, ſed inſtar fontis, quoad originem & durationem. Ex corde enim vulnerato & contrito fluere debent; ab amore pœnitente elici, ob *Thren. 2. 18.* Deum ſummè bonum à vili creatura offenſum. *Deduc quaſi torrentem lacrymas, & non taceat pupilla oculi* *Jerem. 9. 1.* *tui..... Quis dabit oculis meis fontem lacrymarum?* Fontium inſtar manare debent & fluere toto vitæ tempore. *S. Thomas in 4. Sentent. Quæſt. 1. Art. 4.* *Quia enim homo peccando pœnam æternam meruit, & contra æternum Dei peccavit, debet pœna æterna in temporalem mutata, (ſaltem dolor) in æterno hominis, id eſt, in ſtatu vitæ hujus manere.* Magdalena peccati maculas lacrymis abſterſit; oculorum, omniumque ſenſuum peccata lacrymis expiavit, concupiſcentiæ & amoris profani flammas lacrymis extinxit. *Lacrymis rigabat pedes ejus.* Vim baptiſmatis habuerunt ejus lacrymæ. *S. Greg. Nazian. Orat. 39.* *Eſt baptiſmus lacrymarum, verum aſperior & laborioſior.* Hoc baptiſmate peccatrix abluta, ſuper nivem dealbata eſt. In baptiſmate fit exorciſmus, & dæmon expellitur à catechumeno: Chriſtus ſeptem dæmonia, id eſt, univerſitatem vitiorum ex anima peccatricis expulit. In baptiſmate fiunt abrenuntiationes: peccatrix ſatanæ, mundo, & pompis ejus ſolemni ritu abrenuntiat ad pedes Chriſti Jeſu. In baptiſmate fiunt unctiones: Magdalena Chriſti pedes exteriùs ungit, & ab illo interiùs ungitur Spiritu Sancto. In baptiſmo aqua effunditur: Magdalena lacrymas uberes effundit. Ad aquæ elementum accedit verbum, & fit Sacramentum. Ad lacrymas pœnitentis accedunt verba Chriſti peccata dimittentis. *Remittuntur tibi peccata....* *S. Paulinus Epiſt. 4. ad Severum.* *Chriſti pedes ſibi ſacrarium & altare conſtituit: in quibus libavit fletu, litavit unguento, ſacrificavit affectu. Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus. Quem illa immolans Deo, non ſolum remiſſionem delictorum, ſed & gloriam prædicandi cum Evangelio nominis meruit. Et quia vocandæ ex Gentibus Eccleſiæ imaginem præferebat, omnia in ſemetipſa Myſterii ſa-*



*lutaris inſignia geſſit. Uncta eſt chriſmate ſui muneris: pœnitentiæ lacrymas habuit in lavacrum, viſcera caritatis in ſacrificium: & ipſum vivum, vivificantémque Panem manibus & ore præſumpſit: Sanguinem quoque calicis, antequam calix fieret, oſculis ſugentibus prælibavit. Beata quæ Chriſtum in carne guſtavit, & in ipſo corpore Chriſti Corpus accepit.*

III. Amor pœnitens peccatorem converſum & juſtificatum ad bona opera & ad officia pietatis inclinat. Sic Dei juſtitiæ fit ſatis: ſic natum ex peccato ſcandalum tollitur: ſic amor ipſe in Deum probatur: ſic vita nova demonſtratur. *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra* *Rom. 6. 19.* *ſervire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem.* Sic Magdalena pœnitens Chriſtum omnibus pietatis officiis proſecuta eſt. *Lacrymis rigabat pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus, & unguento ungebat:* Ut totum Deo ſerviret in pœnitentia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Habeant Chriſtianæ mulieres capillos, quibus inſtar Evangelicæ peccatricis veſtigia Chriſti tergant, & *S. Paulin.* Sapientiæ pedibus implicentur: ut aliud niſi ſapientiam amare, niſi virtutem amplecti, niſi pudicitiam oſculari neſciant; & ut extremo ſaltem rore verbi cœleſtis aſperſæ dicant: Ros qui abs te eſt, ſanitas eſt nobis. Sint mulieribus Chriſtianis comæ ſpiritualium acta virtutum, jejunia, miſericordiæ, orationes. Ornet eas Chriſti gratia, non capilli; caſtitatis gemma, non lapidis; & operum in his, non odorum fragret unguentum. Eo odore domum impleant, id eſt, Eccleſiam; ut cum Apoſtolo dicere poſſint: *Chriſti bonus odor ſumus.* Unguentum in pedes Chriſti, id eſt, in pauperes effundamus.

*Vides hanc mulierem?* Spirabimus bonum Chriſti odorem Deo, ſi mortem Chriſti in corpore noſtro circumferentes, & vitam in ſpiritu manifeſtantes, &

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

paſſionis dominicæ, & reſurrectionis odore flagremus. Mittemus autem unguentum in corpus Chriſti, ſi ſubſtantiam vitamque noſtram in fide veritatis ejus, & præcepti obedientia conferamus. Tunc in ejus corpore replentis totam domum unguenta fragrabimus, ſi caritate perfecta poſſimus dicere: *Mihi mundus crucifixus eſt*, non amanti divitias, non honorem ſæculi; non amanti quæ propria ſunt, ſed quæ ſunt Chriſti; non amanti quæ videntur, ſed quæ non videntur. Hæ nobis erunt in virtutem & miniſterium ſanctum comæ, quibus & pedes Chriſti detergamus, & funes peccatorum rumpere poſſimus, & in ſpiritu libertatis gratulantes dicere: *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*. (Pſal. 115.) Sed dum currendi ſpatium, dum ſerviendi tempus eſt, paſcamus hujuſmodi comam: & imitemur non ſolùm dilectionem illius Evangelicæ Peccatricis, ut amore magno magna debita diluamus: ſed & importunitatem ejuſdem, ut præripiamus ita imminenti ſalutem....... Quocumque vel in domum indigni, vel in domum Phariſæi audiam juſtum veniſſe, contendam præripere hoſpitis gratiam, præripere ſi poſſim regnum cælorum. Ubicumque mihi reſonaverit Chriſti nomen, accurram: ad cujuſcumque interiorem domum Jeſum intrare cognovero, & ipſe properabo... Expandamus illi capillos, id eſt, omnes noſtrorum inſignium dignitates ante ipſum ſternamus; & dejiciamur à nobiſmetipſis ut exaltemur ab illo qui in altis habitat, & humilia reſpicit. Lacrymis delicta noſtra fateamur, ut de nobis quoque dicat divina juſtitia: *Lacrymis rigavit pedes meos, & capillis ſuis terſit*... Non mediocris Anima illa meriti eſt, de qua poteſt dicere Sapientia: *Ex quo intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos*. Quid eſt hoc oſculum, niſi pignus æternum illius caritatis, quæ operit multitudinem peccatorum? Hæc oſcula Sponſo ſuo jam tunc parabat Eccleſia, quando cantabat: *Oſculetur me oſculo oris ſui*. (Cant. 1.)



Quod privilegium ſola ſibi catholica dilectio jure vendicat, quæ unica atque perfecta uni viro, ab ipſius ore Verbi petit oſcula veritatis, ne fraudis hæreticæ veneno, aut inceſtis oris alieni oſculis polluatur. Pedibus ergo Chriſti oſcula caſta figamus, ut mereamur à pedibus in caput ſurgere; & in ſuperiora corporis membra creſcentes, jam de proximo vultus audeamus & ipſius oris oſcula poſtulare. Et cùm Dei Verbum puro corde libantes guſtaverimus quàm ſuavis eſt Dominus, tunc anima noſtra totis in amore Sapientiæ viſceribus accenſa, dulci refrigeretur ardore, & confixa ignitis dominicæ caritatis ſagittis, quibus omnis alia inimicarum delectationum dilectio interficitur, dicat in corde compuncto: *Vulnerata caritate ego ſum.*

---

## DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.

*Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Matth. 21.

QUamvis Chriſtus Jeſus in terris degens nullum Regiæ Dignitatis inſigne habere voluerit: quamvis in humiliatione & inopia vixerit: quamvis tributum Cæſari ſolvendo, ſubjectionem & obedientiam ſit profeſſus: quamvis in montem fugerit cognoſcens venturas turbas numeroſiſſimas, quæ illum raperent & facerent Regem: quamvis Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo ſignificaverit, hodie tamen Jeruſalem ingreditur ut Rex & Deus Iſraël, omniumque hominum & Angelorum. *Ingreſſus Dei mei, Regis mei, qui eſt in ſancto.*

Chriſtus Rex juſtitiæ & pacis... Chriſti Regnum in terra inchoatur, in cælo perficitur... Noſtra erga Chriſtum Regem officia. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 3. n. 3.*) Quis iſtius petitionis ſenſus in Oratione Domini-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ci, *Adveniat Regnum tuum?* Multiplex Regni Dei ſignificatio . . . Petimus ut regnum gratiæ & perſeverantiæ in ea nobis adveniat . . . . Deſiderium noſtrum ad æternam gloriam & Dei fruitionem excitamus . . . Oramus ut non ſolùm nobis, ſed omnibus hominibus regnum gratiæ & gloriæ Dei adveniat. ( *Lib. 5. Cap. 2. Art. 5.* )

I. Chriſtus omnia erga nos implet optimi Regis officia. 2. Nullum erga Chriſtum Regem implemus ſubdi- *Syneſius lib. Regno.* torum officium. *Regis ſignum notamque penes beneficentiam conſtituimus,* ( ait Syneſius. ) Quis Chriſto beneficentior? *Totus mihi datus, totus meos expenſus in* *Act. 10. 38.* *uſus,* ( inquit S. Bernardus. ) *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.* Quid fuit Domino Regem eſſe Iſraël? Quid magnum fuit Regi ſæculorum Regem fieri hominum? Non enim Rex Iſraël Chriſtus ad exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hoſteſque viſibiliter debellandos: *Sed Rex Iſraël quòd mentes regat, quòd in æternum conſulat, quòd in regnum cælorum credentes, ſperantes, amanteſque perducat.* Quòd igitur Rex eſſe voluit Iſraël, dignatio eſt, non promotio; miſerationis indicium eſt, non poteſtatis augmentum. Qui enim appellatus eſt in terra Rex Judæorum, in cælis eſt Dominus Angelorum. Regis munus eſt optimas leges ferre, non duras & difficiles; populum non gravare, ſed levare, ſubditorum felicitatem procurare, hoſtes illorum vincere, ut ſub vite & ficu ſua ſecuri vivant. Chri- *Matth. 11. 29.* ſtus Jeſus leges ſanctiſſimas tulit. *Lex Domini immaculata, convertens animas. Mandata ejus gravia non ſunt . . . Venite,* inquit, *ad me, omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos . . . Jugum enim meum ſuave eſt, &* *Joan. 16. 33.* *onus meum leve.* Hoſtes noſtros vicit: *Confidite,* inquit, *ego vici mundum . . . Nunc Princeps hujus mun-* *Joan. 12. 31.* *di ejicietur foras.* Bonis immenſis nos cumulat. *De*



*plenitudine ejus omnes accepimus.* Pacem, & vitam æternam ſubditis obedientibus tribuit: *Ego,* inquit, *vitam æ-* *Joan. 1. 16.* *ternam do eis.* Morte ſua nos à dæmonis ſervitute liberat, vincula peccatorum noſtrorum ſolvit, quod per ſo- *Joan. 10. 18.* lutionem aſinæ & pulli ſignificatur. Subditos cum divina manſuetudine regit, nihil aliud ab illis, quàm amari poſtulat. *Ama,* ( inquit S. Auguſtinus ) *& fac quod vis.* Perſonam cujuſquam non accipit, *omnibus æqualis, omnibus Rex,* ( inquit Tertullianus. ) Agnus vocari amat; ſuper ipſum Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie requieſcit, peccatores recipit ad pœnitentiam; cæleſtem artem ſupplicantibus hoſtibus indulgendi, Reges ſæculi docet; de qua Ennodius: *Perfecti ſæculorum Reges & Domini ſupplicantibus indulgere cæleſti arte didicerunt.* Super civitatem Jeruſalem flevit miſericordiâ motus: & ſuper animas noſtras, eò quod non cognoſcant tempus viſitationis ſuæ. Vendentes & ementes è Templo ejicit, non armis terribilibus & mortem inferentibus, ſed quaſi flagello de funiculis facto. Caſtigat illos ut filios pater, ut Rex ſubditos. *Flagellat om-* *Hebr. 12. 6.* *nem filium quem recipit.* Moyſes vir mitiſſimus ita ſibi totius plebis Iſraëliticæ mentes devinxerat, ut plus eum pro manſuetudine diligerent, quàm pro factis admirarentur. Longè major Chriſti Regis manſuetudo. *Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*

I. Nullum ſubditorum officium erga Chriſtum Regem noſtrum rectè implemus. Subditi debent Regi ho- *1. Petr. 2. 17.* norem: *Regem honorificate.* Obedientiam: *Subditi* *Rom. 13. 6.* *eſtote Regi quaſi præcellenti.* Tributum: *Ideo enim & tributa præſtatis.* Expendite an Chriſtum, ut par eſt, honoretis; an ipſum opere & veritate diligatis. *Honor enim ſine amore, non honor eſt, ſed adulatio* ( ait S. Bernardus ) Nonne magis diligitis mundum, divitias, honores, voluptates, quàm Chriſtum Regem? Immò, quod dictu horrendum eſt, diabolum magis amatis, quem Chriſto præponitis, cui ſervire potius eligitis.

*Lib. de Pœnitentia.*

*Diabolum Domino præponit*, (inquit Tertullianus.) *Comparationem enim videtur egiſſe qui utrumque cognoverit, & judicato pronunciaſſe eum eſſe meliorem, cujus ſe eſſe maluerit.* Quis Chriſtum amat? quis de illo cogitat? quis de illo honorificè loquitur? quis zelo pro illius gloria flagrat? quis illum dolet offendi? quis legem ejus obſervat? Heu! *In cuncto populo Chriſtiano*

*Salvian. ad Eccleſ. Cathol.*

*genus quodammodo ſanctitatis eſt minus eſſe vitioſum.* An denique tributa Chriſto Regi redditis? Tributa ſunt eleemoſynæ, quas in ejus ærarium, id eſt, in manus pauperum inferre debetis. *Manus pauperum, gazophylacium Chriſti.* Eleemoſynæ erogatio officium eſt divitis, debitum eſt. *Honora Dominum de tua ſubſtantia . . . Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum.*

*S. Petrus Chryſol. Proverb. 3. Eccli. 4.*

Veſtimenta veſtra Chriſto in via ſternite, Chriſto in gloria quidem ſua triumphanti, ſed in membris ſuis indigenti. Expoliate veterem hominem cum actibus ſuis, luxum reſecate ad pauperes alendos & veſtiendos. Ramos arborum cædite & ſternite in via, luxuriantibus cupiditatibus ramos detrahite, ſuperflua in Chriſti honorem impendite. Quod in luxum, in ſpectacula, in ludos, in convivia impenderetis, pauperibus erogate. *Superflua ſunt, ſed Domini pedibus neceſſaria ſunt.* Nihil ſuperfluum videbitur

*S. Auguſt.*

cupiditati, ſed multa erunt ſuperflua caritati. Quicquid vitæ ſuſtentationi, & ſtatus conſervationi ac decoro neceſſarium non eſt, ſuperfluum eſt. Porro ſtatus decorum non ſecundùm ambitionis deſideria, non ſecundùm mundi regulas; ſed ſecundùm Evangelium Chriſti & Chriſtianæ vitæ profeſſionem menſurandum eſt. Reditus veſtros augere vultis? eleemoſynas ſimul augete. Tributa realia ſunt, Chriſti lege bonis veſtris impoſita: *Reddite quæ ſunt Dei Deo.* Eamus obviàm Chriſto victori, palmas in manibus ferentes; quæ ut nobis conveniant, fortiter adverſùs peccatum & diabolum pugnemus, victores ſimus, ut in eorum felicem ſocietatem



cooptemur qui ſtant *ante thronum Agni amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Laudemus Chriſtum Regem, dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini, hoſanna in altiſſimis.* Rami *palmarum laudes ſunt ſignificantes victoriam: quia erat Dominus mortem moriendo ſuperaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus.* Victoriæ ipſius gratulemur, & gratias immortales agamus Regi qui nobis vicit. Verùm non ſolùm triumphantem ſequi oportet, ſed patientem & morientem, quia paſſione ac morte triumphat, & hodiernus triumphi apparatus ad mortem crucis tendit. Generoſum illum Davidis Regis Aulicum imitemur, qui Dominum ſuum ſecutus, cùm Abſalomum fugeret, nudis pedibus, lugens, operto capite Hieroſolymis egreſſus, & cum ſuis aſcendens montem olivarum. Aulicus ille, cui nomen Ethai, à Rege monitus ut in domum reverteretur, Dominum ſuum in ſumma calamitate deſerere noluit. *Vivit Dominus meus* (inquit) *& vivit Dominus meus Rex, quoniam in quacumque loco fueris, Domine mi Rex, ſive in morte, ſive in vita, ibi erit ſervus tuus.*

*Apoc. 7.*

*S. Auguſt. Tract. 51. in Joan.*

*2. Reg. 15. 21*

---

## FERIA II. POST DOMINICAM PALMARUM.

*Fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.* Joan. xij. 6.

CUm Judam Iſcariotem nominamus, Chriſti Domini proditorem, nemo eſt qui illum non execretur: & tamen multi ſunt inter Chriſtianos illi ſimiles, avari, fures, ſacrilegi, murmuratores, hypocritæ, proditores Chriſti, ejus legem ac gloriam, caritatem, juſtitiam, religionem, ſalutémque ſuam, cupiditati ſuæ poſtponentes. Qui vitam honeſtam & Chriſtianam



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in ſæculo agere videntur, à rapina quidem & publicis latrociniis abſtinent, ſed innumeri ſunt qui furtis gravare non metuunt conſcientiam, ut rei familiaris augeant ſubſtantiam; & tam gravi crimine obſtricti, ad Communionem Paſchalem accedere non verentur, ut Judas. *Fur erat, & loculos habens, &c.*

I. Tales ſunt imprimis uſurarii. Rei porro ſunt uſuræ quicumque ex mutuo aliquid ultra ſortem exigunt aut percipiunt, ſive pecuniam ſive quidvis aliud. Uſura omnis, & erga omnes, ſive divites, ſive pauperes prohibita divinâ lege. Quicumque ergo dant mutuum ad certum tempus, promiſſum ſolvendi uſuras ſub privata ſyngrapha exigentes, aut accipientes quovis nomine, etiam commercii, uſurarii ſunt. Quicumque ratione ſolius periculi quod ex mutuo conſequitur, aliquid ultra ſortem exigunt, rei ſunt uſuræ, ſi nullus alius titulus damni emergentis, aut lucri ceſſantis intercedat. Uſura eſt rem aliquam ob dilatam ſolutionem cariùs vendere juſto pretio: vel minoris emere ob anticipatam ſolutionem... Tutores & curatores ex pecuniis pupillorum mutuo datis exigere aut percipere non poſſunt aliquid ultra ſortem, eo ſolùm nomine quòd pupillorum ſint; & quod pupillorum intereſt, reſarcire atque compenſare tutores ipſi ſecundùm leges tenerantur, niſi hujuſmodi pecunias in illorum utilitatem collocaverint. Contra iſtas, aliáſque ſpecies uſurarum, prout opus fuerit ad animarum ſalutem, Sermonem habeat Concionator, in civitatibus & locis populoſis, ubi commercium viget, & hujuſmodi corruptelæ & malæ artes dominantur. *Improbum fœnoris inventum qui latrocinium & parricidium nominaverit, non procul à vero aberraverit. Quid enim refert an clanculum perfoſſis muris prædonis more aliena habeas, & prætereuntis cæde te eorum quæ habeat Dominum conſtituat, an fœnoris neceſſitate acquiras ea quæ ad te non pertinent? O malum vocabulum, funus fit nomen latrocinii,*

S. Greg. Nyſſ. Hom. 4. in Eccleſiaſt. S. Ambroſ. Lib. de Tobia, Cap. & non paſſim libro legund. S. Leo, Serm. 6. de jejunio decimi menſis.



(inquit S. Gregorius Nyſſenus.) *Nihil intereſt inter funus & fœnus, nihil inter mortem diſtat & ſortem,* (ait S. Ambroſius.) *Multiplicatur quidem facultas injuſtis & triſtibus incrementis, ſed mentis ſubſtantia contabeſcit: quoniam fœnus pecuniæ, funus eſt animæ,* (ait S. Leo.)

Inanes certè Uſurariorum excuſationes, qui mutuum cum honeſta, ut vocant, ad ſortem acceſſione, inter homines divites & negotiatores exerceri ſolitum, Reipublicæ commodum, proximo utile eſſe aiunt, iis qui mutuum accipiunt, dari opportunitatem rem ſuam familiarem amplificandi. Negotiatoribus adminiculum præberi ad continuandum augendúmque commercium, quo Regna & Reſpublicæ maximè efflorеſcunt. Inanis, inquam, illa excuſatio eſt. Non enim ad utilitates noſtras, commodáque temporalia Lex Dei inflectenda eſt, ſed ſecundùm illam judicandum an juſtum ſit, quod nobis utile commodúmque videtur. Prohibet Deus ex mutuo ampliùs accipere quàm datum ſit, *Uſuram & ſuperabundantiam* accipere: jubet Chriſtus ut mutuum gratis detur, *Mutuum date nihil inde ſperantes*: nullam pauperum ac divitum exceptionem facit, nullam mutui caritatis, & mutui negotiationis diſtinctionem. Sileat, Deo jubente, cupiditas. *Quid revolvis? Deus præcipit. Ad exhibitionem obſequii prior eſt majeſtas divinæ poteſtatis: prior eſt auctoritas imperantis, quàm utilitas ſervientis.* Factitando augendóque commercio quærantur ac præbeantur adminicula, ſed non per malas artes, per cupiditatem, fraudes, mendacia, uſuras, quæ negotiationem polluunt, negotiatores Deo exoſos faciunt. Accedit, quòd uſura Reipublicæ etiam pernicioſa eſt, cùm æqualitatem dati & accepti non ſervet, violétque juſtitiam; cùm neceſſe ſit creditores creſcere, debitores minui; omniúmque facultates tractu temporis à fœneratoribus exhauriantur. *Uſura creditori & debitori exitialis eſt.*

Ezechiel. 18.
Luc. 6.
Tertull. Lib. de Pænit. C. 4.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*S. Chryſoſt. Hom. 41. in Geneſ.*

*Nam debitor quidem inopiâ atteritur: creditor autem augens divitias, & peccatorum accumulat ſibi multitudinem. Proinde ab initio olim Judæis craſſioribus & rudioribus hoc præceptum Deus dedit: Non fœnerabis fratri ad uſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem. Quâ igitur excuſatione digni erunt, qui Judæis ſunt inhumaniores, & poſt gratiam & tantam à Domino miſericordiam, inveniuntur iis, qui ſub Lege fuerunt, inferiores, immo pejores? Mare fœnerator eſt: omnium patrimonia tamquam fluctus abſorbet, & ipſe neſcit expleri. Mari tamen plerique utuntur ad quæſtum: fœneratore nemo utitur niſi ad diſpendium: Illic multorum commodum eſt, hic univerſorum naufragium.*

*Deuteron. 23.* — *S. Ambroſ. Lib. de Tobia, Cap. 5.*

Nec verò promiſſiones obligatorias ad ſolvendum lucrum ſupra capitale, mutuumque uſurarium, & fœneratitios contractus excuſat conſuetudo, quòd nempe ita fiat in aliquibus civitatibus, provinciis, regionibus. Nulla enim conſuetudo divinæ legi derogare, aut ejus tranſgreſſores excuſare poteſt. Chriſtus Jeſus, quem audire debemus, & ſequi ut legiſlatorem, magiſtrum, redemptorem ac Dominum noſtrum, non dixit, Ego ſum conſuetudo; ſed, *Ego ſum via, veritas, & vita.* Non ex hominum opinionibus, non ex moribus & conſuetudinibus ſæculi, ſed ex Dei verbo judicabimur. *Sermo quem locutus ſum, ille judicabit eum in noviſſimo die.* Adverſùs legem Dei nulla conſuetudo præſcribere poteſt. De civitatibus igitur & provinciis, in quibus conſuetudo contractibus uſuraria pravitate infectis, mutuòque fœneratitio, & ſchedulis atque promiſſionibus obligatoriis, quibus aliquid ultra ſortem exigitur, auctoritatem dedit, jure merito dici poteſt: *Vidi iniquitatem & contradictionem in civitate: Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus iniquitas, & labor in medio ejus, & injuſtitia: Et non defecit de plateis ejus uſura & dolus.* Ad quem locum S. Auguſtinus: *Uſura*

*Joan. 12. 48.* — *Pſal. 54.*



*& dolus,* inquit, *non abſconduntur ſaltem, quia mala ſunt, ſed publicè ſæviunt. Etenim qui in domo aliquid mali facit, vel de malo ſuo erubeſcit. In plateis ejus uſura & dolus. Fœnus & profeſſionem habet, fœnus & ars vocatur; corpus dicitur, corpus quaſi neceſſarium civitati, & de profeſſione ſua vectigal impendit: uſque adeo in plateis eſt, quod ſaltem abſcondendum erat.* Cum gemitibus & lacrymis exclamare cogimur: *Conſenſere jura peccatis, & cœpit licitum eſſe, quod publicum eſt.* Vide *Theolog. Dogmat. & Moral. Lib. 3. Tract. De Peccatis Cap. VII.* ubi de Uſura fusè diſſeritur, & uberrimum contra hoc immane vitium dicendi argumentum Concionatoribus ſubminiſtratur.

*S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 54.* — *S. Cyprian. Epiſt. 1.*

II. *Fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.* Furti rei ſunt mercatores, qui rem pluris juſto pretio vendunt, aut minoris juſto emunt. Emptiones & venditiones citra dimidium juſti pretii, manifeſtè fraudulentæ ſunt & injuſtæ. Furti rei ſunt, qui vendunt rem aliquam, vel in ſubſtantia, vel in quantitate ſeu menſura, vel in qualitate notabiliter deficientem. *Ne quis ſupergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem ſuum, quoniam vindex eſt Dominus.* Leges quidem humanæ ad reſtitutionem non cogunt, niſi emptor ſit deceptus ultra dimidiam juſti pretii quantitatem: ſed lex divina nihil impunitum relinquit, quod ſit juſtitiæ contrarium. Unde ſi in emptione & venditione non ſit æqualitas juſtitiæ obſervata, tenetur ille qui juſto plus vendidit, vel juſto minùs emit, compenſare damnum ei qui paſſus eſt, ſecundùm legem naturalem & Evangelicam: *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Vide *Lib. 3. Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. De Peccatis, Cap. 6. Art. 5. Regulis 1. 4. 9.* Periculoſa Chriſtianis negotiatio, ſi cupiditati obſequantur, malorum omnium radici. *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: ſic & inter medium venditionis & emptionis*

*1. Theſſ. 4. 6.* — *S. Thomas. ſecunda ſecundæ.* — *Matth. 7.* — *Eccli. 27.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ezechiel. 28. *anguſtiabitur peccatum.* Hinc Deus Tyriorum peccata maxima ex parte prodiiſſe ex negotiatione ſignificat. *In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & ejeci te.* Et rurſum: *Iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam.* S. Auguſtinus explicans hunc Verſum Pſalmi LXX. *Quoniam non cognovi litteraturam,* ſive (ut ipſe legit) *negotiationes, introibo in potentias Domini. Audiant,* inquit, *negotiatores, & mutent vitam.* Fraudes tamen, mendacia, perjuria, vitia non ſunt negotiationis, quæ per ſe bona eſt, ſed negotiatorum, & fructus cupiditatis. Unde S. Leo ait: *Qualitas lucri negotiantem aut excuſat, aut arguit: quia eſt honeſtus quæſtus & turpis. Verumtamen Pœnitenti utilius eſt diſpendia pati; quàm periculis negotiationis abſtringi: quia difficile eſt inter ementis vendentiſque commercium non intervenire peccatum.*

S. Leo Epiſt. [illegible] Inquiſit. 11.

III. *Fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.* Furti & rapinæ rei ſunt, qui creditores ſuos fraudant; qui debita non ſolvunt, cùm poſſint; qui prodigalitate, luxu, comeſſationibus, ludis, facultates ſuas decoquunt, ex quibus diſpungere poſſent æs alienum, quo ſunt obſtricti; qui denique gravia in dies debita contrahunt, cùm ſciant ſe non eſſe ſolvendo. *Mutuabitur peccator, & non ſolvet.* Rem alienam invito Domino retinere, nemo furtum eſſe negaverit. Bona porro creditorum hujuſmodi homines retinent ipſis invitis. Contra illos S. Ambroſius: *Quam deforme eſt,* inquit, *ut pro beneficio ei qui te adjuvit, rependas moleſtiam! Debere, verecundum eſt; non reddere, inverecundum. Poſtulabis dilationem, cùm cœperis conveniri in tempore præſcriptæ ſolutionis, pro pecunia afferes tædia: cauſaberis de tempore, excuſationes ſtrues: & cùm totum promiſeris, ne in univerſum fraudare videaris, vix dimidium reſtitues. De amico inimicum facies, pro honore referes contumeliam, pro be-*

Pſal. 36.

S. Ambroſ. lib. de Tobia Cap. 21.



*nedictione maledictum. Quàm hæc opinionem lædant, conſidera: quàm à viro bono diſcrepent, recognoſce... Reddite ergo omnibus debita. Nemini debeatis, niſi ut invicem diligatis.* Rom. 13.

IV. Nemo qui rem alienam acceperit aut retinet invitis Dominis; nemo furti ſupradictis, aliiſve modis reus; nemo qui grave damnum alteri intulit, abſolvendus eſt, & ad ſacram Menſam admittendus, niſi reſtituerit quòd injuſtè accepit ac retinet; ſi tamen reſtituere poteſt. Nam ſine reſtitutione nulla hujuſmodi hominibus ſpes ſalutis eſſe poteſt. *Si dixero impio,* inquit Deus, *Morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque judicium & juſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injuſtum: vita vivet, & non morietur.* A reſtitutione incipiendam vitam novam, ſeu veram converſionem, confirmat ſacrum hoc Sapientis oraculum: *Initium viæ bonæ, facere juſtitiam,* reddendo ſcilicet unicuique quod ſuum eſt. Hinc incipiendum exemplo ſuo docuit Zachæus: *Et ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Nulla præter impotentiam ſive ſummam egeſtatem, iis qui res alienas quolibet modo ſurripuerunt, aut invitis Dominis retinent, ſuffragatur excuſatio, quo minùs reſtituant abſque mora. *Peſſimum hominum genus commemoras, cui pœnitentiæ medicina omnino non prodeſt. Si enim res aliena, propter quam peccatum eſt, cùm reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.* Sed ſi reſtituero, inquiunt, à meo ſtatu excidam, ad extremam egeſtatem redigar, filii mei mendicare cogentur. Ad hunc ſtatum per injuſtitiam, rapinam, furta, fraudes aſcendiſti, juſtitia poſtulat ut deſcendas. Si ad egeſtatem reſtituendo redigaris, hac pœna dignus es: toleranda eſt patienter & amplectenda ut ſalves animam tuam, qua

Ezechiel. 33. 14.

Luc. 19.

S. Auguſt. Epiſt. 151. alias 54.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nihil tibi pretioſius eſſe debet; ut Deum tibi reddas propitium; ut æternam damnationem vites. Si filii tui probi ſint & juſti, Deus illis providebit. *Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.* Ex rebus alienis providere illis ſalvâ juſtitia non potes. Id ſi feceris, tibi, illiſque æternam damnationem arceſſis. Velles-ne ut alii bona tua raperent ad providendum filiis ſuis? Quod igitur non vis tibi fieri, alteri ne feceris. Primum legis naturæ principium eſt in Evangelio renovatum. Labora ut victum compares: laborare, & labori aſſueſcere, ab alieno abſtinere, verbo & exemplo filios doce. *Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.* Satisfaciam, (inquis) eleemoſynas largiendo pauperibus, ſacra anniverſaria in Monaſteriis fundando. Prius reſtitue, deinde eleemoſynas erogabis... Ex propriis, non ex alienis & malè partis facienda eleemoſyna. *Honora Dominum de tua ſubſtantia* (inquit Sapiens) *Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.* Vide Lib. 4. *Theolog. Dogm. & Moral. Cap. 3. Art. 11. Regulâ 32.* De furto lege, Cap. 9. ejuſdem Libri, Art. 2. & 3. De reſtitutione, Art. 6.

*Pſal. 36. 25.* — *Epheſ. 4. 28.* — *Prov. 3.* — *Eccli. 34.*

Qui rem alienam ſe non habere, per Dei gratiam agnoſcunt, nec damnum grave proximo unquam intuliſſe, ante Paſcha examinent num à cupiditate & avaritia, quæ radix omnium malorum eſt, liberi ſint. Hæc uſurarum, fraudium, omnis generis furtorum origo. Hæc miſerum Judam ad furtum pecuniæ, Chriſti & Apoſtolorum uſibus deſtinatæ, ad ſacrilegam Communionem, ad venditionem Magiſtri Dominique ſui impulit. *Amori pecuniæ viſis eſt omnis affectio, & anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit:*

*S. Leo Serm. de Paſſ. Dom.*



*nullumque eſt in illo corde juſtitiæ veſtigium, ubi avaritia ſibi fixit habitaculum.* Igitur *ſint mores ſine avaritia, contenti præſentibus. Ipſe enim* (Deus) *dixit: Non te deſeram, neque derelinquam.* *Hebr. 13.*

---

## FERIA VI. IN PARASCEVE.

*Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. Qui peccatum non fecit: qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem judicanti ſe injuſtè: qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, juſtitiæ vivamus: cujus livore ſanati eſtis.* 1. Petri II. 21. 22. 32. 24.

QUis paſſus eſt? Quid paſſus? Pro quibus? Propter quid? conſiderandum. Quis? *Chriſtus,* Dei Filius, veruſque Deus, Chriſtus Dominus noſter, Dominus virtutum, Rex gloriæ, Pontifex innocens, impollutus, Sanctus ſanctorum: *Qui peccatum non fecit.* Quid paſſus eſt? Acerbiſſimos dolores, in anima, corpore, membris, ſenſibuſque omnibus; mortem crudeliſſimam & ignominioſiſſimam in Cruce. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Pro quibus paſſus? Pro creaturis ſuis, pro ſervis, pro injuſtis, pro peccatoribus, pro ingratis: *Pro nobis.* Propter quid, quem ob finem paſſus? Ut nos redimeret, ut nos ſanaret, ut nos à morte peccati liberatos ad vitam juſtitiæ revocaret. *Ut peccatis mortui, juſtitiæ vivamus: cujus livore ſanati eſtis.*

Deus & homo Chriſtus verè paſſus: non tamen paſſa Deitas. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 5. §. 1.*) Acerbitas

paſſionis Chriſti … Interior animi dolor in Chriſto graviſſimus … Corporis dolores in Chriſto patiente acerbiſſimi ( *Ibid.* §. 2. )

Mortis genus, quam pro nobis Chriſtus paſſus eſt, fini, quem ſibi propoſuerat, convenientiſſimum fuit. ( §. 3. ) Figuris & oraculis Scripturarum mors Chriſti, genuſque mortis, adumbrata & prædicta ſunt. Figuræ, Abel, Iſaac, Agnus paſchalis, Serpens æneus, Hircus emiſſarius, Vacca rufa … Prophetarum vaticinia de morte Chriſti in Cruce ( *Ibidem* ) … Chriſti paſſio & mors voluntariæ fuerunt & liberæ, quamvis præcepto Patris paſſus & mortuus ſit, Patremque metu mortis imminentis oraverit ut ab eo tranſiret Calix iſte. Chriſtus affectus noſtros libertimè ſuſcepit …. Quas ob cauſas ? … Diſcrimen inter affectus Chriſti & noſtros. ( §. *quinto ejuſdem Articuli.* )

Immenſa ex paſſione & morte Chriſti beneficia in nos redundarunt. 1. Liberatio à peccato. 2. Liberatio à diaboli tyrannide. 3. Solutio pœnæ peccatis noſtris debitæ, divinæque juſtitiæ placatio. 4. Cæli reſeratio. ( §. *ſexto ejuſdem Articuli.* )

*Chriſtus paſſus eſt pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Chriſtus in paſſione ſua omnium virtutum exempla nobis dedit … Chriſti patientis & morientis caritas … Pietatis erga parentes exemplum dedit Chriſtus moriens … Chriſti patientis & morientis humilitas & obedientia … Chriſti patientis & morientis manſuetudo. Chriſti patientis & morientis patientia. ( §. *ſeptimo ejuſdem Articuli.* )

*Hebr. 2. 9.* *Vidimus Jeſum, propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.* Chriſti Jeſu claritas & gloria in paſſione & cruce promicans, & per paſſionem crucemque parta. ( §. *octavo ejuſdem Articuli.* ) In paſſione & Cruce ſe Deum verum demonſtravit … Per paſſionem & crucem victor diaboli & mortis extitit. ( *Ibid.* ) Crux Chriſti, Altare Sacrificii … In Cruce Eccleſia



cum ſuo Capite Deo immolatur. ( *Ibid. n. 3.* ) Crux Chriſti, tribunal judicantis. ( *Ibid. n. 4.* ) Crux Chriſti, cathedra docentis, ( *Ibid. n. 5.* ) Crux Chriſti, thalamus Sponſi. ( *Ibid. n. 6.* ) Crux Chriſti, thronus regnantis. ( *Ibid. n. 7.* )

Chriſtus pro peccatoribus paſſus eſt, & ab iis quotidie patitur, qui ipſum rurſus in ſemetipſis crucifigunt, ut ait Apoſtolus : *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.* *Heb. 6. 6.* In Republica Judæorum, cùm inventum fuerat hominis occiſi cadaver, & ignorabatur cædis reus, *Deuteron. 21.* Seniores vicinioris civitatis veniebant ad interfectum, lavabantque manus ſuas ſuper vitulam piacularem in valle percuſſam, dicentes : *Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. Propitius eſto populo tuo Iſraël, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſraël.* En hominis Dei Jeſu Chriſti crucifixi, corpus mortuum & exſangue. Cædis ejus reum ſe negat Pilatus, manus ſuas lavans coram populo : *Innocens ego ſum* ( inquit ) *à ſanguine juſti hujus.* Reos ſe negant Judæi : *Non licet nobis* ( inquiunt ) *interficere quemquam.* Accedite, Chriſtiani, accedite : an lavare audebitis manus veſtras, & dicere, *Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc?* Peccatum veſtrum confitemini ut in hoc generalis Expiationis Feſto vobis per ipſum, quem effudiſtis, Chriſti ſanguinem remittatur. *Sanctum & juſtum negaſtis:* *Act. 3. 14. 15. 19.* *Auctorem vitæ interfeciſtis … Pœnitemini igitur & convertimini, ut deleantur peccata veſtra.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DOMINICA PASCHÆ.

*Jeſum quæritis Nazarenum crucifixum : ſurrexit, non eſt hic.* Marci xvj. 6.

*Pſal. 67. 21.* D*Eus noſter Deus ſalvos faciendi, & Domini Domini exitus mortis,* (ait Rex Propheta.) Chriſtus igitur ſub imperio mortis manere non poterat, ſed reſurgere debebat ſecundùm Scripturas, ut idem Propheta Spiritu Dei afflatus prædixit, Pſal. 3. 6. *Ego dormivi, & ſoporatus ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* Pſal. 15. 9. *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea : inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo ; delectationes in dextera tua uſque in finem.* Ideo in monumento alieno, eoque novo

*S. Ambroſius Lib. 10. in Lucam.* ſepultus eſt Jeſus, quia brevi reſurrecturus erat. *Etenim tumulus his paratur, qui ſub lege ſunt mortis. Victor mortis tumulum ſuum non habet. Quæ enim communio tumulo & Deo?* Unus ille *inter mortuos liber*, quorum *ſepulcra domus illorum in æternum*, in tumulo

*Pſal. 41. 11. Pſal. 140. 10. Oſee. 13. 14.* fuit ad modum tranſeuntis : *Singulariter ſum ego donec tranſeam*, utpote mortem ipſam in ſede ſua expugnaturus, ſecundùm illud Oſeæ Prophetæ oraculum : *Ero mors tua, ò mors : morſus tuus ero, inferne.* Hic fidei noſtræ fundamentalis Articulus hodiernâ die vobis explicandus : *Tertia die reſurrexit a mortuis.* Reſurrexit propria virtute. Reſurrexit primus omnium. Reſurrexit tertia die, prout ipſe prædixerat. Reſurrexit circa diluculum, illuceſcente jam die. ( *Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 6. §. 2.* )



Hoc in Myſterio tria conſideranda ſunt. 1. Reſurrectionis Chriſti neceſſitas. 2. Reſurrectionis Chriſti gloria. 3. Reſurrectionis Chriſti fructus & utilitates eximiæ.

1. Chriſtum reſurgere oportuit, ad divinæ juſtitiæ commendationem .... 2. Chriſtum reſurgere neceſſe erat, ad fidei noſtræ confirmationem ... 3. Chriſtum reſurgere neceſſe erat ad ſuſtentationem ſpei noſtræ ... 4. Chriſti reſurrectio neceſſaria erat ad inſtitutionem noſtram ... 5. Neceſſaria erat ad ſalutis noſtræ conſummationem. ( *Ibid.* §. 3. )

II. Reſurrexit idem Chriſti corpus verum ... Reſurrexit Chriſti corpus integrum ... Reſurrexit glorioſum ... Chriſtus poſt Reſurrectionem vix agnoſci ex carne poteſt. Quo ſenſu Chriſtus poſt Reſurrectionem *totus Deus* ? .. Reſurrectio, nova Chriſti Jeſu nativitas, æternæ generationi maximè affinis. (*Ibid.* §. 4.)

III. Reſurrectionis Chriſti fructus & utilitates eximiæ. Primus reſurrectionis Chriſti fructus, reſurrectio corporum ... Reſurrectionis Chriſti fructus alter, animarum noſtrarum reſurrectio. ( *Ibid.* §. *quinto.* ) *Rom. 8. 11.*
*Deus qui ſuſcitavit Jeſum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora noſtra, propter inhabit antem Spiritum ejus in nobis.* Corpus noſtrum etiam idem, integrum, glorioſumque reſurget, poſt tres dies myſticos. *Vivificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſci-* *Oſee 6. 3.*
*tabit nos, & vivemus in conſpectu ejus.* Prima dies eſt paſſionis, quâ hîc in mundo tribulationes varias ſuſtinere nos oportet, gloriamque bonis operibus & patientiâ promereri, ſicut Chriſtus meruit gloriam ſui corporis, nominiſque ſui exaltationem patiendo & moriendo. Dies ſecunda, eſt dies mortis, quâ in ſepulcro quieſcendum eſt uſque ad finem ſæculi. Tertia dies eſt reſurrectionis generalis, quâ ſummo manè à ſomno mortis excitabimur. Pharaonis pincerna in carcere de- *Geneſ. 40. 13.*

## DOMINICA PASCHÆ.

*Jeſum quæritis Nazarenum crucifixum : ſurrexit, non eſt hic.* Marci xvj. 6.

Pſal. 67. 21. D*Eus noſter Deus ſalvos faciendi, & Domini Domini exitus mortis,* (ait Rex Propheta.) Chriſtus igitur ſub imperio mortis manere non poterat, ſed reſurgere debebat ſecundùm Scripturas, ut idem Propheta Spiritu Dei afflatus prædixit, Pſal. 3. 6. *Ego dormivi, & ſoporatus ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* Pſal. 15. 9. *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea : inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo ; delectationes in dextera tua uſque in finem.* Ideo in monumento alieno, eoque novo ſepultus eſt Jeſus, quia brevi reſurrecturus erat. *Etenim tumulus his paratur, qui ſub lege ſunt mortis. Victor mortis tumulum ſuum non habet. Quæ enim communio tumulo & Deo?* Unus ille *inter mortuos liber,* quorum *ſepulcra domus illorum in æternum,* in tumulo fuit ad modum tranſeuntis : *Singulariter ſum ego donec tranſeam,* utpote mortem ipſam in ſede ſua expugnaturus, ſecundùm illud Oſeæ Prophetæ oraculum : *Ero mors tua, ô mors : morſus tuus ero, inferne.* Hic fidei noſtræ fundamentalis Articulus hodiernâ die vobis explicandus : *Tertia die reſurrexit à mortuis.* Reſurrexit propria virtute. Reſurrexit primus omnium. Reſurrexit tertia die, prout ipſe prædixerat. Reſurrexit circa diluculum, illuceſcente jam die. ( *Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 6. §. 2.* )

*S. Ambroſius Lib. 10. in Lucam.*

*Pſal. 48. 12. Pſal. 140. 10. Oſee. 13. 14.*



Hoc in Myſterio tria conſideranda ſunt. 1. Reſurrectionis Chriſti neceſſitas. 2. Reſurrectionis Chriſti gloria. 3. Reſurrectionis Chriſti fructus & utilitates eximiæ.

1. Chriſtum reſurgere oportuit, ad divinæ juſtitiæ commendationem .... 2. Chriſtum reſurgere neceſſe erat, ad fidei noſtræ confirmationem ... 3. Chriſtum reſurgere neceſſe erat ad ſuſtentationem ſpei noſtræ ... 4. Chriſti reſurrectio neceſſaria erat ad inſtitutionem noſtram ... 5. Neceſſaria erat ad ſalutis noſtræ conſummationem. ( *Ibid. §. 3.* )

II. Reſurrexit idem Chriſti corpus verum ... Reſurrexit Chriſti corpus integrum ... Reſurrexit glorioſum ... Chriſtus poſt Reſurrectionem vix agnoſci ex carne poteſt. Quo ſenſu Chriſtus poſt Reſurrectionem *totus Deus* ? .. Reſurrectio, nova Chriſti Jeſu nativitas, æternæ generationi maximè affinis. (*Ibid. §. 4.*)

III. Reſurrectionis Chriſti fructus & utilitates eximiæ. Primus reſurrectionis Chriſti fructus, reſurrectio corporum ... Reſurrectionis Chriſti fructus alter, animarum noſtrarum reſurrectio. ( *Ibid. §. quinto.* ) *Deus qui ſuſcitavit Jeſum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora noſtra, propter inhabit antem Spiritum ejus in nobis.* Corpus noſtrum etiam idem, integrum, glorioſumque reſurget, poſt tres dies myſticos. *Vivificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & vivemus in conſpectu ejus.* Prima dies eſt paſſionis, quâ hîc in mundo tribulationes varias ſuſtinere nos oportet, gloriamque bonis operibus & patientiâ promereri, ſicut Chriſtus meruit gloriam ſui corporis, nominiſque ſui exaltationem patiendo & moriendo. Dies ſecunda, eſt dies mortis, quâ in ſepulcro quieſcendum eſt uſque ad finem ſæculi. Tertia dies eſt reſurrectionis generalis, quâ ſummo manè à ſomno mortis excitabimur. Pharaonis pincerna in carcere de-

*Rom. 8. 11.*

*Oſee 6. 3.*

*Geneſ. 40. 21.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tentus, vidit per ſomnium tres propagines vitis creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores uvas matureſcere, ſeque uvas exprimere in calicem, & tradere poculum Regi. Quod viſum fauſtum omen fuit libertatis ipſius pincernæ, interprete Joſeph. *Tres propagines,* inquit, *tres adhuc dies ſunt; poſt quos recordabitur Pharao miniſterii tui, & reſtituet te in gradum priſtinum.* Quandiu in corpore mortis hujus pe-
Pſal. 141. 8. regrinamur à Domino, velut in carcere ſumus. *Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo.*
Pſal. 22. 1. Et poſt eductionem animæ, corpus in ſepulcro velut
Pſal. 35. 9. carcere tabeſcit: verùm tertia die recordabitur Chriſtus Rex gloriæ miniſterii noſtri, ſi tamen fideles ſervi fue-
Matth. 26. 29. rimus, & reſtituet nos in gradum priſtinum; in Aulam ſuam nos admittet redivivos & glorioſos, non ut ipſi calicem porrigamus; ſed ut ipſe participes nos faciat præclari calicis, inebriantis ab ubertate domus Dei; & torrente voluptatis nos potet; & ad menſam ſuam ſedentibus det ut vinum novum cum illo bibamus in Regno Patris ſui.

Verùm ad vitam & gloriam æternam non reſurgent, ſed ad mortem ſecundam, & in opprobrium ſempiternum, illi qui ante finem vitæ hujus non reſurrexerint à peccato, quod eſt mors animæ. Hæc re-
Rom. 4. ſurrectio effectus eſt Reſurrectionis Chriſti, qui *Traditus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram.* Spiritalis porro reſurrectio ſex ſignis fit manifeſta. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 6. §. 6.*)

DOMI-



## DOMINICA IN ALBIS.

*Poſt dies octo, iterum erant Diſcipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Venit Jeſus januis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Joan. xx. 26. 27.

CHriſtus Jeſus *Princeps pacis*, qui naſci voluit toto orbe in pace compoſito; quo naſcente Angeli cecinerunt, *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*, qui Diſcipulis ſuis pacem moriturus velut ſupremis teſtamenti tabulis munus hereditarium reliquit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*: poſt Reſurrectionem ſuam in medio illorum ſe ſiſtens, pacem illis ter adprecatur & largitur: *Pax vobis.* Ipſis ſimul confert Spiritum Sanctum & poteſtatem remittendi peccata: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittentur eis*: Quia vera pax in ſtatu peccati haberi non poteſt. Illis denique vulnera ſua oſtendit, ac Thomæ palpanda præbet: *Vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Quia vera pax, quam mundus dare non poteſt, fructus eſt paſſionis & vulnerum Chriſti, qui ſanguinis ſui pretio nobis illam comparavit.

I. Pax fructus Spiritus Sancti... Peccatores vera pace frui non poſſunt... Veræ pacis amator, inimicorum ejus amator eſt... Pacem habet, qui pacem amat... Pax cum Deo, cum nobiſmetipſis, cum proximis. (*Lib. 2. Tract. de Sacramento Confirmationis, Cap. 3.*

Z

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Art. 3. n. 3.)* Pax individua juſtitiæ comes. Pſal. 71. *Orietur in diebus ejus juſtitia & abundantia pacis.* Pſal. 84. *Juſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Iſai. 33. *Erit*

*S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 84.*

» *opus juſtitiæ pax.* Igitur Fac juſtitiam, & habebis pa- » cem. Si enim non amaveris juſtitiam, pacem non ha- » bebis. Duæ amicæ ſunt, tu fortè unam vis, & alte- » ram non facis. Nemo eſt enim qui non vult pacem; ſed » non omnes volunt operari juſtitiam. Interroga omnes » homines, Vis pacem? Uno ore tibi reſpondet totum » genus humanum, Opto, cupio, volo, amo. Ama & » juſtitiam, quia duæ amicæ ſunt juſtitia & pax, ipſæ ſe » oſculantur. Si amicam pacis non amaveris, non te a- » mabit ipſa pax, nec veniet ad te? Quid enim magnum » eſt deſiderare pacem? Quivis malus deſiderat pacem. » Bona enim res eſt pax. Sed fac juſtitiam, quia juſtitia & » pax ſe oſculantur, non litigant. Tu quare litigas cum » juſtitia? Ecce juſtitia dicit tibi, Ne fureris, & non au- » dis. Ne adulteres, non vis audire. Non facias alteri, » quod tu pati non vis; non dicas alteri, quod & tibi di- » ci non vis. Inimicus es amicæ meæ: dicit tibi pax, quid » me quæris? Amica ſum juſtitiæ, quemcumque invene- » ro inimicum amicæ meæ, non ad illum accedo. Vis er-

*Pſalm. 33. 15.*

» go venire ad pacem? Fac juſtitiam . . . *Declina à malo, » & fac bonum.* (hoc eſt amare juſtitiam:) & cùm jam » declinaveris à malo, & feceris bonum, *Inquire pacem,*

*S. Auguſt. in Pſal. 127.*

» *& perſequere eam.* Jam enim non diu illam quæres; quia » & ipſa occurret tibi, ut oſculetur juſtitiam. *Sine cari-*

*Rom. 5.*

*tate nulla pax eſt . . . Caritas* autem *diffuſa eſt in cordi- bus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.* Ideo pacem cum Spiritu ſancto Diſcipulis ſuis Chriſtus impertitur: *Pax vobis . . . Accipite Spiritum Sanctum.*

Peccatorum falſa pax . . . Malæ conſcientiæ pœna. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 3. n. 6.*) Vita beata non eſt abſque pace. *Vitam* porro *beatam efficiunt tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ.* Id à

*S. Ambroſ. Lib. 1. de Officiis Miniſt. Cap. 2.*



Spiritu Sancto per os Salomonis loquente diſcimus: *Secura mens quaſi juge convivium.* Hanc pacem Philippenſibus optat Apoſtolus: *Pax Dei, quæ exſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto Jeſu.* Pax Dei, non pax ſæculi; pax corda cuſtodiens, non corrumpens; pax Chriſti, quæ omnes animi motus & cupiditates, non modò rationi, ſed legi Dei & gratiæ ſubjicit, de qua idem Apoſtolus: *Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris.* De qua S. Ambroſius: Jacob, inquit, petiturus à fratre concordiam, dormivit in caſtris. *Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem & ſtabilitatem: ideo Dominus donum ejus perfectioribus reſervavit, dicens:* Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. *Perfectorum eſt enim non facile mundanis moveri, non turbari metu, non exagitari ſuſpicione, non terrore concuti, non dolore vexari: ſed quaſi in littore tutiſſimo adverſum inſurgentes fluctus ſæcularium procellarum mentem immobilem ſua ſtatione placidare. Hoc firmamentum Chriſtianis mentibus Chriſtus invexit, pacem internam invehens animis probatorum: ut non turbetur cor noſtrum, neque exagitetur animus . . . Fructus itaque pacis eſt non perturbari in pectore. Pacem meam do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Denique vita juſti quieta eſt, injuſtus autem inquietudinis & perturbationis plenus eſt. Itaque amplius ſuis ſuſpicionibus affligitur impius, quàm alienis plerique verberibus: majoreſque vibices vulnerum in ejus animo ſunt, quàm in eorum corpore qui ab aliis verberantur. Grande eſt aliquem intra ſe tranquillum eſſe & ſibi convenire. Foris pax aut Imperatoris ſollicitâ providentiâ, aut manu militum quæritur, aut bellorum proſpero cedit eventu, aut internecione aliqua barbarorum, ſi in ſe hoſtili motu ſua arma convertant. In ea pace nulla noſtra virtus, ſed eventus eſt. Certè gloria pacis illius ad Imperatorem refertur: iſtius pacis fructus in nobis eſt.*

*Prov. 15. 15.*

*Philipp. 4.*

*Coloſſ. 3.*

*S. Ambroſ. Lib. 1. de Jacob. & vita beata. Cap. 6.*

*Joan. 14. 27.*

*Joan. 14. 27.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*quæ eſt in mentibus ſingulorum, qua tenetur affectibus. Iſtius pacis major eſt fructus, quo ſpiritalis nequitiæ tentamenta, quàm quo arma hoſtilia repelluntur. Iſta pax ſublimior, qua corporalium paſſionum excludit illecebras, perturbationeſque mitigat, quàm ea qua barbaricos ſedat incurſus. Plus eſt enim clauſo intra te hoſti reſiſtere, quàm remoto.*

Diſcipulis ſuis pacem adprecatus eſt Chriſtus, cùm *intus* eſſent. Pacem non habemus, niſi *intus* in animâ noſtra ſtet Chriſtus, illicque nos colligamus, non extra divagemur. Columba pacis præco ramum virentis olivæ ad Noë defert in Arcam. Si pacem habere vis, intra & tu in Arcam, hoc eſt, *In te ipſum intra, in tuam mentem, in tua animæ principale: ibi ſalus eſt, ibi gubernaculum, foris diluvium, foris periculum.* *S. Ambroſ. Lib. de Noë & Arca, Cap. 11.*

Peccator pacem habere non poteſt, niſi pœnitentiam egerit, ac remiſſionem peccatorum obtinuerit. Meritò eſſe dicitur *Sicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clavo.* *Prov. 23. 34.* Nam ſicut dormiens inter procellas propior eſt periculo quàm vigilans; ita qui plagas conſcientiæ non ſentit, magis periclitatur, quàm qui illis cruciatur. Peccatoris ita ſopiti, nec ullos conſcientiæ ſtimulos ſentientis, figura erat Jonas. *Jonæ 1.* *Facta eſt tempeſtas magna in mari, & navis periclitabatur conteri... Et Jonas dormiebat ſopore gravi.* Peccator fugit à facie Dei ſicut Jonas, ſed fugit in Tharſis, id eſt, totum ſe mundanis gaudiis ac delectationibus immergit. Tharſis enim, S. Hieronymo interprete, idem eſt ac *Contemplatio gaudii.* Dormit ſopore gravi, peccatorum fumo craſſiſque vaporibus, ſenſuum ſpiritualium hominis interioris intercludentibus officia. De illius ſalute actum eſt, niſi gubernator navis, id eſt, divina gratia accedat, & ſecurè adeo ac periculoſè quieſcentem à ſomno excitet. *Et acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu ſopore deprimeris? Surge, invoca Deum tuum.* Neceſſe eſt ut gratiæ conſentiat libertas



ad ſortem ſuper peccata mittendam, ut cognoſcatur propter quæ potiſſimùm orta ſit tempeſtas divinæ ultionis peccatori imminentis. *Et dixit vir ad collegam ſuum: Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis. Et miſerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Jonam, & dixerunt ad eum: Quod eſt opus tuum?* Denique peccatum in mare projiciendum, & aquis amaris pœnitentiæ ſubmergendum eſt, ut ſedetur tempeſtas. *Et tulerunt Jonam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à fervore ſuo.*

In adverſis rebus tranquilli eſſe non poſſumus, niſi mundam & puram conſcientiam habeamus. Jacob poſt cladem Sichemitis à filiis ſuis illatam, dixit illis: *Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ hujus.* *Geneſ. 34. 30.* *Nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.* Sed contra hos terrores una illi videtur ſacra anchora, ſuorum conſcientia. Quamobrem hanc emundari jubet ac purgari, ut ad illam confugiant. *Abjicite Deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini ac mutate veſtimenta veſtra.* *Geneſ. 35. 2. & 3.* *Surgite & aſcendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo, qui exaudivit me in die tribulationis meæ.* Quid ſubinde? Jacob timere deſinit, timeri incipit. *Cumque profecti eſſent, terror Dei invaſit omnes per circuitum civitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.* *Rupertus Lib. 8. in Geneſ. Cap. 11.* Unde tam ſubita mutatio? Ex conſcientiarum expiatione. Sic aſcenditur in Bethel, id eſt, in domum Dei.

II. Pacem vulneribus ſuis & ſanguinis ſui pretio nobis Chriſtus Jeſus comparavit, *Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud Cruci: & exſpolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.* *Coloſſ. 2. 14. 15.* Paſſionem pertulit, vulnera ſuſcepit, mortem ſubiit, ut nos Deo reconciliaret, *Pacificans per ſanguinem crucis ſi-* *Coloſſ. 1. 20.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ve quæ in terris, ſive quæ in cælis ſunt. Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu in operibus malis: nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos ſanctos & immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo.* Vulnerum cicatrices in corpore redivivo & glorioſo ſervavit Chriſtus Jeſus, ut eas Patri oſtendens, pro nobis interpellaret. [S. Ambroſ. Lib. x. in Lucam.] *Vulnera ſuſcepta pro nobis cælo inferre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri noſtra pretia libertatis oſtenderet.* Quot vulnera, tot ora, miſericordiam & pacem pro nobis poſtulantia. [Hebr. 12. 24.] *Acceſſiſtis ad teſtamenti novi mediatorem Jeſum, & ſanguinis aſperſionem meliùs loquentem quàm Abel.* Sanguis enim Abel vindictam adverſùs fratrem: ſanguis Chriſti miſericordiam pro iis qui ipſum effuderunt, poſtulat. Vulnera denique Chriſtus oſtendit Thomæ Apoſtolo, non ſolùm pro ipſo, ut dubitationis ejus & incredulitatis vulnus ſanet, ſed pro omnibus Chriſtianis, ut adorandorum vulnerum intuitu pacem, quantum fieri poteſt, cum omnibus hominibus habeamus. Ex latere, ex corde Jeſu Chriſti caritatem hauriamus, ut proximos noſtros, etiam inimicos diligamus. [Rom. 12.] *Quantum in nobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Non ſit pax ſimulata, ſed vera, pax ſine inimicitiis. Ignoramus abſque caritate pacem, ſine pace communionem. *Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te;* [Matth. 5.] *dimitte ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum... Si Munera noſtra abſque pace offerre non poſſumus: quantò magis & Chriſti corpus accipere?* [S. Hieron. Epiſt. 62.] Cum his ipſis qui oderunt pacem, ſimus pacifici. Cupiditates reſecemus, quæ diſcordiarum & litium ſunt fomites. Alter alterius onera ſuſtinentes in caritate Dei & patientia Chriſti, ſuſpiremus ad cæleſtem Jeruſalem, de quâ dictum eſt à Propheta: [Pſal. 147.] *Qui poſuit fines tuos pacem. Modò deſideramus pacem, quam hic habemus in ſpe. Adhuc e-*



*nim in nobis ipſis qualis pax! Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem.* [S. Auguſt. in hunc Pſal. Galat. 5. 17.] *Ubi plena pax in uno homine? Quando erit plena in uno homine, tunc erit plena in omnibus civibus Jeruſalem. Quando erit plena pax? Quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem:* [1. Cor. 15. 53.] *tunc plena pax, tunc firma pax: nihil litigat adverſùs animam in homine, non ipſa adverſùm ſe, ex quadam parte ſaucia: non carnis fragilitas, non indigentia corporis, non fames, non ſitis, non frigus, non æſtus, non laſſitudo, non ulla inopia, non provocatio rixæ, non certè ipſa ſollicita cautela & vitandi inimici & diligendi. Hæc omnia, Fratres mei, litigant adverſùm nos, nondum eſt plena & perfecta pax. Ibi perfecta pax,* [S. Auguſt. in Pſal. 33.] *ubi perfecta jucunditas, ubi laus ſine defectu, amor ſine ſcandalo, fructus ſine timore, vita ſine morte.*

---

## DOMINICA II. POST PASCHA.

*Ego ſum Paſtor bonus. Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ... & animam meam pono pro ovibus meis.* Joan. x.

PAſtorem illum ſe eſſe declarat Chriſtus, de quo vaticinati ſunt Prophetæ, venturum aliquando Paſtorem, qui proprias ſuas oves, non alienas ſit paſturus. Iſaiæ 40. 10. 11. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: Ecce merces ejus cum eo, & opus illius coram illo. Sicut Paſtor gregem ſuum paſcet: In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit, fœtas ipſe portabit.* Ezech. 34. 11. & ſeqq. *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe requiram oves meas, & viſitabo eas: Sicut viſitat Paſtor gregem ſuum, in die quando fuerit in medio ovium ſuarum diſſipatarum, ſic viſitabo oves*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerint in die nubis & caliginis; & educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam eas in montibus Iſraël, in rivis, & in cunctis ſedibus terræ. In paſcuis uberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſraël erunt paſcua earum .... Ego paſcam oves meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus ... Salvabo gregem meum, & non erit ultra in rapinam ... Et ſuſcitabo eis Paſtorem unum, qui paſcat eas, ſervum meum David:* id eſt, Chriſtum filium David. Jamdiu enim David obierat, cùm hæc Ezechiel vaticinatus eſt. Chriſtus igitur bonus ille Paſtor, in quo omnes Paſtoris optimi dotes & caracteres concurrunt. Nos oves ejus ſumus: dare igitur debemus operam ut nulla nobis ovium proprietas deſit.

I. *Bonus paſtor animam ſuam dat*, id eſt, vitam exponit *pro ovibus ſuis.* Chriſtus pro nobis mortuus eſt, non neceſſitate, ſed liberrima voluntate, ut ſuum erga oves ſuas amorem opere ipſo comprobaret. *Ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me: ſed ego pono eam à me ipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* Quod ab Iſaia prædictum: *Oblatus eſt* (inquit) *quia ipſe voluit.* Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret. Sic oves ſuas Chriſtus dilexit, ut ſeipſum pro illarum ſalute morti traderet. Sic viciſſim illum diligamus, ut pro illo mori parati ſimus. *Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis.* David cùm populum ſuum peſte, quam præ aliis Dei flagellis elegerat, plecti cerneret, ad Dominum clamavit: *Vertatur, obſecro, manus tua contra me & contra domum patris mei.* Pro populo ſuo mori paratus erat. Quid mirum? Ipſe enim peccaverat, non populus: *Ego ſum qui peccavi: iſti*

Iſai. 53. Joan. 10.

Epheſ. 5. 2.

2. Reg. 24. 17.



*qui oves ſunt, quid fecerunt?* Contrarium in Chriſto accidit: oves peccaverant, Paſtor bonus pro illis vitam ſuam dedit, & quidem ut vitam haberent meliorem. *Ego veni ut vitam habeant, & abundantiùs habeant... Ego vitam æternam do eis.* Neque intuitu alicujus commodi atque utilitatis, quam ex ovibus percepturus eſſet, ſed gratis pro ovibus ſuis vitam dedit. Quæramus & nos non quæ noſtra, ſed quæ Jeſu Chriſti. Illum gratis amemus, qui ſuſtinuit in aſſumpta carne incommoda noſtra, paſſionem, mortem; & hoc totum non propter ſe, ſed *propter nos, ut redderet nos incolumes de infirmis, coheredes de extraneis, liberos de ſervis.*

S. Bernard. Serm. de Cœna Dom.

Bonus Paſtor oves ſuas ſollicitè cuſtodit, earumque ſaluti invigilat. *Mercenarius fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.* Chriſtus verò ſuas oves non deſerit. *Proprias oves vocat nominatim, & educit eas.* Cùm illis eſt *omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi.* Illas novit, illas paſcit, illas tuetur ac defendit. Quis Paſtor oves proprio paſcit ſanguine? Et quid dico, Paſtor? Matres ut plurimùm filios aliis nutricibus alendos tradunt: Chriſtus proprio nos ſanguine paſcit in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me. Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ. Nam etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me ... Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Omnibus Sacramentis ſuis adeſt bonus ille *Paſtor & Epiſcopus animarum noſtrarum.* Hic eſt qui baptizat, hic qui abſolvit, hic qui corpus ipſe ſuum conſecrat & porrigit inviſibiliter, cùm Sacerdos ſacra hæc miniſteria viſibiliter peragit. Æternus enim ille Sacerdos eſt ſecundùm

Pſal. 22.

1. Petri 2. 25.

ordinem Melchiſedech, cui nemo ſuccedit, cùm ſem-
per vivat, ſuoque ſemper Sacerdotio per Miniſtros ſuos
*Hebr. 7. 24. 25.* fungatur in terris, & per ſe ipſum in cælis ad Patris
dexteram. *Et alii quidem plures facti ſunt Sacerdotes,
idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem
eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sa-
cerdotium. Unde & ſalvare in perpetuum poteſt acce-
dentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper vivens ad in-*
*S. Auguſt. Serm. 138. aliàs 50. de Verbis Dom.* *terpellandum pro nobis.* Unus ille bonus Paſtor, cujus
omnes paſtores boni membra ſunt. *Unum caput, unum
corpus, unus Chriſtus. Ergo & Paſtor paſtorum, &*
*1. Cor. 12. 12.* *paſtores paſtoris, & oves cum paſtoribus ſub paſtore.*
Quid ſunt hæc, niſi quod ait Apoſtolus: *Sicut enim cor-
pus unum eſt, & multa membra habet, omnia autem
membra corporis, cùm ſint multa, unum eſt corpus; ſic
& Chriſtus.* Ergò meritò Chriſtus habens in ſe omnes
Paſtores bonos, unum commendat, dicens: *Ego ſum
Paſtor bonus.* Ego ſum, *Unus ſum, omnes mecum in
unitate unum ſunt. Qui extra me paſcit, contra me
paſcit. Qui mecum non colligit, ſpargit.*

Bonus Paſtor oves errantes quærit, & ad ovile addu-
cit. Ita Chriſtus: *Alias* (inquit) *oves habeo, quæ non
ſunt de hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vo-*
*S. Auguſt. ibid.* *cem meam audient, & fiet unum ovile, & unus Paſtor.*
» Loquebatur primo ovili de genere carnis Iſraël. Erant
» autem alii de genere fidei ipſius Iſraël, & extra erant
» adhuc, in Gentibus erant, prædeſtinati, non-
» dum congregati. Hos noverat qui prædeſtinaverat: no-
» verat qui redimere ſanguine ſuo fuſo venerat. Videbat
*Rom. 11. 25.* » eos nondum videntes eum; noverat eos, nondum cre-
dentes in eum. De his ſcribit Apoſtolus: *Nolo vos ig-
norare, fratres, myſterium hoc, quia cæcitas ex parte
contigit in Iſraël, donec plenitudo gentium intraret.*

*Luc. 15.* Oves errantes, peccatores ex omni gente quærit Paſ-
tor bonus, & quamlibet ovem errantem *Cum invene-*



*rit, imponit in humeros ſuos gaudens,* & ad gregem re- *Pſal. 118.*
ducit. *Erravit ſicut ovis quæ periit: quære ſervum* *vers. ult.*
*tuum Domine.*

II. Ovium ſuarum proprietates & dotes, bonus ipſe
Paſtor nobis exponit. *Cognoſco meas, & cognoſcunt
me meæ:* non ſterili cognitione: multi enim dicunt,
*Domine, Domine:* qui à dextris boni Paſtoris inter o-
ves non erunt, & quibus dicet: *Non novi vos, diſce-
dite à me maledicti:* ſed cognitione amorem ſpirante,
ſicut Patris æterni cognitio *Verbum* parit, non quale-
cumque, ſed ſpirans amorem. *Sicut novit me Pater,
& ego agnoſco Patrem.* Quia paſtorem cognoſcunt o-
ves, vocem ejus audiunt, & illum ſequuntur. Sic (ait
Chriſtus) *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego co-
gnoſco eas, & ſequuntur me.* Oves Chriſti vocem ejus
audiunt in Scripturis ſacris loquentis, per os SS. Evan-
geliſtarum & Prophetarum; in Eccleſia per os Paſto-
rum quos conſtituit *in conſummationem ſanctorum,* *Ephes. 4. 12.*
*in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti:*
Vocem denique ejus audiunt ad cor ſuum per inſpiratio-
nes gratiæ ſuæ loquentis: & reſpondent, *Loquere Do-* *1. Reg. 3. 6.*
*mine, quia audit ſervus tuus... Audiam quid loqua-* *Pſal. 84. 9.*
*tur in me Dominus Deus.* Non ſolùm vocem Chriſti
oves ejus audiunt, ſed ipſum ſequuntur quocumque ie-
rit, id eſt, imitantur ejus manſuetudinem, patientiam,
beneficentiam. Manſuetudo proprietas ovium, virtus
Chriſtianorum. *Chriſtianus nullius eſt hoſtis* (ait Ter-
tullianus) Patientia manſuetudinis in ovibus comes. De
Chriſto prædictum eſt & in ipſo impletum: *Sicut ovis* *Iſai. 53.*
*ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente
ſe obmuteſcet.* De Chriſtianis Apoſtolus ſcribit: *Quia* *Rom. 8. 36.*
*propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut
oves occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter
eum qui dilexit nos.* Rerum terrenarum jacturam velut
lanæ ſuperfluæ tonſionem patiuntur. *Superflua rerum* *S. Auguſt. Enarrat. in*
*temporalium ſine ſenſu præciduntur* illis qui *hærent cor-* *Pſal. 21.*

*de in Domino.* Perſecutor acuat novaculam quantùm poteſt; *Ablaturus eſt ſuperflua temporalia, numquid neceſſaria ſempiterna? ... Sicut novacula acuta feciſti dolum.* Oves beneficæ ſunt, & admodum utiles humano generi. Chriſtianus, quantùm poteſt, proximis utilis, nemini incommodus & infeſtus eſſe debet; eſcam eſurientibus, nudis veſtimentum præbere, omnes juvare. *Nihil frigidius Chriſtiano alios non ſervante.* Nec arbores infructuoſas in horto ſuo, nec oves ſteriles neminique utiles in ovili ſuo vult Chriſtus. Tales ſunt qui ſolùm conſiderant & quærunt quæ ſua ſunt. *Tales ſunt qui non aluerunt Chriſtum. Vide enim horum nulli improperari ſua peccata, non quòd ſcortati ſint, non quòd pejerarint, ſed quòd alteri non fuerint utiles. Talis erat qui talentum defoderat, irreprehenſibilem quidem exhibens vitam. Qui autem alii non eſt utilis, dic mihi, quomodo erit Chriſtianus?*

*Juenta. Chryſoſt. Hom. 22. in Act.*

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Ego ſum Paſtor bonus ... Oves meæ vocem meam audiunt & ſequuntur me.* Joan. x.

I. PAſtorum erga oves officia. Triplex paſcendi modus. 1. Paſtores paſcere debent oves *Exemplo converſationis.* 2. *Verbo prædicationis.* 3. *Fructu orationis.* ( Lib. 4. Cap. 6. Art. 2. §. 2. cui titulus eſt, *Paſtorum erga oves officia.* ) Attendite vobis quicumque opus miniſterii hujus ſortiti eſtis; attendite, inquam, vobis, & pretioſo depoſito quòd vobis creditum eſt. *Civitas eſt, vigilate ad cuſtodiam, concordiamque; Sponſa eſt, ſtudete ornatui. Oves ſunt, intendite paſtui... Ad ſolam civitatis cuſtodiam, ut quantum ſatis eſt procuretur, opus eſt viro forti, ſpirituali, fideli: forti ad propulſandas injurias, ſpirituali ad deprehendendas inſidias, fideli qui non quæ ſua ſunt quærat. Porrò autem ad mores honeſtandos vel corrigendos, ( quod utique ad decorem pertinet Sponſæ ) quis non liquidò agnoſcat perneceſſariam fore cum multa quidem diligentia diſciplinæ cenſuram? Eapropter omnis cui hoc opus incumbit, oportet ferveat zelo illo quo accenſus præcipuus ille æmulator Sponſæ Domini aiebat: Æmulor vos Dei æmulatione: deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Jam quomodo in paſcua divinorum Eloquiorum educet greges dominicos Paſtor idiota? Sed & ſi doctus quidem fuerit, non ſit autem bonus, verendum ne non tam nutriat doctrina uberi, quàm ſterili vitâ noceat.*

*S. Bernard. Serm. 76. in Cantica.*



*1. Cor. 11.*

II. Ovium erga Paſtores officia. Plebs Chriſtiana Paſtores ſuos revereri debet ac diligere. 2. Paſtoribus ſuis, quæ ad vitæ uſus neceſſarios requiruntur, abundè, libenter, & ex animo ſubminiſtrare. 3. Obedientiam in omnibus quæ ordinem & diſciplinam Eccleſiæ ac bonum ſalutis æternæ ſpectant, exhibere. ( *Lib. 4. Cap. 6. Art. 1. §. 3.* )

---

## DOMINICA III. POST PASCHA.

*Modicum & jam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me; quia vado ad Patrem ..... Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos; mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Joan. xvj.

I. IN hujus mundi peregrinatione & exilio, cujus tempus modicum & breve eſt, conſolari & ſuſtentare nos debet ſpes certiſſima viſionis Dei, ad quam ſuſpirare & viribus totis tendere debemus. 2. In rebus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

adverſis, ærumnis, calamitatibus, quæ Chriſtianorum juſtè viventium pars ſunt in hoc mundo, conſolari nos debet exſpectatio gaudii puriſſimi, immenſi, perpetui, quod triſtitiæ noſtræ ſuccedet.

I. Vita hæc mortalis peregrinationis noſtræ tempus eſt; mundus, exilii locus; cælum patria. *Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*, (ait Propheta Rex.) Abraham *fide demoratus eſt in Terra repromiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando, cum Iſaac & Jacob cohæredibus repromiſſionis ejuſdem. Expectabant enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & conditor Deus.... Confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cæleſtem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: paravit enim illis civitatem.* Si patriam amamus, exilium à patria cæleſti magna nobis pœna eſſe debet. Ad illam itaque ſuſpirare debemus, quandiu vitam hanc mortalem agimus. *Super flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus, dum recordaremur tui, Sion.* Etſi corpus noſtrum in Babylonia tenetur, cor noſtrum ad Jeruſalem præmittatur. *Qui non gemit ut peregrinus, non gaudebit ut civis.... Cui peregrinatio dulcis eſt, non amat patriam: ſi amara peregrinatio, tota die tribulatio.* Ideo Jeſus Apoſtolis ait: *Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.*

Pſal. 118. | Hebr. c. 11. | Pſal. 136. | S. Auguſt. in Pſal. 148. & in Pſal. 85.

Plura de hoc argumento habes (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 15. §. 9. n. 3. 4. & 5.*) *Quæ ſunt flumina Babylonis, & quid eſt noſtrum ſedere & flere in recordatione Sion? Si enim cives inde ſumus, non tantùm*
» *hoc cantamus, ſed & agimus.* Si cives ſumus de Je-
» ruſalem, id eſt, de Sion, & in iſta vita, in iſta con-
» fuſione ſæculi hujus, in iſta Babylonia non cives habi-

S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 136.



tamus, ſed captivi detinemur, oportet ut non tan- «
tùm iſta decantemus, ſed & faciamus affectu cordis «
pio, religioſo deſiderio æternæ civitatis. Habet & «
hæc civitas quæ Babylonia dicitur, amatores ſuos «
conſulentes paci temporali, & nihil ultra ſperan- «
tes, totumque gaudium ſuum ibi figentes, ibi finien- «
tes, & videmus eos pro Republica terrena plurimùm «
laborare; ſed & in ea quicumque fideliter verſantur, ſi «
non ibi appetant ſuperbiam & perituram elationem o- «
dioſamque jactantiam, ſed veram fidem exhibeant, «
quam poſſunt, quamdiu poſſunt, quibus poſſunt, ad «
quantùm vident terrena, & ad quantum intelligunt «
ſpeciem civitatis; non eos ſinit Deus perire in Babylo- «
nia: prædeſtinavit enim eos cives Jeruſalem. Intelligit «
captivitatem eorum Deus, & oſtendit illis aliam civi- «
tatem, cui verè debeant ſuſpirare, pro qua debeant «
cuncta conari, ad quam capeſſendam debeant cives ſuos «
ſecum peregrinos, quantùm valuerint, adhortari. *Su-* «
*per flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus, dum* «
*recordaremur tui Sion.* Flumina Babylonis ſunt omnia «
quæ hìc amantur & tranſeunt.... Cives ſanctæ Jeruſa- «
lem intelligentes captivitatem ſuam, attendunt huma- «
na vota, & diverſas hominum cupiditates hac atque il- «
lac rapientes, trahentes, impellentes in mare: vident «
hæc, & non ſe mittunt in flumina Babylonis; ſed ſe- «
dent ſuper flumina Babylonis, & flent vel illos qui ra- «
piuntur, vel ſeipſos qui in Babylonia eſſe meruerunt, «
ſedentes tamen, hoc eſt humiliati. Super flumina Ba- «
bylonis illic ſedimus & flevimus, dum recordaremur «
tui Sion. O Sancta Sion, ubi totum ſtat, & nihil fluit, «
quis nos in iſta præcipitavit? Quare dimiſimus Condi- «
torem tuum & ſocietatem tuam? Ecce inter fluentia & «
labentia conſtituti, vix quiſquam raptus à flumine, ſi «
tenere lignum potuerit, evadet. Humiliati ergo in cap- «
tivitate noſtra ſedeamus ſuper flumina Babylonis, non «
nos audeamus in illis fluminibus præcipitare; nec nos «

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

audeamus in noſtræ captivitatis malo atque triſtitia ſuperbè erigere, ſed ſedeamus, & ſic fleamus. Multi flent fletu Babylonio, quia & gaudent gaudio Babylonio. Qui gaudent lucris, & flent damnis, utrumque de Babylonia eſt. Flere debes, ſed recordando Sion. Si recordando Sion fles, & quando tibi ſecundùm Babyloniam bene eſt, oportet ut fleas. Ita affecti eſſe debent veri Chriſti Diſcipuli. *Sed quia locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.* O pax illa, quam videbimus apud Deum! ô illa ſancta æqualitas Angelorum! ô illa viſio & ſpectaculum pulcrum! Ecce in Babylonia pulcra ſunt quæ tenent: non teneant, non decipiant. Aliud eſt ſolatium captivorum, aliud gaudium liberorum. Sic veri Chriſti Diſcipuli in hoc exilio gemunt & ſuſpirant, quia tametſi modicum & breve tempus eſt peregrinationis illorum, hoc tamen modicum longum videtur

2. Cor. 5. 8. Deum amantibus. *Audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.* Conſoletur nos interim ſpes certiſſima viſionis Dei, quam promiſit diligentibus ſe, cujus & pignus nobis dedit, Spiritum ſanctum ſuum. *Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.*

II. *Plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit.* Hæc ſors Diſcipulorum Chriſti. Una ad cælum via crux eſt. Una ad gaudium Domini ſempiternum via, triſtitia eſt ſecundùm Deum, quæ vitam operatur. Mundi amatores, qui ſæculi gaudia conſectantur: qui ludis, ſpectaculis, choræis, luxu, ædium & pretioſæ ſupellectilis magnificentia, veſtium ſplendido ornatu, opiparis conviviis, jucundis ſocietatibus, cæteriſque frui ſenſuum oblectamentis amant, Chriſti Jeſu

1. Theſſalon. 3. 3. Diſcipuli non ſunt. *Mundus gaudebit: vos autem contriſtabimini.* Hinc Apoſtolus: *Nemo*, inquit, *moveatur in tribulationibus iſtis: Ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus.* Hæc eſt ad vitam, ad gloriam, ad gaudium



Domini unica via: *Si commortui ſumus, & convivemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.* 2. Tim. 2. 11. Afflictiones, calamitates, rerum temporalium damna, mors cariſſimorum, morbi, inimicorum calumniæ, detractiones, convicia, perſecutiones, oppreſſiones, diſciplina ſunt patris nos amantis, nobiſque hereditatem & gaudium, quod nemo à nobis auferet, parantis. Hæc noſtra debet eſſe conſolatio. Et obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Hebr. 12. Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In diſciplina perſeverate. Tanquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim filius quem non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filii eſtis. Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reverebamur eos: non multò magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & vivemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, ſecundùm voluntatem ſuam erudiebant nos: Hic autem ad id quod utile eſt, in recipiendo ſanctificationem ejus. Omnis autem diſciplina, in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitiæ. Appoſitè ait Apoſtolus: *Videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris*: quia non ſolùm triſtitia præſens & tribulatio juſtorum parit æternum, quod ab ipſis nemo tollet, ſed & in præſenti gaudium interius, qui fructus eſt Spiritus Sancti. *Omne gaudium* (inquit alter Apoſtolus) *exiſtimate fratres mei,* Jacobi 1. *cùm in tentationes varias incideritis: ſcientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet: ut ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.*

Hinc rurſus S. Paulus: *Quaſi triſtes* (inquit) *ſemper autem gaudentes.* 2. Cor. 6. 10. Verum gaudium, triſtitiæ ima-

S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 48. Serm. 2. go. *Triſtitia noſtra habet* quaſi; *gaudium noſtrum non habet* quaſi; *quia in ſpe certâ eſt. Quare triſtitia noſtra* quaſi *habet? Quia ſicut ſomnus tranſiet, & dominabuntur recti mane. Novit enim Caritas Veſtra, quia qui ſomnium indicat, addit* quaſi. Quaſi ſedebam, quaſi loquebar, quaſi prandebam, quaſi equitabam, quaſi diſputabam. Totum quaſi; quia cùm evigilaverit, non invenit quod videbat. Quaſi theſaurum inveneram, dicit mendicus. Si *quaſi* non eſſet, mendicus non eſſet, ſed quia *quaſi* erat, mendicus eſt. Itaque modò qui ad lætitias ſeculares oculos aperiunt, & cor claudunt, tranſit *quaſi* eorum, & venit verum ipſorum. *Quaſi* ipſorum felicitas eſt ſæculi, verum ipſorum pœna eſt. Noſtrum autem *quaſi*, triſtitia eſt; gaudium non eſt *quaſi*. Non enim ait Apoſtolus, Quaſi gaudentes, ſemper autem triſtes; aut, quaſi triſtes, & quaſi gaudentes: ſed ait Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. In hac vita labor, preſſura, tribulatio, tentatio, nihil aliud ſperes? Ubi gaudium? In ſpe futura. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Oculos non vis habere niſi in præſentia? Futura promiſit qui reſurrexit, pacem in hac terra, & requiem in hac vita non promiſit. *Omnis homo requiem quærit, bonam rem quærit, ſed non in regione ſua illam quærit. Non eſt pax in hac vita, in cælo nobis promiſſum eſt quod in terra quærimus: in futuro ſæculo promiſſum eſt, quod in iſto ſæculo quærimus*, gaudium quod nullius admixtione triſtitiæ perturbari unquam poſſit. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

Joan.16.21.22. *Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus: cùm autem pepererit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Scilicet, (ut ait

Rom.8.22.23. Apoſtolus) *Omnis creatura ingemiſcit & parturit uſque adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi primitias Spiritûs habentes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exſpectantes, redemptionem corporis noſtri.* Parturimus iterum, donec Chriſtus in Galat.4.19.



nobis perfectè formetur. Parturitio hæc eſt divinæ gratiæ & libertatis noſtræ. Verus homo corrumpitur, novus homo renovatur de die in diem. Id ſine magno dolore naturæ, cui vis inferenda eſt, fieri non poteſt. Hinc illud Prophetæ: *Non movebor à generatione in* Pſal.10.6. *generationem ſine malo.* Verùm brevis eſt triſtitia, gaudium æternum erit: *Id quod in præſenti eſt momenta-* 2.Cor.4.17. *neum & leve tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*

GAudium mundi breve, inane, æterno luctu excipiendum. *Gaudium hypocritæ adinſtar puncti* Job.20.5. (ait S. Job.) *Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, &* Job.21.9. *non eſt virga Dei ſuper illos.... Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* Gaudium ſpirituale in Deo & de Deo, verum, ſincerum, perpetuum. *Meliora ſunt ubera tua vino*, ait Sponſus cæ- Cantic.1. leſtis. Vinum, carnis mundique voluptates: ubera, ſpirituales conſolationes & delicias ſignificant. Eadem verba uſurpant eodem affectu omnes Animæ ſanctæ. *Carnis* (inquiunt) *voluptatem, quâ paulò ante* S. Bernard. Serm. 9. in Cantic. *tanquam vino ebriæ tenebamur, vincunt hæ quas tua nobis ubera ſtillant, deliciæ ſpirituales. Et pulchrè vino comparant carnalem affectum. Ut enim uva ſemel expreſſa non habet jam quod denuo fundat, ſed perpetua ariditate damnatur: ſic caro in preſſura mortis ab*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*omni prorſus ſua delectatione ſiccatur, nec ultra revi-*
Iſai. 41. 6. *reſcit ad libidines.* Unde Propheta: *Omnis caro fœnum,*
*& omnis gloria ejus tanquam flos agri. Exſiccatum eſt*
*fœnum, & cecidit flos.* Nec carne tantùm ſed & mundo
competit iſta proportio; ſiquidem & ipſe tranſit & con-
cupiſcentia ejus. Et cùm omnia quæ in mundo ſunt fi-
nem habeant; finis eorum non erit finis. *Verum ubera*
*non ſic. Hæc enim cùm exhauſta fuerint, rurſum de fon-*
*te materni pectoris ſumunt quod propinent ſugentibus.*
*Merito proinde meliora carnis ſeculive amore aſſerun-*
*tur ubera Sponſæ, quæ nullo unquam lactentium numero*
*areſiunt, ſed ſemper abundant de viſceribus caritatis ut*
*iterum fluant.* Cruces quidem interiores, deſolationes,
ariditates Animæ ſanctæ interdum patiuntur, Deo illis
ſenſibilia ſolatia ad tempus ſubtrahente, & paululum
ſe abſcondente: ſed hanc triſtitiam majori cæleſtium de-
liciarum fœnore poſtea compenſat. *Modicum, & non*
*videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me . . .*
*Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*

Geneſ. 44. & 45. Joſeph Ægypti Prorex probare voluit an fratres ſui
verè patrem diligerent, & an redire vellent relicto in
vinculis Benjamin, quâ unâ re ſummam calamitatem
eos patri allaturos prævidebat. Dicente enim Juda, *Om-*
*nes ſervi ſumus Domini mei, & nos & apud quem in-*
*ventus eſt ſcyphus*: dixit Joſeph, *Abſit à me ut ſic*
*agam: qui furatus eſt ſcyphum ipſe ſit ſervus meus:*
*vos autem abite liberi ad patrem veſtrum.* Sed cùm Ju-
das longâ habita oratione tandem concluderet, ſe po-
tius manſurum in miniſterio Joſeph, rogaretque ut
Benjamin cum fratribus ſuis ad patrem redire permitte-
ret, alioqui præ mœrore moriturum. *Non enim*, in-
quit, *poſſum redire ad patrem meum abſente puero:*
*ne calamitatis quæ oppreſſura eſt patrem meum, teſtis*
*aſſiſtam*: hac probatione factâ *Non ſe poterat ultra co-*
*hibere Joſeph*, & elevata voce cum fletu, dixit fratri-
bus ſuis; *Ego ſum Joſeph.* Ita Salvator noſter, qui nos



fratres ſuos vocare dignatur, per cruces interiores pro-
bat an Deum ſincerè diligant Animæ ſanctæ: *Probaſti* Pſal. 16. 3.
*cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti*, quem-
admodum aurum in fornace probatur. His probationibus
caſtus amor ab amore mercenario, virtus heroïca à de-
bili, conſtans ab inconſtante diſcernitur. His probatio-
nibus agnoſcitur an Deo cor ſuum locaverit homo, an
dederit; an ipſi ſerviat propter favores & ſolatia ſen-
ſibilia, an propter infinitam ejus magnitudinem ac bo-
nitatem; an ipſo uti, an frui velit; an amore concu-
piſcentiæ duntaxat vel amicitiæ illum diligat & quæ-
rat, ſicut turbæ panibus ſaturatæ Chriſtum in deſerto
quærebant. *Quæritis me, quia manducaſtis ex panibus,*
*& ſaturati eſtis.* Tandem poſt varias probationes Chri-
ſtus ſe ipſum manifeſtat. *Modicum & jam videbitis* Joan. 6.
*me . . . . Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, &* Joan. 14. 14.
*ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Recedit
interdum Sponſus cæleſtis, ut abſens magis deſideretur;
deſideratus avidiùs quæratur, diu quæſitus tandem gra-
tiùs inveneniatur. Ne exilium deputemus pro patria,
venit & recedit viciſſim, nunc conſolationem afferens,
nunc univerſum ſtratum noſtrum in infirmitatem com-
mutans. Porrò cùm ſuavitatem ſui paululùm ſubtraxe-
rit, Animæ deſiderio continuo ac fervente revocatur.
Nam ideo fortè *Subtraxit ſe, quò avidius revocare-* S. Bernard.
*tur, teneretur fortiùs.* Nam aliquando finxit ſe lon- Serm. 74. & 75. in Cant.
giùs ire, non quia hoc volebat, ſed volebat audire, Luc. 24.
*Mane nobiſcum, Domine, quoniam adveſperaſcit.* Has
viciſſitudines euntis & redeuntis Verbi in Anima Juſti
fieri, hæc ejus verba oſtendunt: *Modicum, & non vi-*
*debitis me: & iterum modicum, & videbitis me.* O
Modicum longum! Utrumque verum eſt, & *modicum*
*meritis*, & *non modicum votis. Si moram fecerit*, (inquit Habac. 2.
Propheta) *exſpecta eum, quia veniens veniet, & non*
*tardabit.* Quomodo non tardabit, ſi moram fecerit,
niſi quia *Quod ad meritum ſatis eſt, non eſt ſatis ad*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*votum?* Sed & revocatus à Sponſa, non redit interdum ad vocem & votum revocantis, *Ut deſiderium creſcat, ut probetur affectus, ut exerceatur amoris negotium.* Crebris hujuſcemodi viciſſitudinibus inter gratiæ viſitationem & tentationis probationem in ſchola virtutum proficit Juſtus, *Faciente utique viſitatione ne deficiat,*
» *tentatione ne ſuperbiat.* Tali tandem exercitio munda-
» to oculo interiori, ſtatim adeſt lux, cui fideliter inhæ-
» rere cupiens; ſed, corpore preſſus non prævalens, ad
» ſe ipſum nolens dolenſque reſilit. Guſtato tamen aliqua-
» tenus quàm dulcis eſt Dominus, ejus etiam cùm ad ſua
» redierit, in cordis palato ſaporem retinet, quo fit ut
» jam ipſum, non ipſius quæcumque bona deſideret. Et
» hæc eſt caritas non quærens quæ ſua ſunt: hæc facit fi-
» lium non quærentem ſua, ſed patrem diligentem. Ti-
» mor quippe faceret ſervum in ſua commoda declinan-
» tem, ſpes mercenarium ſua lucra ſectantem.

---

## DOMINICA IV. POST PASCHA.

*Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos &c.* Joan. xvj. 7.

DEus Filium ſuum miſſurus in Mundum ad humani generis redemptionem, ipſum multò ante promiſit, ejúſque adventum prædixit per Prophetas ſuos, ut homines ad eum credendum pararet: Myſterium enim Incarnationis *Paraturam deſiderabat ut credi poſſet,* (inquit Tertullianus,) & ut ad eum recipiendum pii ſe diſponerent.... Chriſtus Spiritum Sanctum miſſurus à Patre, ad renovationem mundi, & hominum ſanctificationem, ejus miſſionem à Prophetis pariter prædictam ipſe pluries repetitâ promiſſione prænunciat, ut incomparabilis Doni cognoſcant excellentiam,



& ad ejus ſuſceptionem ſe præparent ipſius Diſcipuli, omneſque Evangelio credituri. Chriſtus autem Spiritum Sanctum promittit. 1. Ut Conſolatorem fidelium. *Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* 2. Ut cenſorem & emendatorem vitiorum. *Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judicio.* 3. Ut inſtitutorem rudium, imò totius Eccleſiæ interiorem Magiſtrum. *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.*

I. Aſpera quæque Apoſtolis ſuis ferenda Chriſtus prædixerat. *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur... Abſque Synagogis facient vos: ſed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Joann. 15. & 16. Docuerat, Diſcipulis ſuis per varias tribulationes intrandum eſſe in regnum cælorum, crucem quotidie ferendam, lugendum, perſecutionem patiendam propter juſtitiam; paupertatem & patientiam commendaverat; mortem pro nominis ſui confeſſione lubenter ac fortiter ſubeundam declaraverat. Ad hæc omnia perferenda, quorum vel ſola cogitatio per ſe triſtis eſt, opus erat conſolator, ne Eccleſia in perſecutionibus ſuis, ne Fideles in tribulationibus jure merito dicerent: *Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longè factus eſt à me conſolator... Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam.* Thren. 1. 16. Præterea, Chriſtus ſuum è mundo diſceſſum Diſcipulis nunciabat ipſum tenerè diligentibus. Hinc triſtitiâ incredibili afficiebantur. *Vado ad eum qui miſit me: ſed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.* Conſolatore ergo indigebant, qui ab eorum oculis lacrymas abſtergeret, ac eorum corda ſpiritali gaudio repleret, caritate in iis diffuſa, de qua Apoſtolus: *Caritas Dei,* inquit, *diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.* Divini illius Conſolatoris gratiâ factum eſt ut Apoſtoli tot adverſa in Evangelii prædicatione & Eccleſiæ fundatione cum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Act. 5. gaudio perferrent. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu* 2. Cor 1. *contumeliam pati.* Ab hoc animatus Paulus ait : *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis : ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Ab hoc recreati mediis in ſuppliciis Martyres cum gaudio patiebantur exquiſitiſſima & acerbiſſima quæque ſupplicia, ut eorum Acta teſtantur. Ab hoc Juſti quique in adverſis roborantur, & gaudio perfunduntur, ſe beatos exiſtimantes ſecundùm ſententiam Chriſti, & tribulationes ut beneficia & benedictiones Dei ſuſcipiunt cum actione Rom. 5. 3. gratiarum. *Gloriamur in tribulationibus.*

Apoſtolos de corporalis præſentiæ ſuæ ſubtractione triſtes conſolatus eſt Chriſtus Spiritus Paracleti promiſſione & miſſione. *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos : ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Præſens utique mittere poterat Spiritum Sanctum, ſed eum mittere non decreverat niſi poſt glorioſam Aſcenſionem ſuam. 1. Ut hujus Doni incomparabilem excellentiam oſtenderet. 2. Ut donationem Spiritus Sancti fructum eſſe laborum, paſſionis & mortis Joan. 7. 39. Chriſti hominibus innoteſceret. *Nondum erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus.* 3. Ut Apoſtoli, qui Chriſtum corporaliter præſentem affectu carnali diligebant, cor ſurſum habentes ubi Chriſtus eſt ſedens ad dexteram Dei Patris, illumque puriùs diligentes, digniores eſſent Spiritu Sancto. *Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos : ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Id eſt, *Non poteſtis capere Spiritum, quamdiu ſecundum carnem perſiſtitis noſſe Chriſ-* 2. Cor. 16. *tum.* Unde Apoſtolus qui jam acceperat Spiritum Sanctum, ait : *Et ſi cognovimus ſecundùm carnem Chriſ-* S. August. Tract. 94. in Joan. *tum, ſed nunc jam non novimus.* Etiam ipſam quippe » carnem Chriſti non ſecundùm carnem novit, qui Ver- » bum carnem factum ſpiritaliter novit. Chriſto autem



« diſcedente corporaliter, non ſolùm Spiritus Sanctus, « ſed & Pater & Filius illis adfuit ſpiritaliter. Nam ſi ab « eis ſic abſceſſit Chriſtus, ut pro illo, non cum illo in « eis eſſet Spiritus Sanctus ; ubi eſt ejus promiſſio dicen- « tis, Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem « Matth. 28. 20. ſæculi : *Et*, ſi quis diligit me, ſermonem meum ſerva- « bit, & Pater meus diliget eum : & ad eum veniemus, « Joan. 14. 23. & manſionem apud eum faciemus : Cùm & Spiritum « Sanctum ita ſe promiſerit eſſe miſſurum, ut cum eis eſ- « ſet in æternum : Ac per hoc cùm ex carnalibus vel ani- « malibus eſſent ſpiritales futuri, profectò & Patrem, & « Filium, & Spiritum Sanctum capaciùs fuerant habi- « turi. «

II. Spiritus Sanctus cenſor & emendator vitiorum. *Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judicio.* Arguit exteriùs per Apoſtolorum prædicationem, qui accepta Spiritus Sancti virtute Chriſto teſtes fuerunt in Jeruſalem, & in tota Judæa & Samaria, & uſque ad fines terræ. Quia enim per Spiritum Sanctum diffundenda erat caritas in cordibus eorum, quæ foras mittit timorem, quo impediri poſſent, ne arguere mundum qui perſecutionibus fremebat, auderent ; propterea dixit, Ille arguet mundum : tanquam diceret, *Ille diffundet in cordibus veſtris caritatem ; ſic enim timore depulſo arguendi habebitis libertatem.* S. August. Tract. 95. in Joan. Arguet etiam mundum per internas inſpirationes. Quodnam verò ſit illud peccatum de quo Spiritus Sanctus mundum arguet, Chriſtus exponit. *De peccato quidem, quia non crediderunt in me.* Peccatum infidelitatis quo in Chriſtum non crediderunt, cùm ſe verum eſſe Dei Filium, verumque Meſſiam à Deo promiſſum ex Lege & Prophetis probaſſet, innumeriſque miraculis confirmaſſet ; hoc (inquam) peccatum quaſi ſolum ſit, præ ceteris poſuit : quia *Hoc manente cetera detinentur, & hoc diſcedente cetera remittuntur.* Unde alibi ait : *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, pecca-* Joan. 15. 22.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tum non haberent. Nunc autem excuſationem non ha-*
*bent de peccato ſuo.* Habent enim excuſationem, non
de omni peccato ſuo, ſed de hoc peccato quo in Chriſ-
tum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus
non eſt locutus. Sed non in eo ſunt numero hi ad quos
in Diſcipulis venit, & quibus per Diſcipulos eſt locu-
tus, quod & nunc facit; nam per Eccleſiam ſuam venit
ad gentes, & per Eccleſiam loquitur gentibus. Ad hoc
*Matth. 10.40.* enim pertinet quod ait: *Qui vos recipit, me recipit; &,*
*Luc. 10. 16.* *qui vos ſpernit, me ſpernit...* Et Paulus Apoſtolus ait:
*An experimentum quæritis ejus qui loquitur in me*
*2. Cor. 13.3.* *Chriſtus?* Nullam ergo infidelitatis & incredulitatis ex-
cuſationem ſuæ habent illi ad quos Evangelii prædica-
tio & notitia miraculorum Chriſti pervenit. *Si opera*
*Joan. 15.24.* (inquit) *non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, pec-*
*catum non haberent: nunc autem & viderunt, & ode-*
*runt me, & Patrem meum.*

Non ſolùm de peccato mundum arguit Spiritus San-
ctus, ſed & de juſtitiâ. De peccato quidem ſuo, de juſ-
titia verò arguitur aliena mundus, ſicut arguuntur de
*Ephеſ. 5.13.* lumine tenebræ. *Omnia enim quæ arguuntur, à lumine*
*manifeſtantur.* Arguitur itaque mundus de peccato quo
in Chriſtum non credit, & arguitur de juſtitia eorum qui
credunt. *Ipſa quippe fidelium comparatio, infidelium*
*eſt vituperatio.* Et quoniam iſta vox Infidelium eſſe
conſuevit, Quomodo credemus quod non videmus?
Ideo credentium juſtitiam his verbis explicat Chriſtus,
*Quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me.* Bea-
*Joan. 20. 29.* ti enim qui non vident, & credunt. Nam eorum qui
viderunt Chriſtum, fides non in eo laudata eſt, quia
credebant quod videbant, id eſt, filium hominis; ſed
quia credebant quod non videbant, id eſt, Filium Dei.
Cùm verò & ipſa forma ſervi eorum oculis ſubducta
*Rom. 1. 17.* eſt, tum ex omni parte impletum eſt, *Juſtus ex fide*
*Hebr. 11. 1.* *vivit.* Eſt enim *Fides ſperandarum ſubſtantia rerum,*
*argumentum non apparentium.*



II. Arguet Mundum *de juſtitiâ*, id eſt, Chriſtum *S. Joan.*
juſtum, ſanctum, & innocentem fuiſſe, omniſque *Chryſoſt.*
juſtitiæ auctorem, convincet, quia in cœlum aſcendit,
& in gloria eſt Dei Patris. *De juſtitia verò, quia ad*
*Patrem vado.* Legalis itaque juſtitiæ inutilitatem & ne-
ceſſitatem juſtitiæ interioris, quæ à Deo tribuitur per
fidem in Chriſtum Jeſum à mortuis redivivum, glorio-
ſum, in cœlos aſſumptum, ad dexteram Patris ſedentem,
hominum oculis abſconditum, ut fidei illorum obje-
ctum ſit uſque ad diem manifeſtationis ejus, Spiritus
Sanctus oſtendit.

Arguet denique mundum de judicio Spiritus San-
ctus, *Quia Princeps hujus mundi jam judicatus eſt.*
Princeps mundi hujus, tenebrarum harum, id eſt infi-
delium, de quibus eruitur mundus de quo ſcriptum eſt,
*Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* *Ephеſ. 5. 8.*
Diabolus de quo alibi Chriſtus ait, *Nunc Princeps hu-*
*jus mundi ejicietur foras,* jam judicatus eſt. Idololatriæ *S. Auguſt.*
deſtructio, converſio gentium, dæmonum ex obſeſſis *Tract. 95.* *in Joan.*
hominum corporibus in nomine Jeſu expulſio, Evan-
gelium ubique ſuſceptum; ſanguis Martyrum; qui
mori quàm dæmoniis thus adolere maluerunt, Princi-
pem hujus mundi victum, ſpoliatum, judicatum, dam-
natum demonſtrant. De hoc judicio quo Princeps ju-
dicatus eſt mundi, arguitur à Spiritu Sancto mundus:
quoniam cum ſuo Principe judicatur, quem ſuperbus
atque impius imitatur. *Si enim Deus Angelis peccanti-* *2. Petri. 4.*
*bus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tar-*
*tarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari;*
Mundo impio & diabolo ſervienti non parcet.

Credant itaque homines in Chriſtum, ne arguan- “
tur de peccato infidelitatis ſuæ, quo peccata omnia re- “
tinentur: tranſeant in numerum fidelium, ne arguan- “
tur de juſtitia eorum, quos juſtificatos nos imitantur: “
caveant futurum judicium, ne cum mundi Principe ju- “
dicentur, quem judicatum imitantur. Etenim ne ſibi “

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» exiſtimet parci ſuperbia dura mortalium, de ſuperbo-
» rum ſupplicio terrenda eſt Angelorum.

Spiritus Sanctus revelavit hominibus, 1. Corruptionem generalem naturæ humanæ in Adamo, & regnum peccati in mundo uſque ad Chriſtum. 2. Reparationem naturæ per novum Adam Jeſum Chriſtum, & regnum juſtitiæ Chriſtianæ per gratiam ipſius. 3. Damnationem peccatorum, & deſtructionem omnimodam regni peccati & poteſtatis diaboli per ultimum judicium. Primæ veritatis revelatione arguit, id eſt convincit mundum *de peccato*. Secundæ veritatis revelatione arguit mundum *de juſtitia*. Tertiæ veritatis revelatione mundum arguit *de judicio*.

*Arguet mundum de peccato.* Geneſis VI. 3. ubi Verſio noſtra habet, *Dixitque Deus: Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt*, alia Verſio habet, *Non litigabit Spiritus meus in æternum cum homine* aut *pro homine*. Spiritus Sanctus cum homine litigat, quia ſanctis illuſtrationibus & piis affectionibus, conſcientiæ voces adversùs ipſum excitat, quia conſcientiam ipſam velut incorruptum judicem provocat ad vindictam peccati. Spiritus Sanctus hac in lite actor eſt, homo reus, conſcientia judex & teſtis. *Judex incorruptus conſcientia cùm adversus hominem exurgit, clara voce clamat & accuſat, & quaſi ante oculos ſcribit peccatorum magnitudinem.* (S. Joan. Chryſoſt. Hom. 11. in Geneſ.) Hinc Apoſtolus de gentibus loquens, ait: (Rom. 2.) *Oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe invicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus.* Verùm ſi peccator illas conſcientiæ voces præfocet, quid eveniet? *Non litigabit Spiritus meus in æternum cum homine.* Non arguet illum de peccato in ſalutem, ſed in perditionem; non ut convertatur, ſed ut induretur & damnetur; ſicut indurati ſunt Judæi prædicatione ac miraculis Chriſti & Apoſtolorum. Chriſtianos multò ma-



gis arguet de peccato quàm Judæos Spiritus Sanctus, quia quodammodo gravior eorum incredulitas eſt, qui à Chriſto in Baptiſmo illuminati, & de tenebris vocati in admirabile ejus lumen, ſe in ipſum credere profitentur, & tamen ſecundùm Evangelium Chriſti non vivunt. Illos arguet de juſtitia multò magis quàm Paganos, quia pleríque pagani juſtiùs vivunt ſecundùm exteriorem converſationem, & moralis probitatis officia, quàm maxima pars Chriſtianorum. Illos arguet de judicio, quia diabolum, quem jam judicatum & ſuppliciis æternis addictum eſſe noverunt, audire & ſequi malunt quàm Chriſtum. *Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicii quàm vobis. . . . Terræ Sodomorum remiſſiùs erit in die judicii, quàm tibi.* (Matt. 11. 22. 24.)

III. Spiritus Sanctus Eccleſiæ & omnium Fidelium interior Magiſter. *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Spiritus Sanctus omnem veritatem fidei & ſalutis Apoſtolos docuit, Eccleſiæ conſignandam. Quod Eccleſia per Scripturam aut Traditionem ab Apoſtolis non accepit, nec ad fidem pertinet, nec ad ſalutem neceſſarium eſt. Quicquid doctrinæ ab ipſis aut ſcripto aut viva voce traditæ, & in Eccleſia velut in depoſito conſervatæ contrarium eſt, error eſt & mendacium. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*, ipſius cognitionem mentibus, amorem cordibus veſtris inſerendo. Caritate enim quæ diffunditur in cordibus veſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt vobis, fit ut Spiritu ferventes & ſpiritalia diligentes, ſpiritalem lucem ſpiritalemque vocem, quam carnales homines ferre non poſſunt, non aliquo ſigno corporalibus oculis apparente, nec aliquo ſono corporalibus auribus inſtrepente, ſed interiore conſpectu & auditu noſſe poſſitis. Non enim diligitur quod penitus ignoratur. *Sed cum diligitur quod ex quantulacumque parte cognoſcitur, ipſa efficitur dile-* (S. Auguſt. Tract. 96. in Joan.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ctione ut melius & plenius cognoſcatur.* Si ergo in caritate proficiatis, quam diffundit in cordibus Spiritus Sanctus, docebit vos omnem veritatem, faciendo ut *Coloſſ. 1. 10.* *in ſcientia Dei* creſcatis. *In ipſa* enim *mente, hoc eſt, in interiore homine quodammodo creſcitur, non ſolum ut ad cibum à lacte tranſeatur, verum etiam ut amplius at- *S. Auguſt. Tract. 97. in Joan.* que amplius cibus ipſe ſumatur. Non autem creſcitur ſpatioſa mole, ſed intelligentiâ luminoſa; quia & ipſe cibus intelligibilis lux eſt.* Ut ergo creſcatis, eumque capiatis, & quantò magis creſcitis, tantò magis magiſque capiatis, non ab eo Doctore, qui veſtris auribus ſonat, hoc eſt, forinſecus plantat & rigat, ſed ab eo qui dat incrementum, ſperate ac petere debetis. Eſ- *Joan. 6. 45.* tote igitur *docibiles Deo.* Deum orate ut per Spiritum *Pſal. 85. 11.* Sanctum ſuum vos doceat: *Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua.* Mundi & humiles corde eſtote. Mundos enim corde Spiritus Sanctus docet omnem veritatem, non ut eam plenè in hâc vitâ aſſequantur, (Quis enim vivens in hoc corpore quod corrumpitur & aggravat animam, poſſit omnem cognoſ- *1. Cor. 13. 9.* cere veritatem; cùm dicat Apoſtolus, *Ex parte cognoſcimus?*) Sed quia per Spiritum Sanctum fit, unde nunc pignus accepimus, ut ad ipſam quoque plenitudi- *2. Cor. 1. 22.* nem veniamus: De qua idem Apoſtolus ait, *Tunc au- *1. Cor. 13. 12.* tem facie ad faciem,* &, *Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum:* Non quòd in hac vita ſcias totum, quod uſque ad illam perfectionem futurum nobis promiſit Dominus per caritatem Spiritus Sancti, dicens: *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Docet interim *ſcientiam ſalutis*, quantùm cuique opus eſt. Qui enim caritatem habet, ani- *S. Auguſt. Serm. 350. alias de Tempore 39.* mo complectitur quicquid Scriptura ſacra docet. *In eo quod in Scripturis intelligis, caritas patet: in eo quod non intelligis, caritas latet. Ille itaque tenet & quod patet & quod latet in divinis ſermonibus, qui carita- *Matth. 11.* tem tenet in moribus.* Humiles ſimus, quia Spiritus



Sanctus divina myſteria, quæ abſcondit à ſapientibus & prudentibus ſæculi, revelat parvulis. In ſchola Spiritus Sancti proficere, & veritatem aſſequi ſine humilitate non poſſumus. Via ad capeſſendam & obtinen- *S. Auguſt. Epiſt. 118. alias 56.* dam veritatem prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas. Non quò alia non ſint præcepta, ſed niſi humilitas omnia quæcumque bene facimus & præceſſerit & comitetur, & conſecuta fuerit, jam nobis totum de manu extorquet ſuperbia. Renovamini igitur *Epheſ. 4. 23.* ſpiritu mentis veſtræ, & intelligite quæ ſit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta: Ut in caritate ra- *Rom. 12. 2.* dicati & fundati, poſſitis comprehendere cum omni- *Epheſ. 3. 17.* bus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum, ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Iſto enim modo vos docebit Spiritus Sanctus om- *S. Auguſt. Tract. 96. in Joan.* nem veritatem, cùm magis magiſque diffundet in cordibus veſtris caritatem.

*Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, loquetur.* Non loquetur à ſemetipſo, quia non *S. Auguſt. Tract. 99. in Joan.* eſt à ſemetipſo. Ab illo audiet, à quo procedit. Audire illi ſcire eſt, ſcire verò eſſe. Igitur à quo illi eſt eſſentia, ab illo ſcientia: Ab illo igitur audientia, quod nihil eſt aliud quàm ſcientia. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. A me ſcilicet, quemadmodum & à Patre procedens: Nam *Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt: Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* (Vide Lib. 1. *Theolog. Dogmat. & Moral. Quæſt. 2. Art. 9. §. 2. & 3.*) Spiritus Sanctus clarificavit Chriſtum, quia *S. Auguſt. Tract. 100. in Joan.* diffundendo in cordibus credentium caritatem, ſpiritaleſque faciendo, declaravit eis quomodo Filius Patri eſſet æqualis, quem ſecundùm carnem priùs tantùm noverant, & hominem ſicut homines cogitabant. Vel certè quia per ipſam caritatem fiduciâ repleti, & timore depulſo annuntiaverunt hominibus Chriſtum: Ac ſic

fama ejus diffuſa eſt toto orbe terrarum. *Ille me clarificabit*, quaſi diceret: *Ille vobis auferet timorem, & dabit amorem, quo me ardentius prædicantes, gloriæ meæ per totum mundum dabitis odorem, commendabitis honorem.*

---

## DOMINICA V. POST PASCHA.

*Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Uſque modò non petiſtis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum.* Joan. xvj. 23. 24.

ORationis neceſſitas in Dei præcepto fundata, nec non in indigentia noſtrâ. Quamvis Deus nos amet: *Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exivi*: Multa tamen bona dare non decrevit niſi orantibus. Neceſſaria eſt oratio ut gratiam à Deo impetremus. *(Lib. 5. Cap. 1. Art. 2.)* Fructus orationis multiplex. 1. Dei honor. 2. Eorum quæ à Deo poſtulamus impetratio. *Petite, & accipietis.* 3. Incrementum fidei. 4. Exercitatio & incrementum ſpei. 5. Caritatis incrementum. 6. Conſervatio & augmentum humilitatis. 7. Munimen contra ſalutis hoſtes. 8. Iræ divinæ placatio. *( Ibid. Art. 3. )*

Duo potiſſimum hoc in Sermone conſideranda, 1. Quid petere in oratione debeamus. 2. Quomodo petere debeamus.

I. Deum ut ſummum bonum noſtrum, ejuſque fruitionem, primùm petere in oratione debemus... Gratia & virtutes à Deo abſolutè petendæ... Temporalia bona non primariò ac præcipuè petenda... Propter adipiſcendam vitam beatam, Chriſtus nos orare docuit... Regnum Dei quærendum & petendum eſt tanquam



quam bonum noſtrum... Externa & temporalia bona ſub conditione petenda... Chriſtus ſe exhibet Salvatorem, negando quod petitur contra ſalutem. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*... A Deo exauditur, qui in oratione petit quicquid nos cum ipſo conjungit, & ad eum perducit... Deum invocare, eſt ipſum unum ut finem ſuum ultimum deſiderare... In temporalibus id tantùm petendum, quod nobis Dominus expedire novit... Caſtus & purus amor nihil à Deo petit præter ipſum, & quæ nos cum ipſo conjungunt, vel ad illum perducunt. *(Ibid. Art. 4.)* Cur interdum à Deo non impetramus quod petimus? Id contingit, vel quia remiſſè ac negligenter oramus; vel quia Deus nobis majora & ampliora bona impertitur; vel quia petimus quod ſaluti noſtræ conducibile non eſt. *( Ibid. Art 5. n. 2. ) Si quid petieritis Patrem in nomine meo*, id eſt, per me tanquam per Redemptorem, Mediatorem, & Caput veſtrum, propter merita mea, & in perſona mea, vos aliàs indignos exiſtimantes qui audiamini; *dabit vobis... Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum. Hoc profectò non carnale, ſed ſpiritale gaudium eſt: & quando tantum erit ut aliquid ei jam non ſit addendum, procul dubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur quod pertineat ad hoc gaudium conſequendum, hoc eſt in nomine Chriſti petendum, ſi divinam intelligimus gratiam, ſi verè beatam poſcimus vitam. Quicquid autem aliud petitur, nihil petitur: Non quia nulla omnino res eſt, ſed quia in tantæ rei comparatione quicquid aliud concupiſcitur, nihil eſt. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* In nomine Chriſti orat, qui in illum credit, illumque verè amat. *Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego à Deo exivi.* In nomine Chriſti petit qui manet in Chriſto per caritatem, & in quo viciſſim manet Chriſtus; qui exitum ejus à Patre & adventum in mundum, quo ſe exinanivit in

*S. Auguſt. Tract. 102. in Joan.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

utero Virginis Verbum caro factum, & regreſſum ejus ad Patrem per glorioſam Reſurrectionem & Aſcenſionem, adorat, & imitatur profunda humilitate, & à mundo terreniſque rebus ſeparatione. *Exivi à Patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum; & vado ad Patrem.*

II. De variis orandi gradibus ſive modis.... Optimus & ſummus orandi gradus eſt juſtorum. Hi gratiæ incrementum ac vitam æternam oratione ſua merentur... Gradus alter oratonis eſt peccatorum ex fide & compunctione orantium... Tertius eſt peccatorum in ſuis peccatis perſeverantium. Illotum non exauditur oratio... Affectus peccati ante orationem deponendus. *(Lib. 5. Cap. 1. Art. 5.)* Qua ratione ſit orandum? Sive quæ conditiones orationis? 1. Orandum in ſpiritu & veritate. 2. Humiliter. 3. Cum attentione. 4. Perſeveranter... Qua ratione orare ſine intermiſſione poſſumus & debemus? *(Ibid. Art. 9.)* Deus orandus mane, meridie, veſpere, omni tempore. *Veſpere, mane, & meridie narrabo & annunciabo, & exaudiet*
Psal. 54. *vocem meam... Benedicam Dominum in tempore, ſem-*
Psal. 33. *per laus ejus in ore meo.* Vigilemus *omni tempore oran-*
Luc. 21. *tes... Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum*
Luc. 1. *liberati, ſerviamus illi; In ſanctitate & juſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris.*



## EADEM DOMINICA, VEL DIEBUS ROGATIONUM.

*Amen, amen, dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Jo. XVI. 23.

RECtè ab antiquo Patre oratio vocatur *Omnipotentia ſupplex.* Quicquid enim Deus homini poteſt tribuere, oratio poteſt impetrare. *Oratio clavis eſt cæ-* S. Aug.
*li: aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio.* Eliæ oratio cælum claudit ne det pluviam annis tribus & medio: deinde aperit. *Multùm valet deprecatio juſti aſſi-* 3. Reg. 17.
*dua. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis; & oratio-* Jacobi 5. 17. 18.
*ne oravit ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſum oravit; & cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum.* Joſuë oratione ſua ſolem ſiſtit, *Obediente Domino* Joſue 10. 14.
*voci hominis, & pugnante pro Iſraël.* Rex Ezechias lethaliter ægrotans, mortem ſibi à Propheta prænunciatam oratione & lacrymis avertit, nec priſtinam modò valetudinem, ſed vitæ prorogationem ad 4. Reg. 20.
quindecim annos à Deo impetrat, ſigno dato per ſolis regreſſum. Oratione Daniel in lacu leonum; tres pueri in camino ignis illæſi & incolumes ſervati; Suſanna à calumnia & à morte liberata eſt. Oratione paradiſum Latro in cruce pendens invenit; Stephanus orans vidit cælos apertos, & Jeſum ſtantem à dextris Dei; Oratio Saulum Chriſtianorum perſecutorem Chriſto peperit: niſi enim Stephanus oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet: Oratione Saulus Vas electionis & Doctor gentium evaſit. Ananiæ ait Dominus: Vade in vicum qui vocatur rectus, & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarſenſem: *Ecce enim orat...* Act. 9. 11.
*Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum ca-* 15.

*ram gentibus & regibus & filiis Iſraël.* Oratio ſcutum fidelium contra hoſtium inviſibilium incurſus. Exod. 17. Moyſe manus in cælum levante & orante, Amalecitæ in fugam compulſi & debellati ſunt. Ammonitarum, Moabitarum, Syrorum numeroſiſſimus & potentiſſimus Exercitus, oratione Regis Joſaphat & po- 2. Paralip. 20. puli Judaici fuſus eſt. *Joſaphat timore perterritus, totum ſe contulit ad rogandum Dominum..... Deditque conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent Exercitum, ac voce conſona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia ejus. Cùmque cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Ammon, & Moab, & Montis Seir, qui egreſſi fuerant ut pugnarent contra Judam, & percuſſi ſunt. Namque filii Ammon & Moab conſurrexerunt adverſum habitatores montis Seir, ut interficerent & delerent eos: Cùmque hoc opere perpetraſſent, etiam in ſemetipſos verſi mutuis con-* 2. Paralip. 14. *cidêre vulneribus.* Aſa Rex pius Zaram Regem Æthiopum cum exercitu ſuo decies centenis millibus militum & trecentis curribus terribilem oratione in fugam dedit ac penitus delevit. Sap. 18. 21. Oratio ſcutum animæ adverſus ſalutis noſtræ hoſtes. Ita vocat Sapiens Spiritu Sancto afflatus: *Proferens ſervitutis ſuæ ſcutum orationem.* Oratio in Chriſti nomine dæmones terret, fugat, vin- Pſal. 43. 6. cit. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.*

*Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vo-* S. Cyprianus Tract. de Orat. Dom. *bis.* Petere in Chriſti nomine, eſt petere Dominica oratione. *Agnoſcat Pater Filii ſui verba, cum precem facimus: Qui habitat intus in pectore, ipſe ſit & in voce. Et cum ipſum habeamus apud Patrem Advocatum pro peccatis noſtris: quando peccatores pro delictis noſtris petimus, Advocati noſtri verba promamus. Nam cum dicat: Quia quodcumque petierimus à Pa-*



*tre in nomine ejus, dabit nobis: Quantò efficaciùs impetramus quod petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſius oratione?...* De excellentia orationis Dominicæ vide *L. 5. Theolog. Dogm. & Mor. C. 2. Art. 1.* Singularum petitionum explicationem habes Articulis ſequentibus.

---

## IN FERIIS ROGATIONUM.

*Exivi à Patre, & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Joan. XVI. 28.

DUplex Chriſti proceſſio, 1. à Patre in mundum; 2. è mundo ad Patrem. Orationes noſtræ à Deo per ejus gratiam exeunt, & ad Deum revertuntur. Id ſolemnes ſupplicationes, ſeu Proceſſiones ſignificant, quibus Clerus & Populus Pſalmis & Hymnis Deum laudans & invocans, ab una Eccleſia exit, & ad aliam procedit, atque ad eamdem regreditur... Solemnis Proceſſionis myſteria his diebus opportunè exponentur Chriſtano populo, ex *Lib. 2. Tract. de Sacramento Euchariſtiæ, Cap. 7. de ceremoniis Miſſæ, Art. 6. n. 3.* Explicandum quanta ſit vis publicarum orationum & ſupplicationum. *Corpus ſumus* (inquit Ter- Tertull. Apolog. c. 39. tullianus) *de conſcientia religionis, & diſciplinæ unitate, & ſpei fœdere. Coimus ad Deum, quaſi manu facta precationibus ambiamus. Hæc vis Deo grata eſt.* Solum Deum invocamus & oramus ut fontem & auctorem omnium bonorum noſtrorum. Sanctos invocamus ut noſtros apud Deum patronos. (*Lib. 5. Cap. 1. Art. 4.*) Sancti pro nobis Deum orant, non propriis, ſed Chriſti meritis ſubnixi, per quem ipſi, & nos omnes acceſſum habemus ad Patrem. Quidquid à Deo adhibitâ ſanctorum interceſſione petit Eccleſia, totum illud ſe Chriſti meritis impetraturam profitetur & con-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſidit, orationes ſuas ita concludens: *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.* Sanctos invocare, utile eſt ac pium: Chriſtum invocare, & in nomine ejus à Deo petere quidquid petimus & ſperamus, neceſſarium. *Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Hinc ſanctus Auguſtinus: *Oratio*, inquit, *quæ non fit per Chriſtum, non ſolum non poteſt delere peccatum, ſed etiam ipſa fit in peccatum.* De Sanctorum invocatione, vide *Lib. 4. Cap. 5. Art. 4.*

*S. Auguſt. in Pſal. 101.*

---

## IN FESTO ASCENSIONIS CHRISTI.

*Dominus Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.* Marc. XVI. 19.

HUjus Myſterii, quod antiquus Auctor Eccleſiaſticus vocat *Finem œconomiæ Chriſti*, utpote gloriæ ipſius conſummationem, hiſtoriam commemorat ſanctus Lucas Evangelii ſui Cap. ultimo, & Actuum 1. Poſtquam ſcilicet Dominus Jeſus poſt Reſurrectionem ſuam Diſcipulis ſuis frequenter apparuit, multiſque veritatem ejus probavit argumentis, & cum eis de regno Dei locutus eſt, ultimò tandem ipſis apparens, & cum eis conveſcens, illis amanter exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Juſſit deinde ut Jeroſolymis manerent, donec induerentur virtute ex alto, id eſt, virtute ſupervenientis in illos Spiritus Sancti, quâ acceptâ terrarum orbem peragrarent, Evangelium omnibus gentibus prædicaturi: Cujus prædicationem, & credentium fidem miraculis confirmandam promiſit, æternamque ſalutem iis qui crediderint & baptizati fuerint, dignamque nomine Chriſtiano vi-

*Auctor Conſtitut. Apoſt. L. 1. C. 1.*



tam duxerint. Is enim eſt iſtius ſententiæ ſenſus: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Poſt hæc, eduxit eos Jeſus ex urbe in Bethaniam, ad Montem Oliveti, ubi elevatis manibus benedixit eis. Et dum illis benediceret, videntibus illis ferebatur in cælum, & nubes ſuſcepit eum, oculiſque ſpectantium ſubduxit. Cùmque in cælum euntem intuerentur, Angeli duo humana ſpecie illis apparuerunt veſtibus albis induti, Jeſum eodem gloriæ ac majeſtatis apparatu triumphali venturum aliquando confirmantes ad judicandos vivos & mortuos. *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* Et ipſi *adorantes regreſſi ſunt in Jeruſalem cum gaudio magno.* Tria hoc in Sermone præſtanda. 1. Explicanda Myſterii fides. 2. Aſcenſionis Chriſti cauſæ 3. Fructus & utilitates Dominicæ Aſcenſionis

*Marci 16. Luc. 24.*

*Act. 1.*

*Act. 1. Luc. 24.*

I. Myſterii Dominicæ Aſcenſionis fides explicatur *Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 7. §. 1.* Quid ſcilicet intelligat & credendum nobis proponat Eccleſia hoc Articulo Symboli Apoſtolici: *Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.* Aſcendenti Chriſto ſalutis noſtræ Auctori & conſummatori feſtivis gaudiis gratulemur & gratias agamus. Domino noſtro triumphante, & tanta cum gloria cælos penetrante, quanto gaudio exultare debet cor noſtrum? *Dominus* noſter *fortis & potens, Dominus potens in prælio*, quo *exſpolians principatus & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ*, cujus *magnificentia & virtus in nubibus*: Cui Dominus dixit: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, *cujus Regni non erit finis.* De quo Daniel Propheta ſcripſit, hodiernum myſterium in Spiritu prænoſcens: *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quaſi Filius hominis veniebat, & uſque ad Antiquum dierum*

*Pſalm. 23. Coloſſ. 2. 15.*

*Pſalm. 67. Pſalm. 109. Luc. 1. Daniel. 7. 13. 14.*

*pervenit, & in conſpectu ejus obtulerunt eum. Et de-
dit ei poteſtatem, & honorem, & regnum: & omnes
populi, tribus & linguæ ipſi ſervient: Poteſtas ejus po-
teſtas æterna quæ non auferetur: & regnum ejus quod
non corrumpetur.* Gaudeamus, quia Dominus noſter
aſcendens in cælum, & captivam ducens captivitatem,
*Epheſ. 4. 8.* *dedit dona hominibus.* Non ſolùm Dominus noſter eſt
erga ſervos ſuos beneficentiſſimus, ſed & caro & frater
*Joan. 20.* noſter eſt, noſtri amantiſſimus. *Vade*, inquit, *ad fratres
meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum & Patrem
veſtrum.* Qui, ut olim Joſephus Ægypti Prorex fratri-
*Geneſ. 45. 13. 20.* bus ſuis ait: *Properate quantocyus venientes... Quia om-
nes opes Ægypti veſtræ erunt:* Ita nos invitat ut citò, ut
ferventer ad ipſum virtutum ſtudio & bonis operibus
tendamus, quia omnes opes, omnia bona cæli noſtra e-
runt. Gaudeamus quòd Jeſus Chriſtus Dominus noſter
ſedeat ad dexteram Patris, & gratias Deo agamus, quia
*Epheſ. 2. 6. & 7.* *Conſedere nos fecit in cæleſtibus in Chriſto Jeſu: Ut
oſtenderet in ſæculis ſupervenientibus abundantes divi-
tias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos.*

II. Aſcenſionis Chriſti cauſæ. 1. Quia cælum con-
veniens Chriſto jam ſecundùm corpus immortali &
glorioſo domicilium. 2. Ut Regnum ſuum non eſſe ex
hoc mundo demonſtraret. 3. Ut Deo Patri naturæ no-
ſtræ primitias offerret. 5. Ut omnia de ſe ſcripta im-
pleret. 5. Ut nobis iter pararet. 6. Ut Patrem pro nobis
interpellaret, ad cujus dexteram ſacerdotio ſuo fungi-
tur, ſemetipſum perenniter pro nobis offerens. 7. In
cælum aſcendit Chriſtus ut Aſcendentem mente & de-
*Deuteron. 32. 11.* ſiderio proſequamur. Aſcendit *Sicut aquila provo-
cans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans,
expandit alas ſuas.* Docet nimirum quâ viâ & ipſi ad
*Proverb. 30. 19.* cælos aſcendere & evolare poſſimus ac debeamus. *Viam
aquilæ in cælo* cognoſcere difficile, niſi fidei lumine
illuſtraremur. Quâ viâ Chriſtus aſcendit? Humilita-
*Epheſ. 4. 10.* te. *Quod autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſ-*



*cendit primùm in inferiores partes terræ?* Aſcendit paſ- *Iſai. 63. 1.*
ſione, cruce, & morte. *Quis eſt iſte qui venit de
Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola
ſua, gradiens in multitudine virtutis ſuæ.* Eâdem viâ
in cælum aſcendere debemus. Humilitas, crux, pa-
tientia in rebus adverſis, mortificationes, viæ ſunt à
Chriſto nobis monſtratæ. *Erunt oculi tui videntes Præ-* *Iſai. 30. 20. 21.*
*ceptorem tuum. Et aures tuæ audient verbum poſt ter-
gum monentis: Hæc eſt via, ambulate in ea.* Impreſſa
reliquit ſacratiſſimorum pedum ſuorum, in Monte
Oliveti, ex quo in cælos aſcendit, veſtigia, de quibus
Propheta: *Et ſtabunt pedes ejus in die illa ſuper mon-* *Zachar. 14. 4.*
*tem Olivarum, qui eſt contra Jeruſalem.* Videre licuit
iis quibus datum eſt ut ſacra loca luſtrarent, & dicere
potuerunt: *Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus.* *Pſal. 131. 7.*
Omnibus verò datum ut humilitatis, caritatis, patien-
tiæ, omniumque virtutum Chriſti Jeſu veſtigia ſequan-
tur. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens* *1. Petri 2. 21.*
*exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Cauſas ſupra
dictas Aſcenſionis Chriſti explicatas habes *Lib. 1.
Quæſt. 2. Art. 7. §. 2.*

III. Chriſti in cælos Aſcenſio longè majores uti-
litates nobis peperit, quàm corporalis ejus præſentia
peperiſſet. 1. Admirabili Chriſti Aſcenſione fidei no-
ſtræ meritum augetur. 2. Spes noſtra confirmatur.
3. Caritas noſtra inflammatur, amor noſter ſpiritualis
efficitur, & ad cælum rapitur. Hæc *dona* ſunt, quæ *Epheſ. 4. 7. & 8.*
*Chriſtus aſcendens in altum dedit hominibus*, & *acce-
pit in hominibus.* (Hæc ibidem habes fusè explicata,
§. 3.) Videamus ne potiori jure Chriſtus Dominus no-
bis exprobret *incredulitatem* noſtram & *duritiam cordis*, *Marci ultimo.*
quàm Apoſtolis. Expendat unuſquiſque noſtrûm an
credat, an ſperet, an diligat Deum. *Qui crediderit,
& baptizatus fuerit, ſalvus erit; qui verò & credi-
derit*, Fide quæ *per caritatem operatur*, ille *non condem-
nabitur*. Hancne fidem habemus, an ſecundum Evan- *Galat. 5. 6.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gelium vivimus? An baptiſmi noſtri vota, promiſſioneſque ſacroſanctas ſervamus? *Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.* Miraculorum donum Eccleſiæ naſcenti ad fidei confirmationem datum fuit, & nunc in ea perſeverat, quamvis non ita frequentia ſint, quia non adeo neceſſaria: ſed tamen eos qui verè in Chriſtum credunt, & ex fide vivunt, ſpiritualia ſigna ſequentur *Domino cooperante.* Non omnibus datum eſt dæmonia è corporibus ejicere; ſed omnibus datum eſt dæmoni reſiſtere, ipſumque fugare in nomine Chriſti, ne in ipſorum animas aditum habeat, eaſque per peccatum mortale poſſideat. *In nomine meo dæmonia ejicient.* Non omnibus datum linguis novis
Ephes. 4. 29. loqui, ſed tamen omnibus datur per gratiam Dei ut *ſermo malus* ex illorum *ore non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Blaſphemus, maledicus, convitiator, juramento & mendacio aſſuetus, impudicus, ſigna non habet veram fidem
Psal. 13. 3. indicentia: *Linguis loquentur novis:* nec tollendi ſerpen-
Jacob. 3. 8. tes vim habet, cùm ipſe potius ſerpens ſit. *Venenum aſpidum ſub labiis eorum... Lingua eorum plena vene-*
Psal. 102. 3. *no mortifero.* Non omnibus data eſt gratia ſanitatum, ſed omnibus datum eſt ut cæleſtem Medicum invocent, *Qui ſanat omnes infirmitates noſtras, qui redimit de interitu vitam noſtram, qui coronat nos in miſericordia & miſerationibus, qui replet in bonis deſiderium noſtrum.* Sed heu! ægritudinem ſuam, & cauſas ægritudinis ſuæ amant, ſcilicet cupiditates, quas moderari & coërcere nolunt, renuunt ſanari: malunt incidere in manus inimici vulnerantis & interficientis, quàm in manus Medici ſanantis & vivificantis.



## Dominica post Ascensionem.

*Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.* Joan. xv. 26. 27.

MAgna Chriſtianæ Religionis Myſteria, Fideique præcipuas veritates hæc ſententia complectitur, exprimit & declarat. 1. Myſterium Trinitatis divinarum perſonarum, Patrem ſine principio, qui Filium generat ſibi coæqualem & conſubſtantialem: Filium, qui cum Patre & per naturam fœcundam quam ab ipſo accipit, producit Spiritum Sanctum, Amorem ſubſtantialem, ſibi Patrique coæqualem. 2. Incarnationem Verbi. Niſi enim Jeſus Chriſtus Deus verus eſſet, mittere Spiritum Sanctum à Patre non poſſet; ſiquidem mittere non poteſt niſi à ſe procedentem: neque teſtimonium illi perhiberet Spiritus veritatis, ſi falsò dixiſſet ſe eſſe Deum, verumque Dei Filium, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ ac poteſtatis. Miſſionem autem Spiritus Sancti promittit, in Eccleſiam, in Apoſtolos ſuos, & Miniſtros Eccleſiæ, & in animas fidelium. In Eccleſiam, ut eam formet; ſeu ex Chriſti in cruce morientis latere, velut novam Evam ex latere Adami dormientis formatam, vitali ſpiraculo vivificet. In Apoſtolos, & eorum ſucceſſores, ut ejus propagationi, & ædificationi corporis Chriſti cooperentur. In animas fidelium, ut ipſos mundi cum omnibus erroribus, amoribus, terroribuſque ſuis victores reddat. Adorandus ille Spiritus teſtimonium perhibet incarnatæ Veritati, effuſione cariſmatum, infuſione virtutum & donorum interiorum, cæleſti lumine quo illam manifeſtat, mira-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

culis, fortitudine Martyrum, conſtantiâ Confeſſorum: *Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.* Apoſtoli Spiritu Sancto afflati, teſtimonium Chriſto Jeſu perhibuerunt, verbo, Scriptiſque Eccleſiæ traditis & conſignatis, quæ

Epheſ. 2. v. 20. propterea vocatur Apoſtolica, & ſuperædificata *ſuper fundamentum Apoſtolorum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu.* Hinc veritatem doctrinæ fidei,

Tertullian. de præſcrip. Hæret. c. 21.

» quam Eccleſia tenet ac docet, contra Hæreticos probat
» Tertullianus. Hinc, inquit, dirigimus præſcriptio-
» nem, ſi Dominus Jeſus Chriſtus Apoſtolos miſit ad
» prædicandum, alios non eſſe recipiendos prædicatores
» quàm Chriſtus inſtituit: quia nec alius Patrem novit
» niſi Filius, & cui Filius revelavit, nec aliis videtur re-
» velaſſe Filius quàm Apoſtolis quos miſit ad prædican-
» dum, utique quod illis revelavit. Quid autem prædi-
» caverint, id eſt, quid illis Chriſtus revelaverit, & hîc
» præſcribam non aliter probari debere, niſi per eaſdem
» Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis præ-
» dicando, tam viva voce, quàm per Epiſtolas poſtea.
» Conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ec-
» cleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei con-
» ſpiret, veritati deputandam; ſine dubio *tenentem quod*
» *Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à*
» *Deo accepit*: omnem verò doctrinam de mendacio præ-
» judicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum,
» & Apoſtolorum, & Chriſti, & Dei.

Incredibile eſt quod Apoſtoli aliquid abſconderint de Dei verbo & Chriſti ſacramento. Impoſſibile eſt quod omnes Eccleſiæ aliter acceperint quàm Apoſtoli tradiderant, aut aliter intellexerint, cùm à Spiritu veritatis illuminentur & regantur, ut errare non poſſint in unam fidem

Ibidem cap. 21.

conſpirantes. *Age nunc*, ait Tertullianus, *omnes erraverint, deceptus ſit & Apoſtolus de teſtimonio reddendo: nullam reſpexerit Spiritus Sanctus uti eam in*



*veritatem deduceret, ad hoc miſſus à Chriſto, ad hoc poſtulatus de Patre, ut eſſet doctor veritatis: neglexerit officium Dei villicus, Chriſti vicarius, ſinens Eccleſias aliter interim intelligere, aliter credere, quod ipſe per Apoſtolos prædicabat: ecquid veriſimile eſt ut tot ac tantæ in unam fidem erraverint? Nullus inter multos eventus unus eſt. Exitus variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. Cæterùm quod apud multos unum invenitur, non eſt erratum, ſed traditum. Audeat ergo aliquis dicere illos erraſſe qui tradiderunt.* Certiſſimum igitur Apoſtolorum teſtimonium, de quibus Chriſtus dixit: *Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.* Teſtimonium perhibebitis Evangelii prædicatione per Judæam & mundum univerſum: vitæ ſanctitate: laborum, perſecutionum, martyrii etiam perpeſſione: *Abſque Synagogis facient vos: ſed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Contra eorum porrò perſecutiones Paraclitus Spiritus veritatis, quem ego mittam vobis à Patre, animos veſtros roborabit & confirmabit.

De Sacramento Confirmationis opportunè hâc Dominicâ Sermo ad populum habebitur, quo quidem in Sacramento Spiritus Sanctus datur, teſtimonium perhibens de Chriſto; & ad hoc datur fidelibus ut ipſi etiam teſtimonium perhibeant. Spiritus Sanctus in ſacramento Confirmationis datus teſtimonium de Chriſto perhibet, infuſione gratiæ & donorum. *Cùm venerit Paraclitus quem ego mittam vobis à Patre, ille teſtimonium perhibebit de me.* Sacramentum Confirmationis datur Fidelibus, ut Spiritu Sancto roborati Chriſto teſtimonium ipſi perhibeant, Fidem conſtanter profitendo, & pro ipſa, ſi opus ſit, perſecutiones & mortem etiam fortiter patiendo. *Et vos teſtimonium perhibebitis.*

I, *Quomodo Deus non eſt, qui dat Spiritum San-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. Auguſt. lib. 15. de Trinit. Cap. 26.

*ctum? Imò quantus Deus eſt qui dat Deum? Neque enim aliquis Diſcipulorum* Chriſti *dedit Spiritum Sanctum. Orabant quippe ut veniret ſuper eos quibus manus imponebant, non ipſi eum dabant. Quem morem in ſuis Prepoſitis etiam nunc ſervat Eccleſia.* Igitur Spiritus Sanctus in Confirmatione datus teſtimonium perhibet de Chriſti Jeſu divinitate. Idem Spiritus Sanctus per Confirmationis ſacramentum Chriſtianis datur, qui datus eſt Apoſtolis die Pentecoſtes... Gratia ſingularis in hoc ſacramento confertur, gratia conſummationis, gratia augmenti & roboris, gratia quâ perfecti Chriſtiani ſumus. (*Lib. 2. Tract. de Sacramento Confirmationis, Cap. 3. Art. 1.*) Gratia ſeptem Donis Spiritus ſancti cumulata, quæ ibidem exponuntur (*Art. 3. totidem Paragraphis*) ſcilicet Donis Sapientiæ, Intellectus, Conſilii, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, & Timoris Domini.

S. Auguſt. Tract. 6. in Epiſt. 1. S. Joan.

*Si vis noſſe quia accepiſti Spiritum Sanctum, interroga cor tuum: Ne forte Sacramentum habeat, & virtutem Sacramenti non habeas.*

II. Chriſtiani teſtimonium Chriſto reddere tenentur conſtanti fidei Profeſſione, non ſolùm in perſecutionibus, ſed in pace Eccleſiæ; non ſolùm per verba, ſed per bona opera, ſine quibus fides mortua eſt, præcipuè verò per fraternam caritatem.

1. Joan. 3. 23.

*Hoc eſt mandatum ejus: Ut credamus in nomine Filii ejus Jeſu Chriſti: & diligamus alterutrum, ſicut mandatum dedit nobis. Et qui ſervat mandata ejus, in illo manet, & ipſe in eo: & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis.* Interroga ergo cor tuum; ſi eſt ibi dilectio proximi, ſecurus eſto. Non poteſt eſſe dilectio ſine Spiritu Dei: Nam *Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.*

Rom. 5. 5.

Teſtimonium Chriſto ita reddere debent Chriſtiani, ut nullis mundi tentationibus, erroribus, terroribus, amoribus ab ejus obſequio, & Chriſtianæ fidei ac pietatis profeſſione dimoveri valeant; ut nec eos ſeducat



mundus blandiens cupiditati; nec frangat mundus terrens infirmitatem. *Hæc locutus ſum vobis* (inquit Chriſtus) *ut non ſcandalizemini.* Chriſtianum Dei verbo & Spiritu confirmatum, nec cupiditas, nec timor, quæ duæ ſunt peccati januæ; nec blanditiæ, nec perſecutiones, nec mores ſæculi, aut hominum mundo ſervientium exempla, conſilia, judicia, oblocutiones, irriſiones, opprobria, perſecutiones, in peccatum impellere poſſunt. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Meritò itaque promiſſo Diſcipulis ſuis Spiritu Sancto, quo in eis operante fierent teſtes ejus, ſubjunxit: *Hæc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini.* Cum enim caritas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis, fit pax multa diligentibus legem Dei, ut non ſit illis ſcandalum.

Pſal. 118. 165. S. Auguſt. Tract. 93. in Joannem.

Teſtimonium Chriſto reddere debent Chriſtiani, coram mundo non erubeſcendo de profeſſione Chriſtianæ pietatis, de ſeveriore Evangelicæ Diſciplinæ obſervantia, de Chriſti Cruce. Id ſignificat impreſſio ſigni Crucis in fronte confirmandorum facta. *Perfeciſti eis qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum.* Vide Lib. 2. *Tract. de Sacramento Confirmationis, Cap. 6. de Ceremoniis iſtius Sacramenti n. 3.* Ideo Spiritum Sanctum Apoſtolis ſuis teſtibus promiſit Chriſtus, quo roborati, non erubeſcerent coram Judæis prædicando & profitendo Evangelium Chriſti, etiamſi è Synagogis ejiciendi eſſent. *Abſque Synagogis facient vos.* Accepto quippe Spiritu Sancto, ſimiles illis non fuere de quibus S. Joannes ſcribit: *Verumtamen & ex Principibus multis crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei.* Crediderunt ergo in eum, ſed non ſic quomodo eos volebat credere, qui dicebat: *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis: & gloriam*

Pſal. 30. Joan. 12. 42. 43. Joan. 5. 44.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Diſcipulis ergo ſic in eum credentibus ut impleti Spiritu Sancto, non ſint de numero eorum, qui ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti; nec de illorum, de quibus dictum eſt, *Dilexerunt gloriam hominum magis quàm Dei*: illa congruit Prophetia, quæ de ipſis invenitur impleta, *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exſultabunt tota die, & in juſtititia tua exaltabuntur: quoniam gloria virtutis eorum tu es*: Meritò eis dicitur: *Abſque Synagogis facient vos*: illi ſcilicet qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam: propter quod ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, eos expellunt qui non in ſua, ſed in Dei juſtitia exaltantur, nec expulſi ab hominibus erubeſcunt, quoniam gloria virtutis eorum ipſe eſt.

Rom. 10. 3.

Pſ. 88. 16. & 17. S. Aug. Tract. 93. in Joan.

Chriſto denique teſtimonium reddere debet Chriſtianus, quævis adverſa & dura patienter & æquo animo propter illum patiendo, ne animo iniquo bona deſerat, per quæ ad meliora perveniat. Id ſignificat alapæ levis inflictio ab Epiſcopo confirmante, de qua legendum Caput *de Confirmationis ceremoniis*, *n. 4.* Ad hujuſmodi teſtimonium Chriſto perhibendum ut parati eſſent Diſcipuli virtute Spiritus Sancti ex alto induti & roborati, ait illis: *Sed venit hora, & nunc eſt, ut omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* E Synagogis vos ejicient, ſed nolite ſolitudinem formidare: ſeparati quippe à congregatione eorum, tam multos in nomine meo congregabitis, ut illi metuentes ne Templum quod erat apud eos, & omnia Legis veteris ſacramenta deſerantur, interficiant vos, ſic fundentes ſanguinem veſtrum, ut Deo ſe præſtare arbitrentur obſequium. *Venit hora, & nunc eſt.* Totum vitæ præſentis tempus, hora eſt mundi: Hora verò electorum, æternitas. Toto vitæ hujus tempore perſecutiones imminent Dei ſervis, *Omnes qui piè volunt vivere*

2. Tim. 3. 12.



*vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur.* Mundus juſtos odit ob morum diſſimilitudinem; & quia ſermonibus, operibuſque ſuis mundi errores pravaſque conſuetudines reprehendunt. *Circumveniamus juſtum,* inquit mundus, *quoniam contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ ejus. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris tanquam ab immunditiis, & præfert noviſſima juſtorum.* Hinc Chriſtus Diſcipulis ſuis ait: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*

Sap. 2. 12.

Joan. 15. 19.

---

## DOMINICA PENTECOSTES.

*Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto.* Act. ij. 4.

IN Actis Apoſtolorum legimus, cùm S. Paulus veniſſet Epheſum, & Chriſtianos quoſdam inveniſſet, eis dixiſſe: *Si Spiritum Sanctum accepiſtis credentes?* Qui reſponderunt: *Sed neque ſi Spiritus Sanctus eſt, audivimus.* Vereor ne idem nobis contingat, ſi maximam partem illorum interrogemus, qui Chriſtiano nomine gloriantur. Hoc malum ut ab animabus veſtris avertam, Auditores, hac in concione nomina, attributa, & effectus Spiritus Sancti vobis explicabo, ut cognoſcatis excellentiam Doni quod Chriſtus hodie Eccleſiæ ſuæ tribuit. 2. Diſpoſitiones exponam neceſſarias ut Spiritum Sanctum accipiatis.

Act. 19. 2.

I. Varia Spiritus Sancti nomina ab ejus operationibus ſumpta.... Spiritus Sanctus Donum Patris & Filii. Datur nobis ut nos vitâ gratiæ vivificet atque



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Diſcipulis ergo ſic in eum credentibus ut impleti Spiritu Sancto, non ſint de numero eorum, qui ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti; nec de illorum, de quibus dictum eſt, *Dilexerunt gloriam hominum magis quàm Dei*: illa congruit Prophetia, quæ de ipſis invenitur impleta, *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exſultabunt tota die, & in juſtitia tua exaltabuntur: quoniam gloria virtutis eorum tu es*: Meritò eis dicitur: *Abſque Synagogis facient vos*: illi ſcilicet qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam: propter quod ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, eos expellunt qui non in ſua, ſed in Dei juſtitia exaltantur, nec expulſi ab hominibus erubeſcunt, quoniam gloria virtutis eorum ipſe eſt.

Rom. 10. 3.
Pſ. 88. 16. & 17.
S. Aug. Tract. 93. in Joan.

Chriſto denique teſtimonium reddere debet Chriſtianus, quævis adverſa & dura patienter & æquo animo propter illum patiendo, ne animo iniquo bona deſerat, per quæ ad meliora perveniat. Id ſignificat alapæ levis inflictio ab Epiſcopo confirmante, de qua legendum Caput *de Confirmationis ceremoniis*, *n.* 4. Ad hujuſmodi teſtimonium Chriſto perhibendum ut parati eſſent Diſcipuli virtute Spiritus Sancti ex alto induti & roborati, ait illis: *Sed venit hora, & nunc eſt, ut omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* E Synagogis vos ejicient, ſed nolite ſolitudinem formidare: ſeparati quippe à congregatione eorum, tam multos in nomine meo congregabitis, ut illi metuentes ne Templum quod erat apud eos, & omnia Legis veteris ſacramenta deſerantur, interficiant vos, ſic fundentes ſanguinem veſtrum, ut Deo ſe præſtare arbitrentur obſequium. *Venit hora, & nunc eſt.* Totum vitæ præſentis tempus, hora eſt mundi: Hora verò electorum, æternitas. Toto vitæ hujus tempore perſecutiones imminent Dei ſervis, *Omnes qui piè volunt vivere*

2. Tim. 3. 12.



*vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur.* Mundus juſtos odit ob morum diſſimilitudinem; & quia ſermonibus, operibuſque ſuis mundi errores pravaſque conſuetudines reprehendunt. *Circumveniamus juſtum,* inquit mundus, *quoniam contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ ejus. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris tanquam ab immunditiis, & præfert noviſſima juſtorum.* Hinc Chriſtus Diſcipulis ſuis ait: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*

Sap. 2. 12.
Joan. 15. 19.

---

## DOMINICA PENTECOSTES.

*Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto.* Act. ij. 4.

IN Actis Apoſtolorum legimus, cùm S. Paulus veniſſet Epheſum, & Chriſtianos quoſdam inveniſſet, eis dixiſſe: *Si Spiritum Sanctum accepiſtis credentes?* Qui reſponderunt: *Sed neque ſi Spiritus Sanctus eſt, audivimus.* Vereor ne idem nobis contingat, ſi maximam partem illorum interrogemus, qui Chriſtiano nomine gloriantur. Hoc malum ut ab animabus veſtris avertam, Auditores, hac in concione nomina, attributa, & effectus Spiritus Sancti vobis explicabo, ut cognoſcatis excellentiam Doni quod Chriſtus hodie Eccleſiæ ſuæ tribuit. 2. Diſpoſitiones exponam neceſſarias ut Spiritum Sanctum accipiatis.

Act. 19. 2.

I. Varia Spiritus Sancti nomina ab ejus operationibus ſumpta. . . . Spiritus Sanctus Donum Patris & Filii. Datur nobis ut nos vitâ gratiæ vivificet atque



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſanctificet . . . Non ſola gratiæ & caritatis, virtutumque ac donorum cæterorum infuſione, ſed intima, ſubſtantivâ & perſonali ſui Numinis inhabitatione ſanctificat nos Spiritus Sanctus. *( Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 9. §. 4. )* Spiritus Sanctus Animarum vita. *( Ibid. n. 5. )* Caritas ſubſiſtens. *( Ibid. n. 16. )* Deum amare non poſſumus niſi de Deo. Bis Spiritum Sanctum Apoſtolis ſuis dedit Chriſtus, poſt Reſurrectionem ſcilicet ſuam, & poſt Aſcenſionem, ut duo præcepta caritatis commendaret. Una caritas, & duo præcepta: unus Spiritus, & duo data. *( Ibid. n. 7. )* Quia verò denario numero Lex decem præceptis conſtans ſignificatur, Spiritum Sanctum decimo poſt Aſcenſionem ſuam die Chriſtus in Eccleſiam ſuam miſit, ut Legem per gratiam Sancti Spiritus impleri demonſtraret. *( Ibid. n. 7. )* Quemadmodum poſt diuturnum bellum confecta pace, qui ſibi invicem infenſi erant, pignora mutuò ſibi dant & obſides, ſic inter Deum & naturam humanam evenit. Pro pignoribus & obſidibus ipſa primitias miſit, quas in cælum tulit Chriſtus. Nobis verò Spiritum Sanctum pignoris & obſidis loco remiſit. *( Ibid. n. 9. )* Cur Spiritus Sanctus in ſpecie linguarum ignearum ſuper Apoſtolos deſcendit? *( Ibid. n. 10. & 11. )* Quàm admirabilis mutatio per Spiritum Sanctum facta in orbe terrarum! *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Apoſtoli rudes priùs & timidi, docti, forteſque ſubitò facti ſunt, everſa Idololatria, ignorantiæ tenebræ diſpulſæ, fidei lux diffuſa, vitia eradicata, inſitæ virtutes. *Annunciate inter gentes ſtudia ejus*; ſeu, ut vertit Aquila, *mutationes* » *ejus.* Et revera mutatio fuit rerum omnium maxima. » Qui quondam inimici erant, amici ſunt; qui longin» qui, proximi; qui ſervi, filii; qui in ignorantia erant, in » cognitione ſunt; qui in tenebris, in luce; in ſpe vitæ, qui » mortui erant; pauperes, heredes regni cælorum; Ju» dæi procul, & Gentes prope; filii canes, & canes

*Pſal. 103.* — *Pſalm. 9.* — *Theodoret. in hunc Pſ.*



filii . . . Hæ Salvatoris artes ſunt & ſtudia, hæ orbis per Spiritum Sanctum mutationes. *In Spiritu vehementi conteres naves Tharſis* ( inquit Propheta ) id eſt, *evertes ſuperbiam gentium*; ut explicat S. Auguſtinus. *Factus eſt repente de cælo ſonus tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant Apoſtoli ſedentes.* Spiritus Sanctus contrivit ſuperbiam gentium ex incertis hujus vitæ tumentem: contrivit eam timore fortiſſimo, Chriſtoque ſubjecit. Sic enim eum tremuit omnis ſuperbia judicaturum, ut in humilem crederet, nec excelſum expaveſceret. Quòd Apoſtolos in viros alteros transformaverit Spiritus Sanctus, ex Actis Apoſtolorum, & ex eorum Epiſtolis demonſtratur. De myſtica illa transformatione, quam & in omnibus, in quibus inhabitat, Spiritus Sanctus operatur, S. Paulus ad Corinthios ſcribit. *Nos verò omnes revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.* Vides ut Spiritus Sanctus transformet quodammodo in aliam imaginem eos in quibus inhabitat? *Transfert enim facilè à rerum terrenarum ſenſu ad ſpectanda ſolum ea quæ ſunt in cælis, & ex imbelli timiditate ad ſtrenuam & generoſiſſimam vim animi. Neque verò dubium eſt quin ita affectos reperiamus Diſcipulos, & ſic per Spiritum confirmatos, ut perſequentium incurſibus nequaquam vincerentur, ſed dilectioni in Chriſtum conſtanter adhærerent.* Hoc Spiritu animatus Paulus ait: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? ( ſicut ſcriptum eſt: quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis ) ſed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos.*

*Pſalm. 47.* — *S. Auguſt. Enarrat. in hunc Pſalm.* — *2. Cor. 3. 18.* — *S. Cyrillus Alexand. lib. 10. in Ioan. ver. 12. pag. 931.* — *Rom. 8. 35.*

II. Diſpoſitiones ad Spiritum Sanctum recipiendum tribuit ipſe divinus Spiritus. Prima diſpoſitio eſt pœnitentia. Diſpoſitio altera, humilitas. Diſpoſitio



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tertia, caſtitas. Diſpoſitio quarta, oratio. Diſpoſitio quinta, caritas . . . Spiritus Sanctus non recipitur extra Eccleſiæ unitatem. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 9. § quinto.*) Deus Legem in Monte Sinai Moyſi daturus in medio ignis apparuit, *Ut tranſgreſſores Legis intelligerent rem ſibi cum igne fore* (inquit S. Cyrillus Alexandrinus.) Spiritus Sanctus Legem novam in cordibus Fidelium ſcripturus hodie in ſpecie ignis apparet, ut intelligant qui Legem Evangelicam violare non verentur, qui præcepta caritatis non implent, qui Divinis inſpirationibus Spiritus Sancti non obſequuntur, rem ſibi cum igne fore.

*Homil. Epheſ.*

---

## IN FESTO SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

*Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Matth. xxviij. 19.

OMnes Chriſtianæ Religionis ſolemnitates Feſta ſunt Sanctiſſimæ Trinitatis, cujus mundus opus eſt, cujus nos templa ſumus, per baptiſmum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti nobis collatum conſecrata. Ad Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum refertur cultus omnis Sanctiſſimæ Virgini ejus matri & Sanctis exhibitus. Caput in membris honoramus. Ad Deum referuntur omnia Chriſti myſteria temporalia, eorumque celebratio. *Caput Chriſti Deus; Vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.* (inquit Apoſtolus.) Sacrificium & orationes ſuas Eccleſia offert Patri, per Filium, in Spiritu Sancto. Perſonæ Divinæ inſeperabiles ſunt ab invicem etiam in cultu noſtro. Si Chriſtus patitur pro ſalute noſtra, Pater Æternus ipſum ad mor-



tem tradit: *Proprio Filio ſuo non pepercit Deus.* Filius ſe ipſum offert immenſâ caritate, quæ eſt Spiritus Sanctus. *Per Spiritum Sanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo.* Si Chriſtus à mortuis reſurgit, à Patre ſuſcitatur per Spiritum Sanctum. *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute ſecundum Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti.* Si in cælum aſcendit, redit ad Patrem, ut à dextris ejus ſedeat, & Spiritum Sanctum ut unum cum Patre principium proceſſionis ejus in Eccleſiam mittat. Si in Euchariſtiæ Sacramento ſe abſcondit adorandum, victima eſt, quam honorare ut par eſt non poſſumus, niſi illi conjungamur, *Qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem ſuam mundum vivificavit*: ut loquitur Eccleſia; & niſi cum ipſo pariter immolemur Deo uni & trino . . . . . Quamvis omnes pene orationes Eccleſiæ ad Deum Patrem dirigantur, tota tamen Sancta Trinitas orationum noſtrarum finis eſt, ſicut & fidei objectum. (*Lib. 1. Quæſt 2. Art. 1. § 19.*) Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium explicitè credere neceſſarium eſt ad ſalutem: comprehendere, impoſſibile. Pro captu tamen humanæ mentis utcumque explicatur. (*Ibid. Art. 17.*) 1. Sanctiſſimæ Trinitati gratias immortales agere debemus ob illius in nos beneficia. Ob beneficium creationis, quæ Patri Æterno; Redemptionis, quæ Filio Dei; Renovationis & Sanctificationis, quæ Spiritui Sancto ſpeciatim tribuitur ab Eccleſia & à Chriſtianis Theologis; quamvis indiviſa ſit trium perſonarum operatio ad extra, cùm ſit una & æqualis trium poteſtas, ſicut una eſſentia ſive divinitas. 2. Imitari debemus quantùm cum Dei gratiâ poſſibile nobis eſt, Sanctiſſimam Trinitatem; Dei perfectiones; ſummam divinarum perſonarum concordiam.

I. Creationis opus commune eſt tribus adorandæ Trinitatis perſonis. Omnium rerum exemplaria in arte & mente Dei. Creator omnium rerum eſt, cæli & ter-

*Hebr. 9. 14.*

*Rom. 1. 4.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

iæ, viſibilium & inviſibilium. *( Ibid. §. 38. )* Homo ad imaginem Dei conditus. In quo ſita ſit divinæ imaginis ratio? *( Ibid. §. 46. )* Cavendum ne creatori noſtro ſimus ingrati, & ne abutamur exiſtentiâ, vitâ, ratione, libertate, corpore, animæque & corporis facultatibus, in ejus offenſam & injuriam, cui totum debemus quod ſumus. Creatura non præponenda Creatori. Cavendum ne qui ſumus conditi ut dominemur omnibus animantibus, pravis cupiditatibus ſerviamus. *( Ibid. §. 50. )* Oremus, & operam demus ut ſanctæ Trinitatis imago in nobis per peccatum & cupiditates ſæculares deformata, reformetur per Dei gratiam, à quo formata eſt ... Creata Trinitas, ſcilicet ratio, memoria, voluntas, per ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum lapſa, à Divina Trinitate reformatur per fidem, ſpem, & caritatem. *( Ibid. §. 18. )* Redemptio noſtra opus etiam eſt Sanctiſſimæ Trinitatis. Quamvis enim ſolus Filius incarnatus ſit, paſſus & mortuus; tres tamen perſonæ Sanctiſſimæ Trinitatis incarnationem, totamque ſalutis noſtræ œconomiam operatæ ſunt. Filius paſſus eſt ad humani generis redemptionem ex æterno Sanctæ Trinitatis, cujus ſecunda perſona eſt, decreto. *( Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4.*

2. Cor. 5.
*§. 4. ) Omnia ex Deo, qui nos reconciliavit ſibi per Chriſtum ... Quoniam quidem erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum ...*

Epheſ. 2. 4. 5.
*Deus qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam caritatem ſuam qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos in Chriſto, & conreſuſcitavit, & conſedere fecit in cæleſtibus, in Chriſto Jeſu.* Chriſtus pro nobis ſatisfecit, ſed tota Trinitas ſatisfactionem acceptam habuit communi voluntate & operatione factam. Opus denique ſanctificationis noſtræ, quamvis Spiritui Sancto ſpeciatim tribuatur, trium tamen adorandæ Trinitatis Perſonarum commune opus ac beneficium eſt, ſiquidem ſanctificati ſumus in baptiſ-



mo, qui in illarum nomine confertur: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Non enim una tantùm perſona, ſed *Deus* unus & trinus *adeſt verbis Evangelicis, ſine quibus baptiſmus conſecrari non poteſt, & ipſe ſanctificat Sacramentum ſuum.*

S. Auguſt. Lib. 6. de baptiſmo. Cap. 25.

Pater æternus adeſt, qui nos adoptat in filios, & vocat in ſocietatem Filii ſui unigeniti Domini noſtri Jeſu Chriſti. Adeſt Filius, qui nos fratres & coheredes ſuos facit, & cui commorimur & conſepelimur in baptiſmo. Adeſt Spiritus Sanctus, & fontem replet, qui replevit & Virginem; ut regeneret Chriſtianum, ſicut illa generavit Chriſtum. Si ab illa primâ adoptionis gratiâ infeliciter excidimus, per pœnitentiam reparandi eſt. *( Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 1. §. 19. )* Frequenter in memoriam revocandæ ſunt promiſſiones in baptiſmo factæ, ſeu *Votum maximum quo nos vovimus in Chriſto eſſe manſuros.* Vide *Lib. 2. Tract. de baptiſmo, Cap. 8. propoſitione undecima, & in Documento ſubnexo ad Morum informationem.*

S. Auguſt. Epiſt. 149. ad Paulinum.

Chriſtiani per baptiſmum non ſolius Fidei, ſed univerſæ Legis Chriſti ſervandæ ſunt debitores. *Baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, docentes ſervare omnia quæcumque mandavi vobis.* Vide ibidem, *propoſitione 9.* Qui mandata Evangelica dedit, nos adjuvare poteſt, & ſi fideles eorum obſervatores ſimus, nos remunerare: ſiquidem illi *Omnis poteſtas data eſt in cælo & in terra.* In ipſo confidamus, ſiquidem ipſe præſto eſt ut nobis auxilium ferat. *Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.*

Matth. 28.

Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu, ob creationis beneficium, dicentes: *Dignus es, Domine Deus noſter, accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt.*

Apocal. 4. 11.

Ob redemptionis beneficium, dicentes: *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem & hono-*

Apocal. 5. 12.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*rem, & gloriam & benedictionem . . . Sedenti in throno, & Agno, benedictio & honor, & gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum.* Ob ſanctificationis denique beneficium, dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus omnipotens.* (Iſai. 6. 3.)

(Matth. 5.) II. Dei perfectiones imitandæ. *Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt . . .* In divinarum perfectionum imitatione ſemper proficiendum. Dei ſimplicitatem, immutabilitatem, immortalitatem quomodo imitari poſſumus ac demus? . . . . Jungendum cor noſtrum æternitati Dei. ( *Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 16.* ) Patrem Æternum imitari debemus, qui ſeipſum cognoſcendo Verbum generat. Deum in Anima noſtra cognoſcimus, ſi ad ipſam attendamus. *Sæpe volumus omnipotentis Dei naturam inviſibilem conſiderare, ſed nequaquam valemus, atque difficultatibus fatigata anima ad ſemetipſam redit, ſibique de ſe ipſa gradus aſcenſionum facit: Ut primum ſemetipſam, ſi valet, conſideret, & tunc illam naturam, quæ ſuper ipſam eſt, in quantum potuerit, inveſtiget.* (S. Gregor. M. Homil. 17. in Ezechiel.) Deum cognoſcendo, & cognitum amando, imago ejus in Anima noſtra renovabitur. Sed & nos ipſos conſiderare debemus, ut cor noſtrum verbum bonum eructet, verbum humilitatis, cognoſcendo nihilum noſtrum, imperfectum noſtrum, peccatum noſtrum: Verbum laudis & gratiarum actionis, cognoſcendo dignitatem noſtram, quatenus ad imaginem Dei conditi ſumus, Deique in nos beneficia. *A te incipiat tua conſideratio* ( inquit S. Bernardus ) *non ſolum autem, ſed & in te finiatur. Quocumque evagetur, ad te revocaveris eam cum ſalutis fructu. Tu primus tibi, tu ultimus. Sume exemplum de ſummo omnium Patre, Verbum ſuum & emittente, & retinente. Verbum tuum, conſideratio tua. Quæ ſi procedit, non recedat; ſic progrediatur, ut non egrediatur; ſic exeat, ut non deſerat . . . .* (Lib. 2. de Conſiderat. C. 3.) Chriſtiani unum eſſe debent cum Deo & inter



ſe per caritatem, ut naturæ ac ſubſtantiæ unitatem in Patre & Filio honorent, ac pro viribus imitentur. ( *Lib. 1. Theolog. noſtræ Dogmat. & Moral. Quæſt. 2. Art. 3. §. 4.* )

---

## IN FESTO SACRATISSIMI CORPORIS CHRISTI.

*Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo . . . Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Joan. vj. 55.

ADmirabilis Euchariſtiæ Sacramenti dignitas atque excellentia, quæ uno verbo demonſtrari non poteſt, uti nec Dei ſumma perfectio, nec dignitas Chriſti, pluribus nominibus à Scriptoribus ſacris exprimitur. ( *Lib. 2. Tract. de Sacramento Euchariſtiæ, Cap. 1. Art. 1.* ) Illud explicandum, quod ipſi Chriſtus Dominus tribuit in Evangelio hodierno. 1. Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in Euchariſtia nobis donat ut verum cibum & potum Animarum noſtrarum. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* 2. Ut ſymbolum & principium noſtræ cum ipſo conjunctionis, & mutuæ illius in nobis, ac noſtri in illo manſionis. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* 3. Ut æternæ vitæ pignus. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

1. Chriſtus panis Angelorum in cœlo, factus eſt cibus hominum viatorum in Euchariſtia. *Chriſtus in corpore & ſanguine ſuo voluit eſſe ſalutem noſtram. Unde autem commendavit corpus & ſanguinem ſuum?* (S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 34.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*De humilitate ſua. Niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Reſpice altitudinem ipſius: In principio erat verbum. Ecce cibus ſempiternus. Sed manducant Angeli, manducant cæleſtes ſpiritus, & manducant, & ſaginantur, & integrum manet quod eos ſatiat & lætificat. Quis autem homo poſſet ad illum cibum? Unde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo ut menſa illa lacteſceret, & ad parvulos perveniret. Unde autem fit cibus lac? Unde cibus in lac convertitur, niſi per carnem trajiciatur? Nam mater hoc facit. Quod manducat mater, hoc manducat infans: ſed quia minùs idoneus eſt infans qui pane veſcatur, ipſum panem mater incarnat, & per humilitatem mamillæ & lactis ſuccum, de ipſo pane paſcit infantem. Quomodo ergo de ipſo pane pavit nos Sapientia Dei? Quia Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Omnem effectum quem cibus & potus naturalis producit quantùm ad vitam naturalem, Euchariſtiæ Sacramentum operatur quantùm ad vitam ſpiritualem. Suſtentat ſcilicet, auget, reparat, delectat. (*Lib. 2. Tract. de Euchariſtia, Cap. 3. Propoſition 1.*) Sicut alimentum corporale corpori neceſſarium eſt ad reſtaurandum id quod innati caloris vi quotidie detrahitur ac deperit: ita quicquid ardore cupiditatis in dies amittit anima, dum levi aliqua in re parum offendit, totum Euchariſtia reſtituit, veniales culpas abſtergens, quæ minuunt fervorem caritatis. (*Ibidem, Propoſitione 5.*) Humanæ naturæ corruptio cibum exigebat, qui ſimul eſſet medicamentum. Diabolus afflavit homini per eſum cibi vetiti triplicem corruptionem: In anima, tenebras ignorantiæ: in corpore morbum pravæ concupiſcentiæ: & mortem in utroque. Carnem ſuam & ſanguinem ut cibum medicinalem contra corruptionem illam triplicem Chriſtus dedit, ad ignorantiæ tenebras
Pſal. 26. depellendas. *Dominus illuminatio mea ... Accedite*
Pſal. 33. *ad eum, & illuminamini. Cibavit illum pane vitæ &*



*intellectus.* Hæc cœna lucis, menſa ſolis. *Accedamus* Ezech. 1.
*ad eum, & illuminemur: non quomodo ad eum acceſſerunt Judæi, ut tenebrarentur. Acceſſerunt enim ad il-* S. Auguſt.
*lum ut crucifigerent: nos ad eum accedamus, ut corpus* in Pſal. 21.
*& ſanguinem ejus accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati ſunt: nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur.* 2. Carnem ſuam & ſanguinem Chriſtus dat nobis in Euchariſtia ut cibum medicinalem contra concupiſcentiam carnis. (*Lib. 2. Tract. de Euchariſt. Cap. 3. Propoſit. 5.*) Divino illo cibo cor hominis confirmatur & roboratur contra tentationes & impugnationes dæmonum. (*Ibidem.*) Gedeone ſe ad prælium con- Judicum 7.
tra Madianitas parante, quidam ex hoſtium caſtris in ſomnio vidit quaſi ſubcinericium panem ex hordeo volvi, & in caſtra Madian deſcendere: cumque perveniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubvertit, & terræ funditus coæquavit. Cumque uni ex commilitonibus ſomnium ſuum narraret, reſpondit ille: *Non eſt hic aliud niſi gladius Gedeonis: tradidit enim Dominus in manu ejus Madian, & omnia caſtra ejus.* Caro Chriſti panis eſt, ſimul & gladius, quo illius gloriæ, noſtræque ſalutis hoſtes in fugam damus & debellamus. *Gladius Domini & Gedeonis.* 3. Corpus & ſanguinem ſuum dat nobis Chriſtus in Euchariſtia, ut
ſervemur à morte. Hic eſt *Panis vivus, qui de cælo* Lib. 1. de Pec-
*deſcendit.* Antiqui Chriſtiani Euchariſtiam *Vitam* vul- cat. Merit. & Remiſſ. C. 24.
gò appellabant, teſte S. Auguſtino. Hujus figura fuit Joan. 6.
*Lignum vitæ* in medio paradiſi poſitum, cujus eſu homo innocens à morte ſervaretur. *Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Vitam gratiæ confert Euchariſtia his qui purè & ſanctè accipiunt. (*Lib. 2. Tract. de Sacram. Euchariſt. Cap. 3 Propoſitione 1.*)

Igitur, ut S. Cyrillus Alexandrinus docet, *Ex-* Lib. 4. in Joan.
*pertes & vacui planè vitæ, quæ in ſanctificatione ac felicitate eſt, remanent, qui per Myſticam Eulogiam*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

*non ſuſceperant Filium. Vita enim eſt ſecundum naturam, in quantum & ex vivente Patre genitus eſt, ſed nihilominus etiam ſanctum ejus corpus Verbo cuncta vivificanti ineffabiliter unitum. Et quoniam vivifica facta eſt caro Salvatoris, utpote vitæ ſecundum naturam, Verbo nimirum divino unita: cum illam deguſtabimus, tunc vitam habebimus in nobis, ei quoque ſimul uniti, quemadmodum illa Verbo inhabitanti. Hanc enim ob cauſam etiam in ſuſcitandis mortuis, non verbis tantùm & nutu Deo convenienti Salvatorem operatum eſſe comperimus: ſed carnem ſuam quaſi cooperatricem ad hoc potiſſimum adhibuiſſe, ut oſtenderet illam vivificare poſſe.*

II. Chriſtus dat nobis corpus & ſanguinem ſuum, ut ſymbolum ac principium noſtræ in illo, & ſuæ in nobis inhabitationis, & mutuæ conjunctionis. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Divinum illum cibum in ſubſtantiam noſtram non mutamus, ſicut cibum carnis noſtræ, ſed nos in ſe commutat. Non ſola affectûs unitate, ſed unitate naturali per Sacramentum Euchariſtiæ cum Chriſto Domino unum ſumus. *Si enim verè Verbum caro factum eſt, & nos verè Verbum carnem cibo Dominico ſumimus* (inquit S. Hilarius) *quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ jam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit; & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub Sacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit? Ita enim omnes unum ſumus; quia & in Chriſto Pater eſt, & Chriſtus in nobis eſt. Quiſquis ergo naturaliter Patrem in Chriſto negabit, neget prius naturaliter vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum ſibi ineſſe; quia in Chriſto Pater, & Chriſtus in nobis, unum in his eſſe nos faciunt.* Chriſti *concorporales* per Euchariſtiam efficimur. Et quemadmodum *ſi quis ceram ceræ commixtam igne ſimul liquaverit, unum quid ex*

*S. Hilarius Lib. 2. de Trinit.*



*ambabus efficit: ita per corporis Chriſti & pretioſi ſanguinis participationem, ipſe quidem in nobis, nos autem in eo ſimul unimur.* (*S. Cyrillus Lib. 10. in Joannem.*) *Corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, Apoſtolum audi dicentem fidelibus: Vos eſtis corpus Chriſti & membra. Si ergo vos eſtis corpus Chriſti & membra, Myſterium veſtrum in Menſa Domini poſitum eſt, Myſterium Domini accipitis. Ad id quod eſtis, Amen reſpondetis, & reſpondendo ſubſcribitis. Audis ergo, Corpus Chriſti: & reſpondes, Amen. Eſto membrum corporis Chriſti, ut verum ſit Amen.* (*S. Auguſt. in Serm. ad recens baptizatos.*) Non enim cum Chriſto uniuntur, quicumque carnem ejus manducant & ſanguinem bibunt, ſed illi ſoli qui dignè manducant & bibunt, qui caritate membra Chriſti facti ſunt. *Unus panis, unum corpus multi ſumus* (ait Apoſtolus.) Panis non fit de uno grano, ſed de multis. *Quando exorcizabamini, quaſi molebamini: quando baptizati eſtis, quaſi conſperſi eſtis: quando Spiritus Sancti ignem accepiſtis, quaſi cocti eſtis. Eſtote quod videtis, & accipite quod eſtis.* (*S. Auguſt. ibid.*) Igitur carnem Chriſti & ſanguinem non edamus tantùm & bibamus in Sacramento, quod & multi mali; ſed *Uſque ad Spiritus participationem manducemus & bibamus, ut in Domini corpore tanquam membra maneamus, ut ejus Spiritu vegetemur; & non ſcandalizemur, etiamſi multi modò nobiſcum manducant & bibunt temporaliter Sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta.* (*S. Auguſt. Tract. 27. in Joan.*)
Triplex communionis genus, Sacramentalis tantùm, ſpiritualis tantùm, Sacramentalis & ſpiritualis ſimul. Hoc modo communicandum eſt ut Chriſtus in nobis maneat, & nos in eo. (*Lib. 2. Tract. de Euchariſtia, Cap. 4. Art. 1.*)

III. Euchariſtia æternæ vitæ pignus. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* (Ibidem, Cap 3. Propoſitione 6.) Corpus & ſanguis Chriſti ſemina ſunt immortalitatis Chriſtianis qui Euchariſtiam dignè accipiunt. Unde S. Irenæus Hæreticos reſurrectionem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

carnis negantes refellit argumento petito ex Euchariſtiæ participatione. *Quomodo*, inquit, *carnem negant capacem eſſe donationis Dei quæ eſt vita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & membrum eſt ejus?* S. Ignatius Martyr in Epiſtola ad Epheſios Euchariſtiam vocat *Pharmacum immortalitatis, antidotum ad non moriendum, ſed vivendum in Jeſu Chriſto ſemper.* Panis Euchariſticus manna longè præſtantior & efficacior, utpote *Corpus Vitæ. Manna illud è cælo, hoc ſupra cælum. Illud cæli, hoc Domini cælorum. Illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alteram ſervaretur; hoc alienum ab omni corruptione: quod quicumque religioſè guſtaverit, corruptionem ſentire non poterit . . . Non ſicut manducaverunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt: qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

S. Irenæus Lib. 4. C. 4

S. Ambroſius Lib. de iis qui Myſteriis initiantur, Cap. 9. Inum. 4.

---

## IN EODEM FESTO.

*Vide Agnum ſtantem tanquam occiſum.* Apocal. v. 6.

CHriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur: in throno gloriæ ſedet immortalis: cur ergo ipſum adhuc tanquam occiſum & immolatum, tametſi ſtantem & in æternum viventem dilectus Apoſtolus intuetur? Nonne Chriſtus uno ſacrificio in ara crucis oblato omnia veteris Legis ſacrificia implevit? Nonne ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, & una oblatione conſummavit in ſempiternum ſanctificatos? His thematis noſtri verbis ſignificat S. Joannes, Chriſtum Jeſum Agnum immaculatum, *Qui occiſus eſt ab origine mundi*, qui *ingrediens mundum* dixit, *Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi*: qui *Uſque ad paſſionem effectus eſt hoſtia*, ut loquitur Tertullianus, in Euchariſtia modo incruento, inviſibili &

Hebr. 10.



arcano immolari. Sancta enim Euchariſtia non ſolùm Sacramentum eſt; ſed & ſacrificium. 1. Veteris Legis ſacrificiis longè dignius & excellentius. 2. Veteris Legis ſacrificiis efficacius. 3. Majores diſpoſitiones ex parte offerentium & adſtantium exigens.

I. Vetera ſacrificia figuræ fuerunt ſacrificii Chriſti. In Agno Paſchali, cæteriſque victimis immolabatur Chriſtus, ſed in figura dumtaxat: in pane & vino quæ Melchiſedech Rex Salem, Dei altiſſimi Sacerdos obtulit Deo, cùm Abraham quatuor Regum victori occurrit, eique benedixit, Chriſti ſacrificium præfiguratum eſt: ſed in Euchariſtia impletur. Chriſtus qui ſe ipſum pro redemptione noſtra immolavit in Cruce, ſe ipſum etiam immolat in Altari, idem ſacerdos & victima: *Ipſe Paſtor & ovis; ipſe ſponſus & ſponſa; ipſe ſacerdos & victima; unus idemque & oblator muneris, & munus oblatoris;* (ait S. Fulgentius) *Quis eſt ſacerdos, niſi unus ſacerdos, qui intravit in Sancta Sanctorum? Victima & ſacerdos: qui cùm in mundo non inveniret mundum, quod offerret, ſe ipſum obtulit* (inquit S. Auguſtinus.) Sacrificium igitur Euchariſtiæ veteris Legis ſacrificiis dignius eſt & excellentius, tum ratione victimæ, quia Chriſti corpus & ſanguis offertur; tum ratione ſacerdotis, quia Chriſtus ipſe corpus & ſanguinem ſuum offert, *Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Nec victima dignior & excellentior, nec ſacerdos ſanctior inveniri poteſt.

Lib. 1. ad Traſim. C. 11.

Enarrat. in Pſal. 132.

Veteris Legis ſacrificia offerebantur à ſacerdotibus Aaronicis, qui morte prohibebantur permanere, & quorum ſacerdotium typicum erat, umbraticum, & aliquando transferendum. Sacrificium Euchariſtiæ offertur ab ipſo Chriſto æterno ſacerdote, qui ſemper vivit ad interpellandum pro nobis. Nos enim Miniſtri duntaxat & organa illius ſummi ſacerdotis ſumus, *Infirmi merito*, tametſi *honorabiles ſacrificio; quia etſi nunc Chriſtus non videtur offerri, tamen ipſe offertur in*

S. Ambroſ. in Pſal. 38.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*terris, quando Chriſti corpus offertur : immo ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cujus ſermo ſanctificat ſacrificium quod offertur.* Vetera ſacrificia in uno tantum Judææ loco offerebantur, quem elegerat Dominus: Euchariſtiæ ſacrificium in omni loco, in tota Eccleſia per omnes gentes à ſolis ortu uſque ad occaſum diffuſa

Malach. 1. 11. offertur. *Ab ortu ſolis uſque ad occaſum* (ait Dominus) *magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus.* Vide Lib. 2. *Tract. de Sacramento Euchariſtiæ, Cap. 6. Art. 1. Propoſit. 1.*

II. Euchariſtiæ ſacrificium veteris legis ſacrificiis efficacius, ſive quatenus ſacrificium eſt adorationis, & gratiarum actionis: Sive quatenus eſt ſacrificium propitiatorium: Sive quatenus ſacrificium impetratorium eſt. Cùm enim diverſa in veteri lege ad diverſos illos fines præſcripta eſſent ſacrificia, ſcilicet *Holocauſta, pacifica, & pro peccato*: Ad hæc unum ſufficit Eucha-

S. Chryſoſt. in Pſal. 21. riſtiæ ſacrificium. *Omnia Veterum ſacrificia nova ſuperveniens Gratia uno complectitur ſacrificio.* Vide *Lib. 2. Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. de Sacram. Euchariſtiæ, Cap. 6. Art. 1. Propoſit. 3.* Sacrificium Euchariſtiæ propitiatorium pro vivis & defunctis. (*Ibid. Art. 3. Propoſit. 4.*) In eo enim Chriſti *ſanguis* quotidie *effunditur in remiſſionem peccatorum*: De quo potiori jure quàm de ſanguine veterum

Levit. 17. 11. victimarum dicitur: *Ego illum dedi vobis, ut ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit.* Hinc in Miſſa canitur, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.* Hinc Hoſtia ſacra in tres partes frangitur, ut virtus ſacrificii ad triplicem Eccleſiæ ſtatum pertinere ſignificetur: Ad gaudium ſcilicet Sanctorum in cælis cum Chriſto regnantium, pro quorum gloria offertur Deo in gratiarum actionem: Juſtorum in purgatorio patientium, pro quorum



quorum requie offertur in propitiationem: Fidelium in terris militantium, pro quorum peccatis offertur in expiationem. Cælites plurimùm delectat hoc ſacrificium, eiſque gaudii novi ex eo fit acceſſio ob memoriam redemptionis, ob effectum noſtræ ſalutis, ob admirationem divinæ bonitatis. Hinc Eccleſia ad Altare ſic per ſacerdotes Deo ſupplicat: *Sumpſimus Domine, divina Myſteria, quæ ſicut tuis ſanctis ad gloriam, ita nobis ad veniam prodeſſe perſicias.* Animabus juſtorum in purgatorio detentis prodeſſe Altaris ſacrificium ad liberationem vel levamen, fides docet. *Partes duæ in* Zachar. 13. 8.
*terra diſpergentur, & deficient* (ait Propheta) *& tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos ſicut uritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum. Ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam, Populus meus es; & ipſe dicet: Dominus Deus meus.* Partes duæ, id eſt, infideles, & mali Chriſtiani, diſpergentur, & deficient ab æterna redemptione: Et tertia pars relinquetur in ea, ſcilicet pœnitentes: & per ignem ducetur: Per ignem ſcilicet purgatorii ad cælum ducuntur pœnitentium Animæ, ut in eo expientur, & probentur ſicut probatur aurum. Fideles verò in terra ſuperſtites Deum invocant orationibus, eleemoſynis, & Mediatoris ſacrificio quod pro illis offertur Animabus: Et Deus illos exaudit. Sic *Munus abſconditum extinguit* Prov. 21. 14.
*iras.* Munus pretioſiſſimum, corpus & ſanguis Chriſti, hoſtia ſancta & immaculata, quam Deo offerimus de ejus donis ac datis. (*Sic* enim *dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.*) Munus illud incomparabile, quod unum Deo dignum eſt, Filius Dei, verè *Deus abſconditus* in Euchariſtiæ ſacrificio, iram Dei placare non deſinit, eumque & Animabus purgatorii, & pœnitentibus in hac vita propitium reddere.

III. Minimè dubium eſt quin ſacrificia veteris legis



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

puritatem & ſanctimoniam in ſacerdotibus offerentibus, pœnitentiam peccatorum in iis pro quibus offerebantur, poſtularent : Multò magis hæ diſpoſitiones ad ſacrificium Euchariſtiæ afferri debent ; conſcientiæ ſcilicet puritas à ſacerdotibus offerentibus : Pœnitentia ſaltem ab iis qui ſacrificio interſunt, ut illis proſit. Sacerdotes *ſancti* eſſe debent, *ſine crimine, irreprehenſibiles, Angelis* ſimiles, ut dignè ſacrificium Altaris offerant. Sacerdotes antiqui tempore vicis ſuæ, quo ſacrificia debebant offerre, ab uxoribus ſuis & familiis, omnique terreno commercio ſeparati, à vino & ſicera, omnique potu qui inebriare poteſt, abſtinentes, ab atrio Tabernaculi vel Templi non recedebant, orationibus & ſacris Miniſteriis penitus devoti : Hinc judicemus, Comminiſtri venerabiles, quanta eſſe debeat puritas & ſanctimonia noſtra, quanta à mundo & ſecularibus negotiis ſeparatio. Sacrificium pretii noſtri, cum veteribus illis ſacrificiis ; cum umbris veritatem ; ſacerdotium noſtrum cum ſacerdotio veteris legis comparemus, & hinc officium noſtrum piis meditationibus diſcamus. In Gallicana olim Eccleſia Epiſcopi ſacerdotibus quos ordinabant, Hoſtiam ſanctam ſive Euchariſtiam dabant, ex qua per quadraginta dies particulam ſumerent ad ſacram communionem : atque hoc Ritu revocabatur illis in memoriam tempus illud quo per quadraginta dies Dominus Diſcipulis apparens, & cum eis converſcens, cum ipſis de Regno Dei loquebatur ; ut
Epiſt. 1. ait S. Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus. Ritus ille antiquatus eſt, ſed non eſt antiquatum ſpirituale documentum quod ex eo colligi Patres noſtri voluerunt : Sacerdotes ſcilicet Chriſto à mortuis redivivo conformari : Rarum ipſis cum hominibus commercium eſſe debere, niſi cùm de Regno Dei inſtruendi ſunt : Cum ſuis Confratribus & Comminiſtris ſocietatem lubentiùs quàm cum ſæcularibus hominibus inire, legem Domini jugiter meditari, Scripturarum lectioni, exhortationi, &



doctrinæ intendere : *Agnum* contemplari *ſtantem, & occiſum :* ſtantem, innocentia & integritate morum, ne in peccato jaceant, ne morte peccati corrumpantur : Occiſum, mortificatione carnis & cupiditatum omnium, ut victimæ ſint ſimul ac ſacerdotes, ſicut Chriſtus Jeſus. Chriſtiani verò qui ſacroſancto ſacrificio interſunt, ſaltem affectum peccati deponere, & pœnitentes eſſe debent, ut illis ſanctum ſacrificium ad vitam proficiat. Debent enim & illi pro ſua parte ac modo ſacrificium offerre cum ſacerdote, & cum Eccleſia, *Quæ cùm ipſius Capitis corpus ſit, ſe ipſam per ipſum diſcit offerre.* Debent offerre Deo *Sacrificia contriti cordis & humiliati*, necnon *ſacrificia miſericordiæ*, condonando injurias, & eleemoſynas erogando, ut ſacrificium Altaris ſibi prodeſſe impetrent ad remiſſionem peccatorum, ad impetrationem gratiæ, & præmium vitæ æternæ. *Surſum cor habere*, debent, ut ſacerdos monet, *Gratias agere Domino Deo noſtro*, per Jeſum Chriſtum Filium ejus. Qui in affectu peccati ſanctiſſimo Altaris ſacrificio interſunt, ſimiles ſunt Judæ proditori, *Qui proditionem ſanguinis Dominici inter ſacrificia poſitus cogitabat.* (Vide *Lib. 4. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 5. Art. 6. Regulâ 9.*)

*S. Auguſt. Lib. 10. de Civit. Dei. C. 20.* *Pſal. 50.* *Oſee 6. & Hebr. 13.* *S. Ambroſ. Lib. 7. in Lucam.*

---

## DOMINICA I. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Et miſit ſervum ſuum horâ cœnæ dicere invitatis ut venirent.* Luc. xiv. 16. 17.

MAgnum convivium fecit olim Rex Aſſuerus Eſth. 1. 4
cunctis Principibus, & Magnatibus Perſarum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& Medorum, Præfectiſque provinciarum, ut oſtenderet divitias gloriamque Regni ſui, ac potentiæ ſuæ amplitudinem, multo tempore, centum nempe & octoginta diebus. Cúmque implerentur dies convivii, invitavit omnem populum, qui inventus eſt in urbe Suſan Regni Metropoli, à maximo uſque ad minimum, & juſſit ſeptem diebus convivium præparari in veſtibulo horti, & nemoris, quod Regio cultu & manu conſitum erat. Longè ſplendidius convivium in Eccleſia ſua Chriſtus Rex Regum inſtituit, ſacroſanctam Euchariſtiam, in qua *Ipſe conviva & convivium* eſt. Ad hoc convivium, ſalutiferum & omni ſuavitate repletum, in quo corpus ſuum manducandum præbet, invitat ipſe non ſolùm principes, ſed omnes ſervos ſuos, Chriſtianos omnes cujuſcumque ſexus, ſtatus & conditionis: Cæcos, pauperes, debiles, claudos, non excludit, ſed admittit, & intrare compellit, modò fidei luce illuminatos habeant oculos cordis, gratiâ & virtutibus divites ſint, in Dei militia fortes, victores cupiditatum, diabolo ſtrenuè reſiſtentes; voluntate & intentione recti, in via mandatorum Dei rectâ ambulantes: Neque aliud magis optat, quàm ut domus ejus convivis impleatur. Quàm magnificum convivium, quod Dei bonitas ab æterno decrevit, ſapientia diſpoſuit, omnipotentia ſtatuto tempore inſtruxit & executa eſt, liberalitas multiplicat, miſericordia & juſtitia diſtribuit; æternitas perenne facit.

*S. Hieron. Epiſt. ad Hedibiam, Quæſt. 2.*

I. Dei bonitas Euchariſtiæ convivium ab æterno decrevit, ut novo, admirabili, & ineffabili modo ſe hominibus communicaret, corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum illis tradens. Hæc divini amoris inventio. *Cùm dilexiſſet Chriſtus ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; amoremque ſuum hujus inſtitutione Sacramenti in ſuprema cœna illis teſtatus eſt. *Cùm ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in unum nobiſcum*

*Joan. 13.*

*S. Joan. Chryſoſt. Hom. 45. in Joan.*



*redegit, ut corpus cum capite uniretur. Hoc enim amantium maximè eſt.* Hoc Job ſignificabat de ſervis, à quibus maximè amabatur, qui ut ſuum in illum amorem demonſtrarent, aiebant: *Quis det de carnibus ejus ut ſaturemur?* Quod Chriſtus fecit ut majori caritate nos adſtringeret, & ut ſuum in nos oſtenderet deſiderium, non ſe tantùm videri, ſed & tangi, dentes carni ſuæ infigi voluit, & deſiderio ſuo omnes impleri. *Parentes ſæpenumero liberos ſuos aliis alendos dederunt: Ego autem mea carne alo... Veſter frater eſſe volui, & communicavi carnem propter vos & ſanguinem, & per quæ vobis conjunctus ſum, ea rurſus vobis exhibeo.* Hoc pignus amoris quo nos immeritos *prior dilexit* ab æterno. Dedit ſe nobis in ſocium noſtræ peregrinationis Deus noſter. *Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Dedit ſe in ſervum noſtræ neceſſitatis. *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.* Dedit ſe in pretium noſtræ redemptionis. *Ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis.* Sed in Euchariſtia corpus ſuum in cibum & ſanguinem ſuum dat in potum. Hic amoris & bonitatis cumulus. In prioribus enim donationibus donum adhuc quodam modo ſeparatum manet ab eo cui datur; ſed in poſtrema iſta donatione manducantibus intimè unitur & incorporatur. *Ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis. In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis... Et declinavi ad eum ut veſceretur.* Dei ergo bonitatem laudemus, ejuſque amori mutuum amorem rependamus. *Confitemini Domino quoniam bonus... Confitemini Domino & invocate nomen ejus, notas facite in populis adinventiones ejus.*

*Baruch. 3. 37. 38.*

*Matth. 20.*

*Epheſ. 5. 2.*

*Oſeæ 11. 3. 4.*

*1. Paralip. 16.*

II. Sapientia Dei ſacrum Euchariſtiæ convivium

diſpoſuit, materiam convenientem ad hujus inſtitutionem Sacramenti eligens, panem, triticeum, azymum, & vinum de vite expreſſum. (*Lib. 2. Tract. de Eucharistia, Cap. 1. Art. 3. Propoſit. 1. 2. & 3.*) Hæc

Prov. 9. v. 1. ſapientiæ divinæ admirabilis diſpoſitio. *Sapientia ædificavit ſibi domum, miſcuit vinum, & propoſuit menſam... Venite*, inquit, *comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Corpus ſuum & ſanguinem ſub propria ſpecie Chriſtus *Dei Sapientia* dare noluit; ſed velatum ſub panis & vini ſpeciebus ſive acci-

Apocal. 2. dentibus, verè *Manna abſconditum*, ob multiplicem rationem. 1. Ne horrerent homines, ſi caro humana ipſis manducanda, & ſanguis bibendus ſub propria ſpecie proponerentur; & retro abirent ſicut illi Diſcipuli, qui cum Capharnaitis ſcandalizati ſunt hujus Sacramenti & ſacri convivii promiſſione, dicente Chriſto:

Joan. 6. *Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* 2. Corpus & ſanguinem ſuum dat velata ſub aliena ſpe-

1. Reg. 6. cie, propter malorum indignitatem. Enimvero ſi Arcam Domini propius intueri non licebat Judæis; & ſi Bethſamitæ ingenti numero, ſcilicet quinquaginta millia & ſeptuaginta viri à Deo percuſſi ſunt, eo quòd vidiſſent Arcam: multò magis corpus Chriſti veram *Arcam ſanctificationis & fœderis* æterni Dei cum hominibus, impiis abſcondi conveniens erat. 3. Corpus & ſanguinem ſuum dat velata, ad fidem bonorum exercendam, ejuſque meritum augendum, *Beati* enim *qui non viderunt & crediderunt.* (Vide *Lib. 2. Tract. de Sacramento Euchariſtiæ, Cap. 2. Art 3. Corollario 9.*) Elucet veri Salomonis ſapientia, ſe inter Eccleſiam triumphantem & militantem ſine diviſione partientis. Coram Salomone Rege duæ olim mulieres litigarunt de

3. Reg. 3. infante vivo, utraque illum velut ſuum repetente. Rex ſapiens rationem adinvenit agnoſcendi veram infantis matrem. Juſſit nempe ut allato gladio divideretur in-



fans vivus in duas partes, & pars uni, pars alteri daretur. Veram matrem naturalis probavit affectus, commota viſcera indicarunt. Dixit enim: *Obſecro Domine, date illi infantem vivum, & nolite interficere eum:* Alia è contrario dicente: *Nec mihi, nec tibi ſit, ſed dividatur:* Rex ſapiens veram matrem hinc agnovit, illique infantem adjudicavit. *Date huic infantem vivum: hæc eſt enim mater ejus. Audivit omnis Iſraël judicium, & timuerunt Regem videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum judicium.* Cogitate Chriſto in cælos aſcenſuro piam contentionem fuiſſe inter Eccleſiam triumphantem & militantem, illa Chriſtum velut Regem gloriæ repetente; iſta velut ducem ſibi neceſſarium retinere (ſi poſſibile eſſet) deſiderante. *Ec-* Matt. 12. 42.
*ce plus quàm Salomon hìc.* Sapientia Æterna corpus ſuum vivum, immortale, glorioſum ſine diviſione inter utramque partita eſt, ut Eccleſia triumphans eam in propria forma poſſideret, militans verò ſub aliena ſpecie, donec *revelatâ facie gloriam Domini ſpeculetur*, & *Regem in decore ſuo* videat. *Deus* in Sacramento Altaris *abſconditus* nos humilitatem docet.

III. Omnipotentia Dei ſacrum iſtud convivium ſtatuto tempore inſtruxit & executa eſt. Verè *fecit potentiam in brachio ſuo*, 1. Verum corpus Chriſti reipſa exhibendo, cujus realem præſentiam probant verba promiſſionis; verba inſtitutionis ſeu conſecrationis; verba denique hujus Sacramenti uſum ſpectantia: Traditionis doctrina, ſummuſque Patrum omnium & ſocietatum Chriſtianarum ubivis gentium conſenſus; veterum figurarum conſummatio & complementum; rationes convenientes. (*Lib. 2. Tract. de Sacram. Euchariſt. Cap. 1. Art. 2. & Cap. 3. Art. 1.*) 2. Omnipotentia Dei in ſacro iſto & admirabili convivio elucet, totam panis vinique ſubſtantiam in corpus & ſanguinem Chriſti convertendo. Non quærendum *Quo-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*modo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Quæ infidelium Capharnaitarum vox eſt. *Verbum Domini manet in æternum.* (Vide *Lib. 2. Tract. de Sacram. Euchariſt. Cap. 3. Art. 2.*) 3. Divina elucet omnipotentia in conſervatione accidentium panis
Pſal. 138. 14. & vini ſine ſubjecto (*Ibid. Art. 3. Conſectario 9.*) *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.* Cantemus, exultemus, jubilemus, adoremus Deum om-
Pſal. 77. 4. nipotentiæ ſuæ miracula propter nos operantem, *Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia ejus quæ fecit.* Realiter præſens eſt Chriſtus Dominus in Euchariſtia: igitur adorandus eſt, non externo tantùm cultu, genua ſcilicet flectendo coram Eo, ſed *in Spiritu & veritate*, quo modo *veros adoratores*
Pſal. 98. 5. Deum adorare debere ipſe docuit. *Adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt.* (Vide *Ibid. Conſectario 6.*) Cor noſtrum mutetur, vetus homo deponatur cum actibus ſuis, novus Dei gratiâ & benedictione formetur, cooperantibus nobis; ſola ſpecies externa maneat in nobis, ſpecies hominis, non tamen
1. Theſſ. 5. 22. peccati, nam *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.*

IV. Dei liberalitas ſacrum iſtud convivium miro modo multiplicat. Profuſa Dei erga homines liberalitas, non ſolùm ſemel dedit Filium ſuum unigenitum pro nobis, ſed quotidie dat nobis in ſacro Euchariſtiæ convivio. Dat totum & integrum, corpus, ſanguinem,
Coloſſ. 2. 9. animam, divinitatem. (*Conſectario 3.*) Nam in Chriſto *inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Dat omnibus, ideo Chriſti corpus profuſa liberalitate multiplicat, ubivis locorum ſub ſingulis hoſtiis conſecratis, & ſub minima cujuſlibet hoſtiæ particulâ reipſa
3. Reg. 17. præſens exhibendo. (*Conſectariis, 4. 10. & 11. Articuli ſupra citati.*) Pugillus farinæ non deficiens in domo viduæ per multos dies ad familiam ejus alendam, ſecundùm verbum Eliæ: & panes ab ipſo Chriſto mirabiliter multiplicati, typi fuere multiplicationis cor-



poris ejus in Euchariſtiæ Sacramento. Profuſa liberalitas Dei, qui Chriſti Filii ſui corpus dat non ſolùm dignis & amicis ſuis, ſed indignis & inimicis ſuis non ſubtrahit, proditori non negavit. *Dum appropiant ſuper* Pſal. 26.
*me nocentes, ut edant carnes meas.* Veritatem præſentiæ ſuæ realis, inſtar ſolis oriri facit ſuper bonos & malos, ſuper juſtos & injuſtos qui ad ſacram Menſam accedunt; quamvis longè diſpar ſit in utriſque communionis exitus. *Mors* enim *eſt malis, vita bonis.* Liberalitatem erga amicos & proximos profuſè exercere, magna & pretioſa dona illis largiendo, magnum eſt; majus dare ſervis & ancillis; maximum advenis & peregrinis; ſed generoſæ liberalitatis cumulus eſt dare etiam inimicis. Næ illi ingrati, ſi inimicitias non deponant accepturi! *Quare per-* Job 19.
*ſequimini me, & carnibus meis ſaturamini .... Homo* Pſal. 40. 10.
*pacis meæ, qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Dat denique dignè manducantibus Chriſti corpus *divitias bonitatis* ſuæ; dat ut filii Dei fiant, & heredes. *Quotquot autem receperunt eum,* Joan. 1.
*dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Quid Deo retribuam pro ſe? Unum poſtulat, quod in noſtra poteſtate eſt, cor noſtrum. *Fili, præbe mihi cor tuum.* Prov. 23. 26.
Qui corpus & ſanguinem ſuum nobis in cibum & potum liberaliter apponit, panem ſibi in grati animi ſignificationem dari poſtulat in paupere. Apud antiquum Declamatorem legimus, patrem olim filio ſuo in extrema fame, cùm alia non ſuppeterent alimenta, brachium ſuum abſcidiſſe, coxiſſe, & in cibum appoſuiſſe: cùm verò progreſſu temporis egeret, victum à filio poſtulaſſe, & repulſam paſſum ab ingrato, in judicium vocaſſe, cauſamque perorâſſe ſuam his verbis: *Panem peto, Judices, ſanguinem non peto.* Chriſtus Jeſus corpore & ſanguine ſuo nos paſcit in ſacro Euchariſtiæ convivio: Eget in paupere, panem petit, non ſanguinem: Et ingrati negamus!

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

V. Miſericordia & juſtitia Dei corpus & ſanguinem Chriſti in hoc ſacro convivio diſtribuunt, vilibus creaturis, immeritis, peccatoribus, imperfectis, tepidis; & modò pœnitentiam egerint, nec ullo peccato mortali ſint inquinati, illorum miſeretur, illorum infirmitates ſanat, illorum imperfectiones videt ac ſuſtinet, ut mater defectus filiorum; illorum teporem
Pſal. 110. 4. accendit igne ſuæ caritatis. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* 2. Miſericordia & juſtitia Dei elucet in ſacri hujus convivii diſtributione, quia omnes ad illud invitat & recipit, omnes reficit cum fide & caritate accedentes, abſque perſonarum acceptione & reſpectu. *Exi citò in plateas & vicos civitatis: & pauperes, ac debiles & cæcos, & claudos introduc huc...* Exemplo ſuo miſericordiam nos docet atque beneficentiam abſque ullo reſpectu perſonarum, tametſi ſervandus ſit ordo caritatis. Hac de re præceptum dabat, cùm parabolam in hodierno Evangelio deſcriptam propoſuit in convivio principis Phariſæorum. Dicebat,
Luc. 14. 12. inquam, ei qui ipſum invitaverat: *Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites: Ne fortè te & ipſi reinvitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum.* Convivia interdum fieri, ad eaque amicos & proximos invitari ad fovendam amicitiam & caritatem, Chriſtiana morum Diſciplina non prohibet: Sed ea fieri intuitu commodorum præcipuè temporalium, vanitatis, aut voluptatis, Chriſtus prohibet. Ea, ut & omnes Chriſtianorum actus imperare debet *caritas*, quæ *non quærit quæ ſua ſunt.* Convivia non improbamus, modò pudica ſint, & ſobria, & mittantur partes his qui non præparaverunt, id eſt pauperibus: talia ſint denique



qualia primorum Chriſtianorum, quæ *agapæ*, quaſi convivia caritatis vocabantur, à Tertulliano deſcripta. *Cœna noſtra* (inquit) *de nomine rationem ſui oſtendit.* Apolog. Cap. 39.
*Id vocatur quod dilectio penes Græcos. Quantiſcumque ſumptibus conſtet: Lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum: Siquidem inopes quoſque refrigerio iſto juvamus. Si honeſta cauſa eſt convivii, reliquum ordinem diſciplinæ æſtimate qui ſit, de religionis officio. Nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ admittit. Non prius diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur. Editur quantùm eſurientes cupiunt: Bibitur quantùm pudicis eſt utile. Ita ſaturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe. Ita fabulantur, ut qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem & lumina, ut quiſque de ſcripturis ſanctis vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Æquè oratio convivium dirimit. Inde diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciviarum, ſed ad eamdem curam modeſtiæ & pudicitiæ: ut qui non tam cœnam cœnaverint, quàm diſciplinam.*

Juſtitia etiam Dei miſericordiæ in omnibus ejus operibus ſocia, in convivii Euchariſtici diſtributione mirum in modum elucet: Siquidem Chriſti corpus & ſanguinem æqualiter omnibus diſtribuit: *Sumit unus, ſumunt mille, quantùm iſti, tantùm ille:* Gratiam verò, prout quiſque diſpoſitus eſt. Apud Deum non eſt acceptio perſonarum; nobiles, divites, potentes pauperibus non præfert. Plebeius gratiam uberiorem ex Dominico refert convivio, ſi ferventiori cum caritate, ſi majore cum humilitate, ſi puriore, & omnium cultu virtutum magis ornatâ animâ acceſſerit. Contrà verò qui indignè manducaverit corpus Domini, pœnas dabit æquales ſacrilegii, quacumque ſit nobilitate, potentia, quantiſcumque opibus in ſæculo conſpicuus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Cor. 11. *Quicumque manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Tremenda ſententia! *Judicium ſibi manducat & bibit.* Quemadmodum enim quod manducatur & bibitur in ſubſtantiam hominis convertitur, nec ab eo ſeparari poteſt: Ita reatus & condemnatio ſacrilegè communicantium difficillimè abolentur: Nullum eſt peccatum quòd magis in cæcitatem cordis, in obdurationem & impœnitentiam præcipitet.

Ex juſtitia, quâ Chriſtus convivium ſacrum corporis & ſanguinis ſui diſtribuit, diſcamus pauperes non contemnere, non duris verbis excipere, non repellere. Fidei oculis ſi ipſos ſpectemus, in illis Chriſtum intuebimur: panni, ſordes, ulcera, ſpecies veluti ſacramentales ſunt, Chriſtum in iis mendicantem velantes.
Matth. 25. *Eſurivi enim* (inquit) *& dediſtis mihi manducare... Amen dico vobis, quandiu feciſtis uni ex his fra-*
Jacobi 2. *tribus meis minimis, mihi feciſtis.* Fratres mei, *nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit in Conventum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: Tu ſede hic bene: Pauperi autem dicatis: Tu ſta illic aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nonne judicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis judices cogitationum iniquarum? Audite, fratres mei dilectiſſimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo: divites in fide, & heredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe? Vos autem exhonoraſtis pauperem... Si perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à Lege quaſi tranſgreſſores.* Pauperes principes ſunt, quorum eſt Regnum cælorum, qui vos recipient in æterna tabernacula, ſi illis propter Chriſtum benefeceritis.

VI. Æternitas Dei convivium Euchariſtiæ perenne
Matth. ult. facit. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad*



*conſummationem ſæculi.* Ad finem uſque mundi juge illud convivium in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur, in Eccleſia perſeverabit. Hujus rei typi fuerunt, panes propoſitionis de quibus
Moyſi præcipit Deus. *Duodecim panes ſuper menſam* Levitici 24.
*puriſſimam coram Domino ſtatues... Ut ſit panis in monimentum oblationis Domini. Per ſingula Sabbata mutabuntur coram Domino. Suſcepti à filiis Iſraël fœdere ſempiterno: Eruntque Aaron & filiorum ejus, ut comedant eos in loco ſancto: Quia Sanctum ſanctorum eſt de ſacrificiis Domini jure perpetuo.* Umbra defecit in Synagoga, veritas manet, nec deficiet unquam in Eccleſia. Sacerdos enim noſter & Pontifex confeſſionis noſtræ Jeſus Sacramentum Altaris quotidie conſecrando, jugi convivio fideles ſuos reficit; & corpus ejus nunquam illorum manducatione minuitur aut deficit: imò potiùs augetur myſtico modo, cùm dignè manducatur; ſiquidem ſic manducantes in ſe mutat &
transformat. *Cibus ſum grandium, creſce & manducabis* S. Auguſt.
*me. Nec tu me in te mutabis ſicut cibum carnis tuæ,* Lib. 7. Confeſſ. Cap. 10.
*ſed tu mutaberis in me.*

Neque verò ad finem ſolùm ſæculi, ſed per totam æternitatem, ſacrum iſtud convivium perennabit. Quo enim Fideles nunc in umbra fidei & ſub Sacramento paſcuntur, eodem in cælo, in meridie gloriæ ſatiabun-
tur, *Frumento electorum,* pane vivo, qui de cælo deſcen- Zachar. 9.
dit, & in cælum redit, ut dulcedinem ſuam in filios demonſtret, omnique delectatione & ſuavitate, omnibus bonis adimpleat, quæ oculus non vidit, nec au-
ris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt. *Juravit* Iſai. 62. 8. 9.
*Dominus in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ: ſi dedero triticum tuum ultrà cibum inimicis tuis: & ſi biberint filii alieni vinum tuum, in quo laboraſti. Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atriis*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ſanctis meis.* In hoc mundo, in Eccleſia militante, mali cum bonis corpus Chriſti ſacramentaliter comedunt: Ab æterno convivio mali in æternum excludentur, & in tenebras exteriores mittentur, ubi erit fletus & ſtridor dentium. *Beatus, qui manducabit panem in* Luc. 14. 15. *Regno Dei.* Ad æternum illud convivium ſuſpiremus, & per dignam & frequentem communionem nos præparemus.

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Exi citò in plateas & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc.* Luc. xiv.

CHriſti corpus ſolemni pompa in Proceſſionibus circumfertur, per plateas & vicos civitatis, 1. Ut pauperes, debiles, & cæcos, & claudos ad ſacrum ſuum convivium ipſe invitet, ut gratiæ ſuæ benignis motionibus intrare compellat. 2. Ut civitatem totam, imò univerſum mundum, ſuæ Majeſtatis & gloriæ templum eſſe oſtendat, in quo adorandus eſt. Veteres Patriarchæ ædificabant Altare ubicumque illis Deus apparuerat & locutus fuerat. Cùm itaque Chriſtus civitatem, vicos & plateas præſentia ſacratiſſimi corporis ſui honorare & ſanctificare dignetur, in illis ſanctè ut in Templo, ut ad Altare, converſari debemus. Sed heu! tantùm abeſt ut in plateis & vicis quaſi in Templis, nos geramus; quin potius in templis velut in vicis & plateis abſque religione & modeſtia adſtamus. 3. Circumfertur Chriſti corpus ut domibus noſtris, omnibuſque in iis 2. Reg. 6. habitantibus benedicat, ſicut benedixit Dominus Obededom, & omnia ejus propter Arcam Dei, quæ apud illum depoſita fuerat. De inſtitutione Feſti Corporis Chriſti, & ſupplicationibus ſolemnibus, ſeu Proceſſionibus,



in quibus Euchariſtia religioſè circumfertur, lege *Lib. 2. Tract. de Sacram. Euchar. Cap. 3. Art. 3. Confectario 7.* His ſupplicationibus ſeu Proceſſionibus quâ pietate adeſſe debemus? In ſpiritu fidei & humilitatis; non inquirentes curioſè in Myſterium Fidei, ne pereamus ſicut Bethſamitæ qui Arcam Domini curioſiùs inſpexe- 1. Reg. 6. runt. Davidis humilitas imitanda, qui à ſuperba Michol irriſus & deſpectus eò quòd diſcoopertus & gaudens Arcam Domini proſecutus eſſet, reſpondit: *Ante Do-* 2. Reg. 6. *minum, qui elegit me potiùs quàm Patrem tuum, & quàm omnem domum ejus, & præcepit mihi ut eſſem dux ſuper populum Domini in Iſraël, & ludam, & vilior fiam pluſquàm factus ſum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis de quibus locuta es, glorioſior apparebo.* Adeſſe debemus Proceſſioni corporis Chriſti in ſpiritu adorationis & ſacrificii, ſicut David proſequebatur Arcam Domini in Jeruſalem, & cùm progreſſi eſſent ſex paſſus qui eam portabant, bovem & arietem Deo immolabat. Cor contritum, vitulos labiorum noſtrorum, *Sacrificium humilitatis & laudis,* S. Auguſt. *in ara cordis, igne fervidæ caritatis* Deo immolemus. Adeſſe debemus in ſpiritu gratiarum actionis pro beneficiis à Deo nobis totique Eccleſiæ corpori, per Sanctiſſimum Sacramentum collatis. *Gratias Deo ſuper* 2. Cor. 9. 15. *inenarrabili dono ejus.* Adeſſe debemus Proceſſioni in ſpiritu ſatisfactionis, ut devotione noſtra compenſemus injurias quas Chriſtus Dominus in Sanctiſſimo Sacramento ſuſtinet ab infidelibus, impiis, hypocritis, & ſacrilegis. Ne Philiſtæos imitemur, qui Arcam Do- 1. Reg. 5. mini in templum Dagon intulerunt, & juxta idolum poſuerunt, ac propterea gravibus & pudendis ulceribus ſunt percuſſi. Dagon coram Arca corruat, confringatur. Cupiditas nobis dominans, peccatum in nobis regnans, amor creaturæ, cui relicto Creatore ſervimus, extinguatur, deſtruatur: Non à pravis ſolùm operibus manus abſtineant, ſed mens & voluntas à

pravis cogitationibus, conſiliis, & intentione peccati. *Invenerunt Dagon jacentem ſuper faciem ſuam in terra coram Arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum ejus abſciſſæ erant ſuper limen.* Corruant muri Jericho, Arca Domini in eorum circuitu circumlatâ, funditusque deleatur impia & ſuperba civitas, nihil de anathemate reſervetur, nullum ſuperſit peccati veſtigium. Mulieres modeſto cultu Proceſſionem proſequantur, nec in luxu & pompa veſtium, capitiſque ſuperbis ornamentis; per quæ hominibus placentes, Chriſto diſplicent. Procedant in ſolemni ſupplicatione ut *Sacerdotes pudicitiæ* decet; ornamentis Prophetarum & Apoſtolorum ſplendidæ, *Sumentes de ſimplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depicta oculos verecundia, & os taciturnitate, inſerentes in aures ſermones Dei, adnectentes cervicibus jugum Chriſti, veſtitæ ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, purpurâ pudicitiæ,* ut Deum habeant amatorem. Ornamenta ſua, decorem ſuum, in Chriſto uno collocent; non in mundo muliebri, aut formæ elegantia, ſed in Domino glorientur. Solis milites apud Ethnicos qui ſolem adorabant, coronam in capite geſtare recuſabant, dicentes ſolem eſſe coronam ſuam: *Statimque creditur Mithræ miles, ſi dejecerit coronam, ſi eam in Deo ſuo eſſe dixerit.* Non ſolem adoramus, ſed Chriſtum qui *in ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Ejus milites per baptiſmum initiati ſumus: omne ergo ſuperbiæ ſignum abominemur, & coronam noſtram ac gloriam in Chriſto Domino ac Deo noſtro eſſe profiteamur.

Joſue 6.

Tertull. De cultu Femin.

Tertull. Lib. de Corona, Cap. 11.

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Homo quidam fecit cænam magnam, & vocavit multos.* Luc. xiv.

CUm Deus Judæos in deſerto Manna de cælo quotidie delapſo, & omnem ſaporem ſuavitatis habente reficeret, populus ingratus cœleſtem cibum faſti-



divit, carnes, piſces, pepones, cucumeres, porros, cepe, & allia Ægypti concupiſcens. *Anima noſtra arida eſt, nihil aliud conſpiciunt oculi noſtri niſi Man.* Res intoleranda Moyſi viſa eſt. Longè intolerabilius videri debet faſtidium Chriſtianorum, majoribuſque digna pœnis eorum negligentia, qui ad ſacrum convivium corporis & ſanguinis Chriſti ab ipſo Salvatore & Domino noſtro quotidie invitati, tam infrequenter ad illud accedunt, ſæculique voluptatibus malunt inebriari, quàm pane Angelorum refici; cùm tamen frequens Communio magnorum fons ſit & origo bonorum. (*Lib. 2. Tract. De Sacram. Euchar. Cap. 5. Art. 4.*) Euchariſtia panis quotidianus... Chriſtianis quoties ad Euchariſtiam accedunt, Paſcha eſt... Eorum negligentia arguitur, qui ſemel dumtaxat in anno, & ne tunc quidem cum debita præparatione ad ſacram communionem accedunt... Sic vivendum, ut quotidie Euchariſtiam ſumere mereamur... Receſſus à ſacra communione, quamvis ex metu & religione proficiſci videatur, ſæpius in laqueum & in ſcandalum cedit... Quibus ſalutaris ſit frequens communio?... Omnis dies Dominica eſt Paſcha Chriſtianorum... Euchariſtia cor Eccleſiæ, vita Chriſtiani... Quando & quomodo ad Chriſti corpus accedendum eſt? Eccleſiæ ſententia de frequenti Communione. (*Ibidem*) 1. Ad frequentem communionem Chriſti in nos amor & beneficentia invitant. 2. Ad frequentem communionem indigentia noſtra nos ſollicitat. *Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.* Panis noſter corpus Chriſti eſt; panis enim materialis non ita noſter eſt, ut non ſit etiam Gentilium, Judæorum, imò & brutorum animalium. *Panis vitæ Chriſtus eſt* (inquit Cyprianus) *& panis hic omnium non eſt, ſed noſter eſt: & quomodo dicimus, Pater noſter, quia intelligentium & credentium pater eſt; ſic & panem noſtrum vocamus; quia Chriſtus no-*

Num. 11.

Pſal. 101.

S. Cyprian. Tract. de Orat. Dominic.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ſter (qui corpus ejus contingimus) panis eſt.* Et ſicut gramen exareſcit, ſi per multos dies pluviâ non perfundatur, radiiſque ſolis interim uritur; ſic anima noſtra, niſi pane ſuo, Chriſti ſcilicet corpore frequenter reficiatur, æſtu concupiſcentiæ identidem vexata & exuſta, ſenſim contabeſcit, exareſcit, in peccatum incidit. Jeruſalem à Nabuchodonoſore Babylonis Rege capta eſt, quia *Prævaluit fames in civitate, & non erat panis populo terræ. Et omnes viri bellatores nocte fugerunt in hortum Regis, & fugit Rex Sedecias ad campeſtria ſolitudinis*, & comprehenſus ab exercitu Chaldæorum, vinctus & excæcatus, ad Babylonem abductus eſt. Cor hominis Chriſtiani à diabolo, qui Rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ, obſidetur. Si panis cor hominis confirmans deficiat, ſi corporis Chriſti communio negligatur, fugiet interim infelix homo ad *hortum Regis*, id eſt ad ſæculi voluptates, & ad *campeſtria ſolitudinis*, id eſt, ad viam latam, quæ ducit ad mortem, capietur ab hoſte, vincietur, excæcabitur. 4. Reg. 25.

II. Veruntamen frequens communio non eſt illis permittenda, qui vel in peccata mortalia ſæpe labuntur, vel ab affectu peccatorum venialium liberi non ſunt & immunes (*Lib. 2. Tract. de Sacram. Euchar. Cap. 5. Art. 4. Regula 1.*) Qui otiosè & inutiliter edit corpus Chriſti, contriſtat Spiritum Sanctum. (*Ibid.*) Sancti eſſe debent qui ad Euchariſtiam frequenter accedunt. (*Ibidem.*) Commotio quævis adverſùs proximum, vel leviuſcula, quâ ſabbatum cordis turbatur, impedimentum eſt ex decentia & decoro Sacerdotem à ſacroſancti ſacrificii oblatione, Fideles reliquos à ſacra communione prohibens, quo die ipſis contigit. (*Ibidem, Regula 2.*) Communio frequens iis tantùm permittenda eſt, qui vehementi deſiderio corpus Chriſti percipiendi, & eo quidem ex caritate profecto, ſunt incenſi (*Ibidem, Regula 3.*) Quamvis actualis devotio ad communionem plenè fructuoſam ſit neceſſaria; ſen-



ſibili tamen devotione ad frequentem communionem non eſt opus (*Ibidem, Regula 4.*) Mundanis curis occupati, rariùs ad ſacram communionem accedere debent, quàm illi qui ſpiritualibus tantùm ſtudiis ſunt intenti. (*Ibid. Regula 5.*) Qui in mortale aliquod peccatum lapſi ſunt, ſtatim ad ſacram communionem accedere non debent, quamvis contriti & confeſſi; ſed per aliquod tempus pœnitentiam agere, antequam ad ſacram Menſam accedant; & cibari pane lacrymarum, priùs quàm panem deguſtent Angelorum. (*Ibid. Regula 6.*) Frequens communio in iis qui meliores propterea non evadunt, & nullum ex ea referunt fructum ſpiritualem, & in iis qui ſæculariter vivunt, & mundi pompas, voluptates, & ſpectacula conſectantur, non eſt ſignum prædeſtinationis (*Ibidem, Regula 7.*)

III. Ad frequentem communionem duæ præſertim diſpoſitiones neceſſariæ ſunt, in Paſchalis Agni convivio & manducatione adumbratæ. 1. *Cum feſtinatione* ſacrum Euchariſtiæ epulum ſumendum eſt, hoc eſt, cum ferventi deſiderio, ita ut ſapiat tibi, & appetas illud ſecundùm interiorem hominem. Non enim oberit, ſi fortaſſis exterior homo torpeat, & malè affectus, & indiſpoſitus ſit. Nam ſi voluntatem habes peccata omnia, & quicquid divino noveris honori, veriſque virtutibus repugnans, pro viribus, & quantùm ſcire licet, vitare paratam: ſi, inquam, illius propoſiti es, talemque te intus non fallaciter ſentis: ſi præterea peccandi occaſiones extrinſecùs fugis: ſi tandem virtutum actibus juxta Eccleſiæ ſanctæ & ſtatus tui conſtitutionem foris incumbis, ſalubriter accedis; nec ſine devotione multa, etiamſi exterior homo admodum frigidus, torpidus, indevotus ſit. Si verò voluntas recta non fuerit, parum contulerit tibi. 2. Cibus cæleſtis, corpus Agni immaculati comedi debet *cum lactucis agreſtibus*, quæ amaram pro peccatis contritionem ſignificant, & internam in meditatione paſſionis Chriſti compaſſionem, ita ut ad honorem il-

Exod. 12.

Taulerus Serm. Dom. post Octav. Paſc.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» lius ipſe quoque vitam rigidam & pœnitentem agas.
» Hæc autem pœnitentia primò quidem in afflicto, pœ-
» nis affecto, & patiente corpore, in cibi potuſque ſub-
» tractione, in aſperioris veſtimenti ſtratique durioris uſu,
» in jejuniis & vigiliis conſiſtit. Deinde ac præſertim in
» mortificatione interiori, & impreſſione paſſionis Chri-
» ſti in Anima & facultatibus ipſius, ut interior homo
» Chriſto confixus ſit in cruce, & *triſtis uſque ad mortem*,
» ut mundo, ubique mortuus, uni Chriſto vivas, ſenſuum
» voluptates & oblectamenta tibi ipſi interdicendo, vanam
» repudiando complacentiam, concupiſcentias & deſideria
» noxia reſtringendo, propriam conculcando voluntatem,
» omnem denique propriam prudentiam & exiſtimatio-
» nem funditus deſerendo. Hæc eſt vera paſſionis Chri-
» ſti meditatio, ſine qua cætera exercitia vix ullius pretii
» ſunt. Hac ratione puritas & munditia cordis acquiri-
tur, in qua ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum mi-
ra & magna operatur.

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos.* LUC XIV.

COena magna ad quam multos Chriſtus invitat, Regnum cælorum eſt, æterna beatitudo. Omnes homines vocati: *Vult* enim Deus *omnes ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, & , *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Servos ſuos, Apoſtolos ſuos miſit in mundum univerſum, ut Evangelium omnibus nationibus prædicarent, & horâ cœnæ invitatos vocarent. Omnibus media ſufficientia ſubminiſtravit ad ſalutem: Nemini gratiam negavit, ſaltem mediatam, quâ credere poſſet. Sol juſtitiæ omnibus ortus. Generalis gratiæ abundantia univerſum mundum rigat.

1. Tim. 2. 4. Joan. 1.



Nemini excuſatio ſuppetit de abnegato ſibi lumine veritatis. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 3. Parag. 20.*) Gratiam ſufficientem Chriſtus omnibus ſaltem offert. (*Ibid. Parag. 22.*) Præclarum habes ea de re *Sancti Hilarii* locum. Juſtorum nemini, urgente divinorum præceptorum obſervantiâ, deeſt gratia quâ poſſibilia fiunt. (*Ibid. §. 15.*) Chriſtianis omnibus urgente præcepto, gratia ſufficiens datur vel offertur. (*Ibid. Parag. 18.*) Peccatores nondum indurati, Gratia ſufficiente perſæpe donantur. (*Ibid. Parag. 19.*) Sacramenta, *Fontes Salvatoris*, omnibus patent, omnibus fluunt: Verbum Dei omnibus proponitur: Gratia omnibus offertur. *Parata ſunt omnia.* Vocamur opportuno tempore, *Hora cœnæ.* Moras ne afferamus: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Vocamur non ſolùm exteriùs per ſervos, per miniſtros Dei, per Evangelii Prædicatores, ſed ab ipſo Domino ad oſtium cordis noſtri per gratiam ſuam pulſante. *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Pulſanti ad januam cordis Domino aperite, vocem ejus audite, vocationi fideliter reſpondete. *Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra . . . Videte, fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrûm cor malum incredulitatis, diſcedendi à Deo vivo: ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ ejus uſque ad finem firmum retineamus.*

2. Cor. 6.
Apoc. 3. 20.
Pſal. 94. 7.
Hebr. 3. 12. 13. 14.

Ne afferamus excuſationes frivolas & inanes, ut illi qui à Patre-familias ad convivium fuerant invitati. *Et cœperunt omnes ſimul excuſare.* « Offert Deus quod rogari debuit; « non rogatus dare vult quod vix ſperari poterat « quia dignaretur largiri poſtulatus, & tamen con- « temnitur; contemptoribus verò paratas refectionis æter- « næ delicias denunciat, & tamen ſimul omnes excuſant. «

S. Greg. M. Hom. 36. in Ev.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» Si quiſpiam Potens ad invitandum pauperem mitteret,
» rogo vos, quid pauper ille faceret, niſi de ſua invitatione
» gauderet, reſponſum humile redderet, veſtem mutaret,
» ire quantocyus feſtinaret, ne prior ſe ad Potentis convi-
» vium alter occurreret? Homo dives invitat, & pauper
» occurrere feſtinat: ad Dei invitamur convivium, & ex-
» cuſamus.

*Primus dixit, Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excuſatum.* Divitiarum amor, & inde naſcens ſuperbia, dominandique ambitio, ſalutis impedimenta ſunt, bonorum cæleſtium faſtidium ingenerant, totum præripiunt occupantque tempus quod bonis operibus, & meritorum congregando theſauro debet impendi. *Retinacula ſunt iſta ſpei noſtræ*, (inquit Tertullianus.) Non eſt quòd competere quiſquam, aut non obeſſe divitias religioni putet. *Impedimenta hæc ſunt, non adjumenta: onera, non ſubſidia*, (ait Salvianus,) *Væ vobis divitibus, quia habetis conſolationem veſtram*, ideo conſolationem futuræ vitæ non curatis. *Amen dico vobis*, inquit Chriſtus, *quia dives difficilè intrabit in Regnum cælorum. Et iterum dico vobis: Faciliùs eſt camelum per foramen acûs tranſire, quàm divitem intrare in Regnum cælorum.* Fidei veritas eſt, quam Apoſtolus confirmat: *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas.* Divitiarum vermis ſuperbia,

*Tertull. De cultu Femin.*
*Salvian. Lib. 1. ad Eccleſ. Cathol.*
*Luc. 6. 24.*
*Matt. 19. 24.*
*1. Tim. 6.*

» & dominationis appetitus. *Villam emi.* In villa empta,
» dominatio notatur: ergo ſuperbia caſtigatur. Habere
» enim villam, tenere, poſſidere, homines ſibi in illa ſub-
» dere, dominari delectat. Quid eſt dominari, niſi pro-
» pria poteſtate gaudere? Primus homo dominari voluit,
» qui dominum habere noluit. Eſt major poteſtas, illi ſub-
» damur, ut tuti eſſe valeamus. Superbia divitum ad cæ-
» leſte convivium venire dedignatur: ideo ſubdit Apoſto-

*S. Auguſt. Serm. 33. alias 17. De Verb. Dom.*



lus: *Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto divitiarum.* Cùm enim in multitudine divitiarum ſuarum confidunt, & prævalent in vanitate ſua, neceſſitatem ſibi faciunt ex cupiditatibus ſuis: cùm una ſit illas domandi, & deſiderio beatitudinis æternæ, quæ Deus eſt, illas ſacrificandi neceſſitas, *Porrò unum eſt neceſſarium.*

*1. Tim. 6. 17.*
*Luc. 10. 42.*

*Et alter dixit: juga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excuſatum.* Quinque ſenſuum ac mentis curioſitas, terrenæ occupationes, ac ſæcularia negotia, quibus homines ſunt illigati, impedimentum ſunt alterum ſalutis æternæ. Hæc ſcilicet animales homines impediunt ne percipiant quæ Dei ſunt, ne de futuræ vitæ bonis, & Chriſtianæ vitæ officiis ſeriò cogitent, ne ad cæleſte convivium ſe præparent, & horâ datâ properent. Hæc juga ſunt homines carnales ad terram inclinantia: hujuſmodi jugo gravati, terram reſpiciunt, terram verſant, cogitationes & affectus in terrenis rebus penitus defigunt, quaſi propter cæleſtis gloriæ poſſeſſionem à Deo conditi non eſſent. Senſibus, non fide ducuntur; ideo ſecundùm hominem, non ſecundùm Deum vivunt. *Quinque juga boum, ſenſus carnis hujus ... Quare boum dicuntur juga? Quia per ſenſus iſtos carnis terrena requiruntur. Boves enim terram verſant. Sunt autem homines remoti à fide, terrenis dediti, carnalibus occupati: nolunt credere aliquid, niſi ad quod ſui corporis ſenſu quinquepartito perveniunt. In eis quinque ſenſibus totius voluntatis ſibi regulas ponunt.* Ideo à cœna Domini adeunda ſe excuſant. *Rogo te habe me*

*S. Auguſt. Serm. 33. alias 17. de Verbis Dom.*

*excuſatum.* Dum dicit, *Rogo te*, & tamen venire con- «
temnit, humilitas ſonat in voce, ſuperbia in actione. «
Nam dum cuilibet perversè agenti dicimus; Conver- «
tere, Deum ſequere, mundum relinque, nonne hunc ad «
Dominicam cœnam vocamus? Sed cùm reſpondet, «
Ora pro me, quia peccator ſum, hoc facere non poſſum: «
quid aliud agit, niſi & *rogat & excuſat? Dicens nam-* «

*S. Gregor. M. Hom. 36.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*que, Peccator ſum, humilitatem inſinuat: ſubjungens autem, Converti non poſſum, ſuperbiam demonſtrat. Rogando ergo excuſat, qui & humilitatem ſuperinducit in voce, & ſuperbiam exercet in actione.*

*Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* Concupiſcentia carnis, voluptas, vita mollis & effeminata, mulierum impudicus amor, plurimos à cœna cæleſti impediunt. Qui voluptates & delicias carnis ſectantur, non ſimpliciter ſe excuſant à cœna ad quam vocantur, ſed impotentiam ſuam cauſantur: *Non poſſum venire.* Cæcitas enim mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror vel deſperatio futuri, quæ luxuriæ filiæ ſunt, junctis cum matre viribus impudicos impediunt ne ad cœnam cæleſtem veniant. *(Lib. 3. Tract. de peccatis, C. 1. de Luxuria, Art. 4.)* Caro quidem infirma; vana tamen eorum excuſatio, qui dicunt: *Non poſſum venire.* Caro terrena, ſpiritus cæleſtis. Caro infirma, ſpiritus fortis, ſi Deo adhæreat, qui fortitudo ejus eſt.
Tertull. lib. 1. ad Uxorem cap. 4. *Cur ergo ad excuſationem proniores, quæ in nobis infirma ſunt, opponimus: quæ vero fortia, non tuemur? Cur cæleſtibus terrena non cedant? Si ſpiritus carne fortior, quia & generoſior, noſtrâ culpâ inferiorem*
» *ſectamur.* Qui dicit, *Uxorem duxi, & ideo non poſſum*
» *venire,* carnem amplexatur, carnis voluptatibus jucun-
» datur, à cœna excuſatur: Obſervet ne fame interiore
1. Joan. 2. 15. » moriatur. *Nolite diligere mundum, nec ea quæ in*
» *mundo ſunt,* inquit Sanctus Joannes. Non dixit, No-
» lite habere; ſed Nolite diligere. Habuiſti, poſſediſti,
S. Auguſt. Serm. 111. » dilexiſti. *Amor rerum terrenarum, viſcum eſt ſpirita-*
» *lium pennarum.* Ecce concupiſti, hæſiſti. Quis dabit
» tibi pennas ſicut columbæ? Quando volabis ut verè re-
» quieſcas? Quando hîc ubi malè hæſiſti, perverſè requieſ-
» cere voluiſti? *Si quis dilexerit mundum, non eſt caritas Patris in illo. Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, &*



*ſuperbia vitæ.* Concupiſcentia carnis, *Uxorem duxi.* Concupiſcentia oculorum, *Juga boum emi quinque.* Superbia vitæ, *Villam emi.*

Si vanas excuſationes afferatis, quò minus ad cœnam cæleſtem veniatis, æternùm eſurietis: alii in veſtrum locum vocabuntur, ſicut vocati ſunt Gentiles in locum Judæorum. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus.* Matt. 21. 43.

*Tunc iratus Pater-familias, dixit ſervo ſuo: Exi citò in plateas & vicos civitatis: & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc.* Paupertas, debilitas, cæcitas, claudicatio, vitia morum ſignificant: ſicut ergo peccatores fuerunt, qui vocati venire noluerunt; ita peccatores ſunt, qui invitantur, & veniunt. Sed *peccatores ſuperbi reſpuuntur, ut peccatores humiles eligantur. Hos itaque elegit Deus, quos deſpicit mundus.* Pauperes ergo, & debiles, cæci & claudi vocantur, veniunt: quia infirmi quique atque in hoc mundo deſpecti, plerumque tantò celeriùs vocem Dei audiunt, quantò & in hoc mundo non habent ubi delectentur. Hujus rei figura fuit puer ille Ægyptius, viri Amalecitæ ſervus, qui Amalecitis poſt incendium Siceleg, circumquaque currentibus & prædantibus, æger remanſit in via, & fame ſitique deficiens à Davide inventus eſt qui ei cibum potumque dedit, eoque duce ad intercipiendos ac delendos Amalecitas uſus eſt. Convivantes repetit, & eos qui ipſum debilem in via reliquerant, magna fortitudine proſtravit. Amalecitæ carnalium hominum, mundumque diligentium figuræ ſunt, qui ſolis temporalibus delectantur, & prædam faciunt, dum lucra de alienis damnis colligunt. Puer Ægyptius qui æger in via relinquitur, figura eſt peccatoris, qui dum infirmari & deficere ab hujus mundi ſtatu cœperit, mox ſæcularibus mentibus in deſpectum venit. Hunc verus David invenit, eique cibum & potum præbet, quia Dominus *infirma mundi elegit, ut confundat*

1. Reg. 30. S. Gregor. 18. Hom. 36.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*fortia* : & plerumque eos qui ſequi mundum minimè valentes, quaſi in via remanent, ad amoris ſui gratiam convertit, eoſque verbi ſui cibo ac potu reficit : & quaſi duces ſibi in via eligit, dum ſuos etiam prædicatores facit. Dum enim Chriſtum peccatorum cordibus inferunt, quaſi David ſuper hoſtes ducunt. Convivantes Amalecitas quaſi gladio feriunt : quia ſuperbos quoſque, à quibus in mundo deſpecti ſunt, Domini virtute proſternunt. *Puer ergo Ægyptius, qui in via remanſerat, Amalecitas interficit : quia plerumque ipſi mentes ſecularium prædicando ſuperant, qui prius cum ſecularibus in hoc mundo currere non valebant.* Vacuum in cœna ſua locum non patitur Dominus, ideo ſervo renuncianti factum eſſe quod juſſerat, & adhuc locum ſupereſſe, ait : *Exi in vias & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.*

S. Gregor. M. ibidem. Qui mundi amore corrupti & illecebris ineſcati, conſilia ſua & deſideria frangi adverſante Mundo conſpiciunt, interdum ad Deum redire fœliciter compelluntur. Sæpe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes, aut longa ægritudine tabeſcunt, aut afflicti injuriis concidunt, aut percuſſi gravibus damnis affliguntur : & in Mundi dolore vident, quia nihil confidere de ejus voluptate debuerunt : Seque ipſos in ſuis deſideriis reprehendentes, ad Deum corda convertunt. De his

Oſee 2. 6. Dominus per Prophetam ait : *Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceriâ, & ſemitas ſuas non inveniet. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inveniet, & dicet : Vadam & revertar ad virum meum priorem : quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc.* Animam Mundi illecebris abſtractam & illectam, Mundi moribus implicatam, Deus miſericorditer reſpicit, & ejus voluptatibus amaritudines permiſcet. Unde ait : *Ecce ego ſepiam vias tuas*

S. Greg. ibid. *ſpinis.* Viæ enim noſtræ ſpinis ſeptæ ſunt, quando in hoc quod malè cupimus, dolorum punctiones inveni-



mus. *Et ſepiam eas maceriâ, & ſemitas ſuas non inveniet.* Viæ noſtræ maceriâ ſepiuntur, cùm deſideriis noſtris dura in hoc mundo impedimenta objiciuntur. Et ſemitas noſtras invenire non poſſumus, quia quod malè quærimus, adipiſci prohibemur. Sed hac ſalubri adverſitate urgetur anima, ut ad legitimum ſponſum redeat : *Et dicet, vadam & revertar ad virum meum priorem.* In terrenis deſideriis de impoſſibilitate fatigati, mentem ad Deum reducimus : Placere incipit quod diſplicebat ; cujus amara fuerant præcepta, repente dulceſcit in memoria : & peccatrix anima, quæ adultera conata eſt eſſe, nec tamen aperto opere potuit, decernit eſſe fidelis conjux. *Qui ergo hujus mundi adverſitatibus fracti, ad Dei amorem redeunt, atque à præſentis vitæ deſideriis corriguntur, quid niſi compelluntur ut intrent ?* Chriſto vocanti pareamus. Vocat per ſe, per Apoſtolos, per Paſtores, per Concionatores, per miracula, per flagella, per hujus mundi proſpera, per adverſa. Nemo contemnat, ne dum vocatus excuſat, cùm voluerit, intrare non valeat. *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.* Rebus igitur terrenis affectu renunciate. Si eas relinquere non poteſtis, ſic tenete, ut per eas non teneamini in mundo ; ut poſſideantur, non poſſideant. Sit res temporalis in uſu, æterna in deſiderio : ſit res temporalis in itinere, æterna deſideretur in perventione. Sit *Viaticum itineris, non illecebra manſionis.* Apo- S. Ambr.

ſtolum audite. *Tempus breve eſt : reliquum eſt ut qui* 1. Cor. 7.
*habent uxores, tanquam non habentes ſint : & qui flent, tanquam non flentes : & qui gaudent, tanquam non gaudentes : & qui emunt, tanquam non poſſidentes : & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur : præterit enim figura hujus mundi.* Uxorem habet quaſi non habens, qui ſic ſtudet placere conjugi, ut non diſpliceat Conditori. Flet tanquam non flens, qui ſic S. Greg. M.
temporalibus damnis affligitur, ut tamen de æternis lu-

eris ſemper animum conſoletur. Gaudet tanquam non gaudens, qui ſic de temporalibus bonis hilareſcit, ut tamen ſemper tormenta perpetua conſideret: & in hoc quòd mentem gaudio ſublevat, hanc continuo pondere providi timoris premat. Emit tanquam non poſſidens, qui & ad uſum terrena præparat, & tamen cauta cogitatione prævidet quòd hæc citiùs relinquat. Mundo tandem utitur, ſed quaſi non utatur, qui & neceſſaria cuncta exteriùs ad vitæ ſuæ miniſterium redigit, & tamen hæc menti ſuæ dominari non ſinit; ut ſubjecta foris ſerviant, & nunquam intentionem animi ad alta tendentis frangant.

---

## DOMINICA SECUNDA POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* Luc XV. 7.

Duo Sponſi ubera, duo in ipſo ſunt ingenitæ manſuetudinis argumenta: quòd & patienter exſpectat delinquentem, & clementer recipit pœnitentem. Gemina, inquam, dulcedo ſuavitatis exuberat in pectore Domini Jeſu, longanimitas in expectando, & in donando facilitas. MELIORA ſunt ubera tua vino. S. Bern. Serm. 9. in Cantica.

CUm multa ſint quæ nos ad agendam pœnitentiam excitare debent: illius ſcilicet neceſſitas, & utilitas: Duo tamen ſunt quæ nos præcipuè ad eam invitant, 1. Dei bonitas & Chriſti Jeſu miſericordia, peccatores quærentis, benignè recipientis, eiſque peccata omnia condonantis, ſi veram pœnitentiam agant. 2. Gaudium Angelorum ob pœnitentiam peccatoris.

Pœnitentia lapſis in mortale peccatum quovis tempore neceſſaria. (*Lib. 2. Tract. de Sacram. Pœnitentia, cap. 2. art. 3. propoſit. 3.*) Magni ſunt pœnitentiæ fructus. 1. Remiſſio omnium peccatorum. 2. Reatûs pœnæ æternæ abolitio. 3. Gratiæ & virtutum recuperatio. 4. Meritorum deperditorum reſtitutio. (*In eodem Tract. cap. 2. Propoſitionibus 1. 2. 3. & 4.*)

Matt. 18. 11. Luc. 9. 56.

1. Chriſti erga peccatores miſericordia. *Venit enim Filius hominis ſalvare quod perierat... Filius hominis*



*non venit animas perdere, ſed ſalvare.* Peccatores quærit ac benignè recipit, eos ad ſe trahit & appropinquare facit Salvator miſericordiſſimus, Medicus benigniſſimus. *Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores ut audirent illum.* Luc. 15. 1. Appropinquemus & nos ad Jeſum. Ægri ſumus, Medicum quæramus: cæci, ad lucem accedamus: ignari, ad Doctorem juſtitiæ, ad Veritatem ipſam properemus: miſeri peccatores, in ſinum miſericordiæ nos conferamus. Fide, oratione, verbi Dei meditatione, amore caſto ad Jeſum appropinquemus. Peccatores quærit pia ſollicitudine: invenit cum exultatione: portat miſericordiſſima compaſſione: recipit paterna caritate. Id oſtendit Chriſtus tribus parabolis propoſitis, ut Phariſæorum ſuperbiam refellat, murmurantium quòd peccatores ad colloquium & familiaritatem reciperet. *Murmurabant Phariſæi, & Scribæ dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Prima Parabola Paſtoris eſt. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam?* Centum oves, totam naturam rationalem, ex Angelis & hominibus conſtantem, SS. Patres interpretantur: Nonaginta novem in deſerto relictas, Angelos in cælis: Unam perditam ſive errantem, humanum genus. E cælo itaque deſcendit Dei Filius ut hominem errantem quæreret. *Venit Filius hominis quærere & ſalvum facere quod perierat.* Luc. 19. 10. Inventum hominem ſicut ovem errantem, & infirmam, quæ per ſe redire in ovile non poterat, *impoſuit in humeros ſuos gaudens*, noſtram naturam non ſolùm aſſumpſit, ſed *languores noſtros ipſe portavit* Iſai. 53. 4. (ait Propheta) Et alibi: *Sicut Paſtor gregem ſuum* Iſai. 40. 11. *paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit: fœtas ipſe portabit*: Idque cum gaudio, quaſi magnum bonum ſibi obtigiſſet. Iſto non gravatur onere, ſed lætatur: onus enim leve facit amor. *In-*

*ponit in humeros ſuo gaudens.* Lætatur, *ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores captâ prædâ, quando dividunt ſpolia.* Ovem ſcilicet, non alienam, ſed ſuam, à ſe conditam, ſanguine ſuo redemptam, ex faucibus lupi infernalis eripuit. *Dei Filius, propter unam morbidam ovem alapas, crucem, flagella ſuſtinuit: & ſuis humeris portavit ad cælum, bajulans & patiens delicatam peccatricem.* Gaudium ſuum de inventa ove cum amicis viciniſque ſuis communicat, id eſt, cum Angelis ſuis. *Et veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat.*

Iſai. 9.3.

S. Hieron. Epiſt. ad Pammach.

Altera parabola qua Chriſtus Jeſus ſuam erga peccatores miſericordiam contra Phariſæorum & Scribarum murmurationes vindicat, eſt Drachmæ perditæ, & inventæ: *Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat?* Angeli & homines drachmæ ſunt, Dei imagine inſignitæ. Drachmam unam perditam, ſcilicet hominem, Sapientia incarnata quæſivit diligenter, nihil prætermiſit ut eam inveniret. Fidei lucernam accendit, Religionis docuit Myſteria, Moralis ſanctiſſimæ tradidit præcepta, divinæ legis ac verbi Dei amorem hominibus inſpiravit: de quo ſcriptum eſt: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis:* domum everrit, mundavit Eccleſiam lavacro aquæ in verbo vitæ: non ſolùm à gravioribus, ſed etiam à levioribus ſordibus, à venialibus peccatis ipſam purgat in membris ſuis; ut tandem illam ſibi exhibeat glorioſam ſine macula & ſine ruga.

Pſal. 118.

Tertia parabola, quâ Dei & Chriſti ejus miſericordia erga peccatores commendatur, ex quâ fiducia noſtra ad veniam per pœnitentiam obtinendam excitatur, eſt Filii prodigi, cui ad Patrem redeunti pius pater occurrit, & complexus eſt eum, & ſtolâ primâ indui, annuloque ornari juſſit, & convivium inſtruxit ad ſignificationem gaudii ſui: *Quia hic filius ejus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus eſt.* Peccatori miſeriam ſuam cognoſcenti, peccatum & occaſiones peccati deſerenti, peccata ſua humiliter confitenti, gratiâ & miſericordiâ Dei indignum ſe agnoſcenti, occurrit Deus per gratiam adjuvantem, qui prævenit ipſum per gratiam excitantem. *Miſericordia tua præveniet me, & miſericordia tua ſubſequetur me:* Mittit in cor ejus Spiritum Sanctum ſuum, clamantem, *Abba (Pater)* ipſi reconciliatur, illum complectitur. Nuditatem ejus induit Chriſti juſtitiâ, meritis, virtutibus. Annulo manus ejus ornat, ſigillo divinæ adoptionis, pignore cæleſtis hereditatis, arrha promiſſionum magnarum, pretioſarum, æternarum: auxilia illi ſubminiſtrat, quibus in via mandatorum Dei facilè ambulet, quibus aſpidem, leonem & draconem conculcet, id eſt, dæmonem ejuſque tentationes ſuperet. Reconciliatum denique peccatorem ad ſanctum corporis & ſanguinis ſui ſacrificium & convivium admirabile recipit.



Pſal. 58.11.
Pſal. 22.6.

Optimo igitur conſilio tres iſtas parabolas ex ordine ſanctus Lucas retulit: ovis quæ perierat, & inventa eſt: drachmæ quæ perdita erat, & inventa eſt: filii qui erat mortuus, & revixit, ut triplici remedio revocati, vulnera noſtra curemus. *Deus Pater, Chriſtus Paſtor, mulier Eccleſia. Chriſtus te ſuo corpore vehit, qui tua in ſe peccata ſuſcepit; quærit Eccleſia, recipit Pater. Quaſi paſtor revehit, quaſi mater inquirit, quaſi Pater veſtit. Prima miſericordia, ſecunda ſuffragatio, tertia reconcilatio. Redemptor ſubvenit, Eccleſia ſuffragatur, Auctor reconciliatur. Ovis à Paſtore laſſa revocatur: drachma quæ perierat invenitur: ad patrem filius ſuis veſtigiis redit, & plenâ condemnati erroris regreditur pœnitentiâ. Gaudeamus igitur quoniam ovis illa quæ perierat in Adam, levatur in Chriſto. Humeri Chriſti, crucis brachia ſunt. Illic peccata depoſui . . . Dives Paſtor, cujus omnes nos centeſima portio ſumus. Ha-*

S. Ambr. l. 7. in Evang. S. Lucæ, N. 207. 208. 209. 210. 211. 212.

*bet Angelorum, habet Archangelorum, Dominationum, Poteſtatum, Thronorum, aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit, qui quoniam ſunt rationabiles, non immeritò hominum redemptione lætantur.* Non otioſum etiam quòd mulier drachmâ lætatur inventâ. Non mediocris hæc drachma eſt, in qua Principis eſt figura. Et ideo imago Regis, cenſus Eccleſiæ eſt. *Oves ſumus, oremus ut ſuper aquam refectionis nos collocare dignetur. Oves, inquam, ſumus, petamus paſcua: drachma ſumus, habeamus pretium: filii ſumus, feſtinemus ad Patrem. Ne vereamur quia acceptum ſpiritalis patrimonium dignitatis terrenis prodegimus voluptatibus, quod Pater in filios quem habebat theſaurum contulit. Fidei ſenſus numquam exinanitur: licèt totum dederit, totum habet;*
Sap. 1. 13. Pſ. 145. 1. *quia quod donavit, non amittit. Nec vereare ne te non recipiat:* Non *enim* delectatur Deus perditione vivorum: *etiam occurrens venienti tibi cadet ſupra collum.* Dominus *enim* erigit alliſos. *Oſculum dabit, quod eſt pignus pietatis & amoris, ſtolam, annulum, calceamenta proferri jubebit. Tu adhuc injuriam metuis, ille reſtituit dignitatem: tu ſupplicium vereris, ille oſculum defert: tu convitium, adornat ille convivium.*

II. Ad pœnitentiam agendam nos invitat gaudium Angelorum ob pœnitentiam & converſionem peccatoris. *Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* Chriſto gaudente quid non congaudeant cæleſtes Spiritus illi ſummo amore
Venerab. Beda. adhærentes? *Congratulamini mihi* (inquit) Non ait, Congratulamini ovi inventæ, ſed, mihi, quia *ejus gaudium eſt vita noſtra; & cum ad cælum reducimur, ſolemnitatem lætitiæ illius implemus.* Gaudium Angelorum, lacrymæ & converſio peccatorum, quòd ruinas ſuas eorum converſione reſtaurari videant. Gaudent ex caritate quâ homines proſequuntur. Gaudent ob



ob miniſterii ſui, directionis, cuſtodiæque ſuæ fructum. *Omnes enim ſunt adminiſtratorii Spiritus in miniſterium* Hebr. 1.
*miſſi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis.* Victoriæ noſtræ de diabolo per Chriſti gratiam reportatæ applaudunt, pro nobis Deo gratias agunt, noſque ad gratias immortales illi agendas excitant, ut Raphaël Archangelus utrumque Tobiam. *Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitemini illi, quia fecit Vobiſcum miſericordiam ſuam.* Hoc certè nos ad pœnitentiam agendam excitare maximè debet, quòd converſionem noſtram Angelis gaudium creare credamus, quorum affectare patrocinium, vereri debemus offenſam.

Non ſolùm gaudium eſt in cælo de converſione peccatoris, ſed majus *gaudium ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia.* Ratio eſt, quia lapſi per pœnitentiam ſæpe ferventiores, cautiores, & humiliores reſurgunt, ut explicat S. Gregorius M. Hom. 34. in Evangelia, cujus locum habes *Lib. 2. Theologiæ noſtræ, Tract. de Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 2. Propoſit. 3.* Majus gaudium eſt Chriſti & Angelorum de uno pœnitente, quàm de nonaginta novem juſtis quibus non eſt opus pœnitentiâ. Sic ampliùs delectatur anima inventis aut redditis rebus quas diligit, quàm ſi eas ſemper habuiſſet. *Triumphat victor Imperator, & non viciſſet, niſi pugnaviſſet: & quantò* S. Auguſt. Lib. 8. Confeſſ. Cap. 3.
*majus periculum fuit in prælio, tantò eſt gaudium majus in triumpho. Jactat tempeſtas navigantes, minaturque naufragium, omnes futurâ morte palleſcunt: tranquillatur cælum & mare, & exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Æger eſt carus, & vena ejus malum renunciat; omnes qui eum ſalvum cupiunt, ægrotant ſimul animo: fit ei rectè & nondum ambulat priſtinis viribus, & fit jam tale gaudium, quale non fuit, cum antea ſalvus & fortis ambulabat. Ita gau-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*dium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia.*

Sicut gaudent Angeli de pœnitentia peccatoris, ita de illius impœnitentia aut falſa pœnitentia contriſtantur. Vera converſio non eſt ſine Dei amore ſaltem inchoato. (*Lib. 2. Tract. de Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 4. Art. 3. Propoſitione 7. & Art. 7. Regulis. 1. & 4. 6. & 7.*) Veræ contritionis & ſinceræ converſionis indicia. (*Ibid. Regula 7.*) Veram & ſinceram pœnitentiam non agunt, quæ Angelis gaudium pariat, qui pro peccatorum ſuorum gravitate congruam ſatisfactionem Deo non exhibent. (*Lib. 2. Tract. de Sacramento P nitentiæ, Cap. 6. Art. 2. Propoſit. 1.*) Timete & cavete, ne diabolo potiùs quàm Angelis gaudium afferatis, peccando, aut in peccatis perſeverando, vel falſam pœnitentiam agendo: *Ut denuo malus recuperatâ prædâ ſuâ adverſus Dominum gaudeat.* Pœnitentiæ compenſatione redimendam impunitatem Dominus proponit. *Si ergo qui vendicant, prius nummum quo paciſcuntur examinant, ne ſcalptus, neve raſus, ne adulter: Etiam Dominum credimus pœnitentiæ probationem prius inire; tantam nobis mercedem, perennis ſcilicet vitæ conceſſurum.... Furto quidem aggredi, & Præpoſitum hujus rei* (Sacerdotem ſcilicet Confeſſarium) *aſſeverationibus tuis circumduci facile eſt. Sed Deus theſauro ſuo providet, nec ſinit obrepere indignos.* Tertull. Lib. de Pœnit.



## DOMINICA III. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: In verbo autem tuo laxabo rete.* Luc. v. 5.

HOmo natus ad laborem, ſicut avis ad volatum. Laborant boni & mali in hoc mundo; ſed animo ac ſorte diſpari. Boni interdiu & in luce fidei: Mali in tenebris infidelitatis, errorum & peccatorum. Boni cum gaudio: Mali cum mœrore & moleſtia. Boni fructuoſè: Mali ſteriliter & inaniter. Laborandum ut aliquando beati ſimus; ſed ne ſit inanis labor noſter, 1. Debemus laborare in luce fidei. *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* 2. Laborare debemus in præſentia & verbo Chriſti. *In verbo tuo laxabo rete.* 3. Imitari debemus humilitatem S. Petri. *Exi à me, quia homo pecc or ſum, Domine.*

I. Nullum opus æternæ vitæ meritorium ſine fide fieri poteſt. (*Lib. 1. Quæſt. 1. Art. 4.*) Infidelium voluntas arbor mala. *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.* Quamvis omnia infidelium opera non ſint peccata; imò quædam eorum opera Deo placeant, quatenus officio bona ſunt; ipſi tamen infideles Deo propterea non placent. *Magni eorum curſus, ſed extra viam* (inquit S. Auguſtinus.) Chriſtiani ipſi inutiliter laborant, niſi ex fide bonum operentur. *Intentio bonum opus facit; intentionem fides dirigit... Si oculus tuus nequam eſt* (ait Chriſtus) *totum corpus tuum tenebroſum erit: Si autem oculus tuus ſimplex eſt, totum corpus tuum lucidum erit.* Hunc oculum agnoſce intentionem, quâ facit quiſque quod facit, & per hoc diſce eum *Qui non facit opera bona intentione* Matth. 6.

*dium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia.*

Sicut gaudent Angeli de pœnitentia peccatoris, ita de illius impœnitentia aut falſa pœnitentia contriſtantur. Vera converſio non eſt ſine Dei amore ſaltem inchoato. ( *Lib. 2. Tract. de Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 4. Art. 3. Propoſitione 7. & Art. 7. Regulis. 1. & 4. 6. & 7.* ) Veræ contritionis & ſinceræ converſionis indicia. ( *Ibid. Regula 7.* ) Veram & ſinceram pœnitentiam non agunt, quæ Angelis gaudium pariat, qui pro peccatorum ſuorum gravitate congruam ſatisfactionem Deo non exhibent. ( *Lib. 2. Tract. de Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 6. Art. 2. Propoſit. 1.* ) Timete & cavete, ne diabolo potiùs quàm Angelis gaudium afferatis, peccando, aut in peccatis perſeverando, vel falſam pœnitentiam agendo : *Ut denuo malus recuperatâ prædâ ſuâ adverſus Dominum gaudeat.* Pœnitentiæ compenſatione redimendam impunitatem Dominus proponit. *Si ergo qui venditant, prius nummum quo paciſcuntur examinant, ne ſcalptus, neve raſus, ne adulter : Etiam Dominum credimus pœnitentiæ probationem prius inire ; tantam nobis mercedem, perennis ſcilicet vitæ conceſſurum. . . . Furto quidem aggredi, & Præpoſitum hujus rei* (Sacerdotem ſcilicet Confeſſarium) *aſſeverationibus suis circumduci facile eſt. Sed Deus theſauro ſuo providet, nec ſinit obrepere indignos.*

*Tertull. Lib. de Pœnit.*



## DOMINICA III. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus : In verbo autem tuo laxabo rete.* Luc. v. 5.

HOmo natus ad laborem, ſicut avis ad volatum. Laborant boni & mali in hoc mundo ; ſed animo ac ſorte diſpari. Boni interdiu & in luce fidei : Mali in tenebris infidelitatis, errorum & peccatorum. Boni cum gaudio : Mali cum mœrore & moleſtia. Boni fructuoſè : Mali ſteriliter & inaniter. Laborandum ut aliquando beati ſimus ; ſed ne ſit inanis labor noſter, 1. Debemus laborare in luce fidei. *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* 2. Laborare debemus in præſentia & verbo Chriſti. *In verbo tuo laxabo rete.* 3. Imitari debemus humilitatem S. Petri. *Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine.*

I. Nullum opus æternæ vitæ meritorium ſine fide fieri poteſt. ( *Lib. 1. Quæſt. 1. Art. 4.* ) Infidelium voluntas arbor mala. *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.* Quamvis omnia infidelium opera non ſint peccata ; imò quædam eorum opera Deo placeant, quatenus officio bona ſunt ; ipſi tamen infideles Deo propterea non placent. *Magni eorum curſus, ſed extra viam* ( inquit S. Auguſtinus. ) Chriſtiani ipſi inutiliter laborant, niſi ex fide bonum operentur. *Intentio bonum opus facit ; intentionem fides dirigit . . . Si oculus tuus nequam eſt* ( ait Chriſtus ) *totum corpus tuum tenebroſum erit : Si autem oculus tuus ſimplex eſt, totum corpus tuum lucidum erit.* Hunc oculum agnoſce intentionem, quâ facit quiſque quod facit, & per hoc diſce eum *Qui non facit opera bona intentione* Matth. 6.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*fidei bonæ, hoc eſt, ejus quæ per dilectionem operatur, totum quaſi corpus quod illis, velut membris, operibus conſtat, tenebroſum eſſe, hoc eſt, plenum nigredine peccatorum.* In Petri navim aſcendendum, in eaque manendum, ut ſit utilis labor. Extra Petri navim, extra Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ communionem, nullum opus vitæ æternæ meritorium eſt. Infideles, Hæretici, Schiſmatici, quantumcumque laborent pro beatitudine conſequenda, nihil capiunt. Moribus licèt ſint aliàs integris, nemini injuriam faciant, caſtimoniâ, temperantiâ, manſuetudine, patientiâ ſint inſignes; multùm orent; largas eleemoſynas pauperibus erogent: Inanis eſt eorum labor extra Petri navim; in qua Jeſus turbas docet quidquid credendum & agendum eſt ad vitam æternam conſequendam. *Aſcendens autem in unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens docebat de navicula turbas.* Hæc *Schola* eſt *unitatis, in quâ* Chriſtus *poſuit cathedram veritatis.* Ad unitatem Eccleſiæ caput viſibile neceſſarium eſt, ſcilicet Romanus Pontifex S. Petri ſucceſſor. (*Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 10. §. 7.*) Quod Chriſtus ſignificavit *Aſcendens in unam navim, quæ erat Simonis,* ex qua *Sedens docebat turbas.* Iſta navis fide pura, ſpe firma, caritate perfectâ à terrâ ſubducitur, in altum ducitur. *Duc in altum.* In hac navi ad imperium Chriſti & Vicariorum ejus retia verbi divini jacimus in capturam piſcium omnis generis. Nulla enim miſſio legitima eſt, niſi quæ à Chriſto per ejus Vicarios derivatur, quorum continua ſucceſſio Eccleſiæ veritatem probat. In hac Eccleſia, non in ſchiſmaticis ſocietatibus & conventiculis, communio ſanctorum eſt. *Et annuerunt ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt.* (De Sanctorum communione, vide loco citato Theologiæ noſtræ, §. 10.) Chriſti protectione & præſentiâ ſervatur hæc navis, ne mer-



gatur, Hæreticis, Schiſmaticis, malis Miniſtris, Chriſtianis criminoſis retia rumpentibus. *Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum.* Hæretici, fidei puritatem violando; Schiſmatici, ſcindendo Eccleſiæ unitatem; mali Miniſtri, contemnendo ejus auctoritatem, & hierarchicum ordinem; Chriſtiani criminoſi, ſanctiſſimam ejus diſciplinam, & Baptiſmi ſui promiſſa violando, retia rumpunt & lacerant. *Rumpebatur autem rete eorum.* Eccleſiæ periculis Chriſtus proſpicit, ac ſuccurrit Vicariis ſuis illius Rectoribus, ſucceſſoribus Petri, qui auctoritate ab illo ſibi commiſsâ fidei dogmata contra hæreticos definiunt, unitatem Eccleſiæ contra ſchiſmaticos tuentur, hierarchium ordinem conſervant, Morum diſciplinam ſanciunt. His ſcilicet in perſona Petri à Chriſto dictum eſt: *Duc in altum*; Hoc eſt, *in pro-* *Lib. 4. in*
*fundum diſputationum*; ut explicat S. Ambroſius. Non *Luc. c. 5.*
multis, ſed uni Eccleſiæ totius per navim ſignificatæ Gubernatori & Capiti viſibili dictum eſt: *Duc in altum:* Ut fidei morumque doctrinam in Scriptura Sacra & Traditione velut in profundo & vaſto Mari latentem, adverſus hæreſes & Moralis Chriſtianæ corruptelas declaret, definiat, ac fidelibus omnibus proponat. *Re-* *Iſai. 11. 9.*
*pleta eſt terra ſcientiâ Domini, ſicut aquæ maris operientes.*

II. In Chriſti verbo laborare debemus, alioqui labor noſter inanis eſt, opera ad ſalutem inutilia. Qui mundo ſerviunt, ambitioſi, avari, libidinoſi, aliiſve cupiditatibus dediti, nihil capiunt, niſi umbras, momentaneas voluptates, inquieti animi dolorem, conſcientiæ anxietatem, laſſitudinem, æternos cruciatus. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum ape-* *Pſal. 7.*
*ruit, & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet.* Erit aliquando cùm dicent: *Ambulavimus vias difficiles, laſſati ſumus in* *Sap. 5. 7.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*via iniquitatis & perditionis.* De illis Spiritus Sanctus per os Iſaiæ ait : *Telas araneæ texuerunt ... Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis : Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum .... Confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates, conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.* Hypocritæ, & quicumque propter Deum non laborant, quicumque in operibus ſuis aliud quàm Dei gloriam quærunt, qui aliud quàm magnifica & pretioſa ejus promiſſa ſpectant, in Chriſti verbo retia non laxant : ideo nihil merentur, nihil capiunt, vitæ æternæ præmium non conſequuntur, *Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent.* Omne opus quod virtuali ſaltem intentione in Deum non refertur, malum eſt. ( *Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Regula 57.* ) Rectæ intentionis in omnibus operibus noſtris neceſſitas. ( *Ibidem Regula 58.* ) Id in aliâ piſcatione diſcipulorum ſuorum poſt Reſurrectionem ſuam Chriſtus ſignificavit, cùm juſſit ut *in dextram navigii* retia mitterent. Quid enim dextera, niſi ſancta & cœleſtis intentio ? Quid ſiniſtra, niſi intentio prava & terrena ? In ſiniſtra laborioſa & inanis piſcatio : In dextera plurimi magnique piſces capti ſunt. Qui ergo omnia opera ſua propter Deum facit, magna merita comparat, æterna præmia conſequitur. Deus enim in verbis ac promiſſis ſuis fidelis eſt. Si fideles ſimus ut impleamus quod præcepit, fidelis eſt ut reddat nobis quod promiſit. In verbo igitur Chriſti retia laxemus, corda noſtra per caritatem dilatemus, quodcumque poſſumus ad Dei gloriam & honorem, & ad ſanctificationem noſtram faciamus, non perfunctoriè, ſed diligenter; non remiſſâ, ſed ferventiſſima caritate, ut fœlicior ſit piſcatio noſtra. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum. Cordis dilatatio, juſtitiæ eſt delectatio. Hoc munus eſt Dei, ut in præceptis ejus non timore pœnæ anguſte-*

Iſai. 59. 4. 5. 6. — Oſee 8. 7. — Joan. 21. — Pſal. 118. 32. — Rom. 5. 5.



*mur, ſed dilectione & delectatione juſtitiæ dilatemur. Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis. In hac diffuſione latitudo eſt, in qua ſine anguſtiis via quoque ambulatur anguſta, donante illo cui dictum eſt : Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea.* Latum eſt ergo mandatum caritatis, quo corda dilatantur, quo retia laxata in capturam ſummum, infinitum, æternumque bonum, ſcilicet Deum ipſum, piſcantur.

III. Ut opera noſtra fructuoſa ſint, imitari debemus humilitatem S. Petri, Dei gratiam in nobis agnoſcere, non merita noſtra : Attendere quòd ejus beneficentiæ debemus, quicquid boni agimus : Conſiderare quòd peccatores ſumus, & nos coram Deo humiliare, quantumcumque in via Chriſtianæ perfectionis proficere videamur : Quia revera *Nullum eſt peccatum quod facit homo, quod non poſſit facere & alter homo, ſi deſit Rector à quo factus eſt homo.* Sic S. Petrus miraculum à Chriſto Jeſu patratum videns in piſcatione ejus juſſu factâ, procidit ad genua Jeſu dicens : *Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine. Exi à me,* quia ego homo purus, tu homo Deus; ego peccator, tu ſanctus; ego ſervus, tu Dominus. Separet te locus à me, quem ſeparat à te fragilitas naturæ, vilitas culpæ, infirmitas potentiæ. De Dei donis ac beneficiis, de bonis quæ in nobis ſunt aut à nobis fiunt, ne extollamur, quoniam nihil noſtrum eſt. De divina miſericordia ne præſumamus. Juſtitiam ſemper timeamus, quia peccatores ſumus. *Ne dicas, Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius.* Eò magis nos peccatores agnoſcemus & palam confitebimur, quo propinquiores Chriſto erimus. Sic atomi innumeræ ſole irradiante conſpiciuntur. Sol Juſtitiæ Chriſtus in

Pſal. 17. 37. — S. Aug. Serm. 99. alias 21. ex Homil. 50. — Eccli. 5. 6. 7.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Petri navi radiabat: Quid mirum, ſi peccata ſua Petrus agnoſcebat: *Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine.* Non tamen timere debemus Deum ſervili timore, ſed timore caſto, ut filii; timore cum fiduciâ in Dei bonitate conjuncto. *Caritas* enim *foras pellit timorem* illum ſervilem; non timorem caſtum, qui permanet in ſæculum ſæculi. Animi demiſſione & humilitate & beneficia nobis à Deo collata ſervabimus, & nova atque majora obtinebimus. *Noli timere: ex hoc enim jam homines eris capiens.* Exemplo certè humilitatis noſtræ ac virtutum in ea fundatarum, homines capiemus, & ad Chriſti obſequium adducemus. Sic homines capiebat Paulus, cùm diceret: *Imitatores mei eſtote, fratres, ſicut & ego Chriſti.* Denique relictis omnibus, quæ nos à Chriſti comitatu & obſequio abſtrahunt, aut remorantur, illum ſequi debemus. *Et ſubductis ad terram navibus, relictis omnibus, ſecuti ſunt eum.* Omnibus mundi impedimentis, rebus omnibus temporalibus, affectu ſaltem renuntiare debemus, ſi Chriſti diſcipuli eſſe volumus. *Omnis ex vobis* (inquit) *qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Philipp. 3. 17.

Luc. 14. 33.

---

## DOMINICA IV. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in in Regnum cælorum.* Matth. v. 20.

Lib. de Spirit. & Litt. in Cap. 36.

CUm rectè judicaverit S. Auguſtinus, quòd *In ea qua perficienda eſt juſtitia multùm in hac vitâ ille profecit, qui quàm longè ſit à perfectione juſtitiæ, proficiendo cognovit:* Conſiderare ſeriò debemus quàm longè remoti ſimus à juſtitiæ Chriſtianæ perfectione,



qui ne Phariſaïcam quidem attigimus. Quis enim veſtrûm in oratione aſſiduè verſatur, bis qualibet hebdomadâ jejunat, uberes eleemoſynas erogat, luxum & voluptatem vitat, Dei legem præ oculis ſemper habet, ut Phariſæi & Legis Doctores apud Judæos? Et tamen, ait Chriſtus Dominus, Magiſter, & Legiſlator noſter: *Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum cælorum.* 1. Phariſæorum juſtitia ſimulata erat, & fucata: juſtitia Chriſtianorum ſincera & ſimplex eſſe debet. 2. Juſtitia Phariſæorum externa dumtaxat: Juſtitia Chriſtianorum interiorum ſimul & exterior eſſe debet. 3. Juſtitia Phariſæorum ſcrupuloſa erat minimorum præceptorum obſervatrix; maximorum verò neglectrix mandatorum: Chriſtiana juſtitia totam legem accuratè implet: magna præcepta obſervat, nec tamen minora negligit.

I. Hypocritarum ſimulata juſtitia... Hypocriſis quàm grave peccatum?... Hypocriſis exitiale Chriſtianæ vitæ malum.... Qui ſanctitatem ſimulant, duplici corde ſunt.... Eum ſolum intueri debet Chriſtianus homo, cùm rectè vivit, qui conſcientiæ ſolus inſpector eſt... Hypocritas octuplici maledictione Chriſtus percellit... Hypocriſis caracteres. (*Lib. 3. Tractatu de Peccatis, Cap. 5. Art. 17.*) Hypocritæ Chriſtianæ Religionis ſpiritum moribus ſuis evertunt. (*Ibid. Regulâ 5.*) Hypocriſis gravius peccatum eſt, cæteris paribus, iis quæ palàm committuntur. (*Ibid. Regulâ 7.*)

Matth. 23.

II. Cultus interior, Chriſtianæ Religionis Anima. (*Ibid. Regulâ 1.*) Chriſtiana pietas interior ſimul & exterior eſſe debet (*Ibid. Regulâ 8.*) Cor Deo, exemplum bonum hominibus debemus. *Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas... Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glori-*

Eccli. 2. 20.

Matth. 5. 16.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Exod. 25. 11. *ficent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.* Arca teſtimonii auro puriſſimo intus & foris Deo jubente ornata ; ut ſignificetur, Chriſtianum intus & foris, in corde & in opere, virtutum auro, præſertimque caritatis circumveſtitum eſſe debere. Vitæ ſigna & motus in viventibus videntur ; vitæ principium, ſcilicet anima, non videtur. Interior ſanctitas & virtus præcipua eſt in 1. Petri 3. 4. Religione. *Abſconditus cordis homo.* Id naturam inter & picturam diſcriminis eſt, quòd pictura ab exterioribus incipiat, in iiſque opus ſuum abſolvat ; natura verò à partibus interioribus. Vera juſtitia ab interioris hominis ſanctificatione incipit, in exterioris compoſitione deſinit : Falſa verò juſtitia in exterioris compoſitione Eccli. 38. 28. tota verſatur. *Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ.*

III. Mortale peccatum Hypocriſis committunt, qui in minimis anxiè religioſi ſunt, de gravioribus autem nequaquam ſolliciti, Phariſæorum inſtar, qui mentham & anethum, & cyminum decimabant, relin- Matth. 23. quentes *Quæ graviora ſunt legis, judicium, miſericordiam, & fidem* ( Vide Lib. Cap. & Art. ſupra citat., *Regulâ 4.*) Nemo juſtus eſt, qui Dei & Chriſti legem vel Jacob. 2. 10. in uno capite violaverit. *Quicumque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.* Exteriora quælibet pietatis exercitia ſine caritate & hu- Jacobi 1. 4. militate non proſunt. Satagite igitur *Ut ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.*



## IN EADEM DOMINICA.

*Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides: Qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis : Quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca ; reus erit Concilio. Qui autem dixerit, Fatue ; Reus erit gehennæ ignis.* Matth. v.

HOmicidium quàm grave crimen? Ne tamen ſe exiſtimet quintum illud Decalogi præceptum, *Non occides*, omni ex parte impleviſſe, qui homicidium non commiſit : latiùs enim patet hoc præceptum: Quippe cùm lex Chriſti ſpiritualis ſit, quæ non ſolo opere externo, ſed ſpiritu magis adimpletur, non ſufficit ad hoc mandatum implendum continere manum à cæde & omni violentia, niſi etiam contineat animum ab omnibus affectibus qui ad proximi læſionem tendunt, irâ ſcilicet, odio, invidia, contumelia, convitio, calumnia, obtrectatione. Hoc igitur præcepto prohibetur. 1. Ira quæ vindictæ libido eſt. 2. Multò magis prohibetur odium proximi, quæ eſt ira inveterata, & graviſſimum animæ vulnus. 3. Præceptum iſtud non tantùm omnem vindictæ cupiditatem prohibet, ſed multas & eximias virtutes à nobis exigit, humanitatem imprimis ac manſuetudinem. Deinde concordiæ paciſque cum omnibus ſervandæ ſtudium. Tertiò patientiam, quâ non tantùm malos toleramus, ſed etiam patimur eos abuti noſtrâ tolerantiâ, parati etiam magis gravius damnum ab eis accipere, quàm injuriam referre. Quartò bonitatem. Quintò Inimicorum dilectionem. Sextò Longanimitatem. ( *Lib. 4. De Decalo-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*go, Cap. 7. de quinto præcepto, Articulo 1.)* Ad bonitatem pertinet ut in pauperes & opis noſtræ indigentes benefici ſimus. Huic ſi defuerimus officio, rei ſumus
S. Ambroſ. homicidii. *Quiſquis paſcendo hominem ſervare poterat,*
Eccli. 34. 25. *ſi non paviſti occidiſti* (ait S. Ambroſius.) *Panis egentium vita pauperum eſt: qui defraudat illum homo ſanguinis eſt* (inquit Spiritus Sanctus per os Sapientis.) Ad beneficiendum omnibus, qui noſtra ope indigent, cùm ſuccurrere ipſis valemus, quintum Decalogi præ-
Prov. 24. 11. 12. ceptum nos obligat: alioquin rei ſumus judicio. *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Si dixeris, Vires non ſuppetunt, qui inſpector eſt cordis ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera ſua.*

---

## IN EADEM DOMINICA.

*Ego autem dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.* Matth. v. 22.

LEvia eſſe peccata, quorum rei ad humana tribunalia non trahuntur corporales pœnas luituri, inſipiens eſt qui ſibi perſuaſerit. Aliud, aliud longè terribilius judicium eſt, ſcilicet Dei viventis, cujus in manus incidere, horrendum eſt: cujus conſideratione con-
Pſal. 142. territus Rex Propheta orabat: *Non intres in judicium cum ſervo tuo.* Huic judicio non modò homicida obnoxius eſt, ſed & iracundus: *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo,* cuicumque homini, præſertim verò Chriſtiano, *Reus erit judicio.* Exponenda 1. Iræ deformitas & enormitas. 2. Iræ gradus explicandi. 3. Docenda remedia contra iram.

I. Jura Dei uſurpat homo iracundus. *(Lib. 3. Tract. de Peccatis Cap. 11. Art. 1.)* Ira ipſi homini



iracundo plurimùm nocet. *(Ibidem)* Turpe & immane iræ vitium. *(Ibid.)* Ira comprimenda & moderanda. *(Ibidem)* Ira quàm grave peccatum? Ejus effecta. Quàm exitialis ira in corde ſervata? *(Ibidem)* Ira inveterata lethale peccatum eſt. *(Ibid. Art. 2. Regulâ 4.)*

II. Tres iræ gradus à Chriſto Domino in Evangelio hodierno explicati, ſinguli damnatione digni, tametſi diſpari. Primus, iræ motus cum deliberato gravis ultionis appetitu. *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.* Gradus alter, vox indignationis. *Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit Concilio.* Tertius gradus, convitium, verbum injurioſum & contumelioſum. *Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.* (Vide ibidem, *Regulâ 3.)* Vindicta, aut vindictæ libido, ſemper malæ ſunt: proindeque inimicos ulciſci nunquam licet: injurias illatas condonare, ſemper & ubique neceſſe eſt. *(Ibidem, Regulâ 7.)* Tres moderationis gradus. *(Ibidem)* Ad omne genus injuriarum perferendum & condonandum paratus Chriſtianus eſſe debet. *(Ibid.)* Gravius quandoque illius qui injuriam ulciſcitur, peccatum eſt, quàm illius qui injuriam intulit. *(Ibidem)* Contumelias contumeliis, convitia convitiis repellere nunquam licet. Unde non excuſatur à peccato mortali, qui verbis contumelioſis laceſſit alterum, etſi ab ipſo fuerit provocatus. *(Ibid. Art. 4. Regulâ 10.)* Contumelioſi ad reſtitutionem honoris, quo meliori modo fieri poteſt, tenentur *(Ibid. Regulâ 7.)*

III. Remedium adversùs iram præcipuum eſt patientia, cujus præceptum & exemplum nobis Chriſtus dedit. *(Cap. citato, Art. 5.)* Deus patientiæ ſequeſter. *(Ibid.)* Patientiæ bonum & utilitas. *(Ibid.)* Impatientiæ malum. *(Ibid.)* Conſideratio injuriarum & pœnarum quas Chriſtus noſtri cauſâ pertulit, efficaciſſimum eſt adversùs iram remedium. *(Ibidem)* Humi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſitas iræ moderatrix. (*Ibidem*) Caveatur iracundia, aut ſi præcaveri non poteſt, cohibeatur, (*Ibidem*) Duo Chriſtianæ manſuetudinis ſervandæ modi (*Ibid.*) Patientia virtutum omnium radix & cuſtos (*Ibidem.*) Verè patiens eſt, qui & injurias æquo animo tolerat, & de his poſtea cogitans, quòd illas pertulerit, exultat, (*Ibidem.*) Patientiæ virtus tribus modis exercetur. (*Ibidem.*) Igitur *ſit omnis homo velox ad audiendum* verbum ac mandatum Chriſti iram prohibentis, *tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri juſtitiam Dei non operatur*, id eſt, non adimplet, quin immò legem ejus violat. Dei judicium, gehennam ignis, pœnas æternas in mente habeamus, ut earum meditatione iracundiæ ignem extinguamus. *Turbatus ſum, & non ſum locutus: cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Denique *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram... Sol ſuper iram noſtram ſi occiderit, periclitamur. Non licet nobis unâ die ſine patientia manere.*

[Margin: *Jacobi 1.19.* — *Pſal. 76. 6.* — *Epheſ. 4. 26.* — *Tertull. Lib. de patientia, Cap. 12.*]

---

## Pro Eadem Dominica.

*Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversùm te: Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Matth. v. 23. 24.

NUllum ſacrificium Deo gratum & acceptum ſine caritate eſſe poteſt. Condonatio igitur injuriarum acceptarum, & ſatisfactio pro illatis injuriis, reconciliatio perfecta cum fratribus, abſolutè neceſſaria eſt ad ſacram Communionem, & ad remiſſionem pecca-



torum obtinendam, quæ ſine caritate obtineri non poteſt. Hæc porrò omnes homines complecti debet, fratrum nomine à Chriſto ſignificatos. *Omnes autem vos fratres eſtis.* Qui proximos oderunt, & ab illis diſſident, ſacramentaliter abſolvi non poſſunt, & ad Euchariſtiæ participationem admitti, niſi depoſitis inimicitiis, cum ipſis reconciliati ſint. Vide *Theol. Dogm. & Moral. Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 9. Art. 5. Regula 2.* Ad Sacramentum unitatis cum diſſenſione accedere, nefarium & ſacrilegum eſt. *Deus caritas* eſt, *Deus pacis:* Sacrificium nullum ſine caritate & pace gratum & acceptum habet. *Ne priùs aſcendamus ad Dei altare, quam ſi quid diſcordiæ vel offenſæ cum fratribus contraxerimus, reſolvamus. Quid eſt enim ad pacem Dei recedere ſine pace? ad remiſſionem debitorum cum retentione? Quomodo placabit Patrem, iratus in fratrem?* Reconciliatio ſincera, ſpontanea, & prompta eſſe debet; non ficta, non coacta, non tarda. *Relinque munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum:* Cor tuum ſcilicet, in oratione, cùm priùs ipſum à pravo odii affectu purgaveris. Vide Idæam Concionis *Feria VI. poſt Cineres:* ubi de Inimicorum dilectione: & *Lib. 3. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 2. Art. 11. Regulâ 9.* & ſequentibus uſque ad 19.

[Margin: *Matth. 23. 8.* — *Tertull. Lib. de Orat. Cap. 10.*]

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DOMINICA V. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Miſereor ſuper turbam, quia ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: & ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.* Marci viij.

DEum non modò cæli & terræ rerumque omnium creatorem & conſervatorem, ſed & gubernatorem ac proviſorem ſapientiſſimum, ac beneficentiſſimum eſſe, fides Catholica docet; miraculum multiplicationis ſeptem panum à Chriſto patratum, miſericordiâ commoto erga turbam hominum qui relictis oppidis ſuis illum per deſertum ſequebantur ut verbum ejus audirent, egregiè confirmat. De providentia igitur divina opportunè ad populum Sermo hac Dominica haberi poterit. 1. Docendum quid de providentia Dei credere. 2. Quo animi affectu erga illam eſſe debeamus.

I. Divina rerum omnium providentia multis argumentis probatur. *( Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 52.)* Homo tamen præcipua *Divini ingenii cura.* [Tertull. Lib. de Reſurr. Carnis.] Mala divinæ providentiæ non repugnant, neque peccatorum permiſſio. *( Ibid. §. 53. )* Divinæ providentiæ non repugnant proſperitates impiorum & adverſæ res juſtorum. *( Ibidem. )* Dei providentiâ ſuſtentamur. Populum ſuum per annos quadraginta in deſerto aluit Manna cæleſti. [Geneſ. 48. 15.] Hic eſt de quo Jacob Patriarcha ait: *Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea uſque in præſentem diem.* De [Pſal. 144. 16.] quo David: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Deus eſt qui benedictione ſuâ fruges

ges



ges noſtras multiplicat de paucis granis, ſicut Chriſtus in manibus ſuis multiplicavit ſeptem panes. *Poteſtas erat in manibus Chriſti. Panes autem illi quinque quaſi ſemina erant, non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit, multiplicata. Hoc ergo admotum eſt* [S. Auguſt. Tract. 24. in Joan.] *ſenſibus, quo erigeretur mens, & exhibitum oculis, ubi exerceretur intellectus, ut inviſibilem Deum per viſibilia opera miraremur, & erecti ad fidem, & purgati per fidem, etiam ipſum inviſibiliter videre cuperemus, quem de rebus viſibilibus inviſibiliter noſceremus.*

Bonitatem & poteſtatem involvit Dei providentia: bonitatem quâ miſeretur noſtri; poteſtatem quâ nobis ſubvenit. *Chriſtus turbas vidit, eſurientes agnovit,* [S. Auguſt.] *miſericorditer pavit: non ſolùm pro bonitate, verùm etiam pro poteſtate. Quid enim ſola prodeſſet bonitas, ubi non erat panis, unde turba eſuriens paſceretur? Niſi bonitati adeſſet poteſtas, jejuna illa turba & eſuriens remaneret.* Non ſolùm cibum & potum Deus optimus maximus nobis providentiâ ſuâ ſubminiſtrat, ſed & pani aliiſque alimentis vim actualem nos nutriendi & roborandi impertit, quam ſine ejus benedictione non haberent. Unde per Prophetas ſuos comminatur: *Auferet Dominus à Jeruſalem & à Juda omne ro-* [Iſai. 3. 1.] *bur panis, & omne robur aquæ . . . Comedent, & non* [Oſe. 4. 10.] *ſaturabuntur.* Non ſolùm victum, ſed veſtitum, & omnia neceſſaria & commoda ſuſtentandæ vitæ Deus nobis largitur. Non ſolùm panem materialem ſuſtentando corpori, ſed panem ſpiritalem, & cæleſtem animæ nutriendæ neceſſarium, verbum ſuum, Scripturas ſuas, Legem, Pſalmos, Prophetas, Libros Hiſtoricos Veteris Teſtamenti, Libros Sapientiales, Evangelium, Apoſtolorum ſuorum Scripta, velut ſeptem panes nobis largitur, ut his reficiantur animæ noſtræ, & roborentur in vitam æternam. *Non enim ex ſolo pane vivit homo, ſed ex omni verbo quod procedit*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*de ore Dei.* Septem panibus, id eſt, ſeptem Spiritus Sancti donis contra concupiſcentiam, quæ nos de longè, id eſt de regione peccati & umbræ mortis venientes, debilitat, Animas noſtras roborat. Dono ſapientiæ, ut Religionis Myſteria, æternaque bona cognoſcamus: Dono intellectûs, ut cæleſtia dogmata ad ſalutem noſtram neceſſaria, ſeu Fidei, ſeu Moralis Chriſtianæ, officiaque noſtra capiamus: Dono conſilii, in dubiis ne aberremus: Dono fortitudinis, ne in tentationibus, & adverſitatibus ſuccumbamus & deficiamus: Dono ſcientiæ, ut nihil eorum quæ vocationem noſtram ſpectant, ignoremus: Dono pietatis, quâ omnia opera noſtra, verba, deſideria, cogitationeſque perfundantur: Dono timoris, religioſi ac filialis, quo Deo noſtro diſplicere, eumque offendere, præ malis omnibus timeamus.

Sacratiſſimo tandem corpore & ſanguine Jeſu Chriſti Filii ſui Domini ac Salvatoris noſtri, in Euchariſtiæ Sacramento nos alit Deus Optimus Maximus. Cæleſtis iſtius panis figura fuere panes à Chriſto multiplicati.

Deus ita nobis in hujus mundi deſerto panem quotidianum ſubminiſtrat, ſive pro neceſſitate carnalis victûs, ſive etiam pro neceſſitate ſpiritualis alimoniæ, ut tamen illum nos orando petere ab ipſo velit. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Hæc Dominicæ Orationis petitio explicatur *Libro 5. Cap. 2. Art. 7.* qui Sermoni iſtius ideæ accommodari facilè poteſt.

II. Dei providentia adoranda eſt; non temerè ſcrutanda ejus conſilia. Miles parere debet, quacumque ſtatione Dux illum ſuus ſtare, quocumque progredi jubeat, non in ejus conſilia curioſiùs inquirere. Servus parere debet mandatis Domini, ſubditus imperio Regis, non ejus arcana ſcrutari: multò magis Dei providentiæ, ejuſque ordinationi ſubeſſe debemus, quam



ſubterfugere non poſſumus. In eo quo nos Deus ſtatuit ordine, in eo quo nos collocat ſtatu & conditione, ſervitutis vel dominationis, paupertatis vel divitiarum, infirmitatis aut ſanitatis, humiliationis aut gloriæ, adverſitatis vel proſperitatis, ipſi æquo & lubenti animo ſervire debemus, nunquam adverſùs adorandam ejus providentiam obmurmurare. *Sicut oculi ſervorum in* Pſal. 122. 2.
*manibus dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Quicquid nobis hâc in vitâ evenerit, Dei providentia adoranda eſt. *Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis* 1. Reg. 3. 18.
*faciat.* In adverſis pariter ac in proſperis; in damnis rerum temporalium non minùs quàm in eorum incremento, providentia divina laudanda eſt. *Dominus dedit* (aiebat Sanctus Job) *Dominus abſtulit: ſicut Do-* Job. 1. 21.
*mino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.*

Secundò, ipſo loquendi modo profiteri debemus nos à divina providentia totos in omnibus eventibus pendere. (*Libro 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 53. in fine*) Eccli. 2. 11. 12.
Tertio fiduciam maximam divinæ providentiæ habere debemus. (*Ibidem*) *Reſpicite filii nationes hominum; & ſcitote quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis ejus, & deſpexit illum? Quoniam pius & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Non vidi* Pſal. 36. 25.
*juſtum derelictum* (inquit Propheta) *nec ſemen ejus quærens panem... Spera in Domino, & fac bonita-* Ibid. verſ. 3.
*tem, & inhabita terram, & paſceris in divitiis ejus.* Ne turberis, ne murmures, ſi temporalia ſubſidia tibi deſint: Providentiæ Dei patris tui confide, qui tibi meliora ſervat. Fac bonitatem in terra Domini, in Eccleſia ejus, quam colit, quam rigat: & paſceris in divitiis ejus. Quæ ſunt divitiæ ejus terræ? *Divitiæ* S. Auguſt. in Pſal. 36. ſerm. 1.
*ejus, Deus ejus* (inquit S. Auguſtinus) *Delectare in*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Diſcerne petitiones cordis tui à petitionibus carnis. Cæcus eſt corpore, rogat ut illuminetur. Iſta roget, quia & iſta Deus facit, & iſta Deus præſtat: Sed rogant hæc etiam mali. Petitio hæc carnis. Infirmatur, rogat ſe ſalvum fieri: ſalvus fit moriturus. Et iſta petitio carnis eſt: & ſi qua ſunt talia. Petitio cordis quæ eſt? Fruitio Dei.

Pſal. 72. 26. *Deus cordis mei, & pars mea Deus in ſæcula.* Confide providentiæ ſapientiſſimi, potentiſſimi, benefi-

Pſal. 39. 17. centiſſimi Domini. Dic cum Propheta: *Ego egenus & pauper ſum, Dominus ſollicitus eſt mei. Jacta in Dominum curam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet.* Nimia de rebus temporalibus ſollicitudo à Chriſto damnata. Quando ſit lethale peccatum? (*Lib. 3. De Peccatis, Cap. 6. Art. 7. Regulâ 1.*) Regnum & juſtitia Dei *bonum noſtrum* eſt, quod appetendum ut finis; cætera propter illud, ut *neceſſarium noſtrum.* (Ibidem.) Sollicitudo temporalium rerum tripliciter illicita. (*Ibidem.*) Labor exercendus, ſollicitudo tollenda. (*Ibidem.*) Sollicitudo temporalium, etiam ea quæ non repugnat fini caritatis, peccatum eſt, ſi ſuperflua ſit & anticipata. (*Regulâ 2.*) Fiducia in Providentia Dei. (*Ibidem.*)



## DOMINICA VI. POST. FESTUM SS. TRINITATIS.

*Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos .... Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit... Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in Regnum cælorum.* Matt. vij.

CUm Chriſtus venerit in mundum, Evangelium ſuum tradiderit ac prædicaverit, paſſionem & mortem ſubierit, ut nobis iter ad Regnum cælorum panderet; nos munire etiam voluit Præceptor optimus contra illuſiones, quæ à via ſalutis nos avertere poſſunt, & in viam perditionis deducere. Ex triplici autem radice oriuntur illuſiones; primò ex prava directione: ſecundò ex erronea præſumptione: Tertiò ex corruptâ voluntate. Contra primam illuſionum cauſam nos munit Chriſtus, jubendo ut à falſis Prophetis caveamus, nec illorum nos committamus directioni. *Attendite à falſis Prophetis.* Contra ſecundam illuſionum cauſam nos munit, docendo, erroneam eſſe præſumptionem de fide bonis operibus deſtitutâ, quaſi ſufficiat illa ad ſalutem. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum.* Contra tertiam illuſionum cauſam nos munit, docendo, voluntatem noſtram Dei voluntati conformandam eſſe; nec noſtram, ſed ejus voluntatem faciendam, ut ad æternam beatitudinem perveniamus. *Sed qui facit voluntatem Patris*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.*

I. Maximi momenti ad ſalutem eſt boni Directoris electio, maximè difficilis. Diſcernere enim an ſit ovis propria pelle induta, an lupus ovina pelle veſtitus, haud certè facile eſt. Recti tamen cordis attentio cum oratione conjuncta gratiam diſcretionis impetrat. Qui Deum ſincero animo quærunt, conſcientias ſuas non committunt Directori, niſi moraliter certi ſint talem eſſe, qui ad Deum ducere valeat. Quæ dotes conſcientiarum Moderatoribus neceſſariæ? 1. Scientia divinæ & Eccleſiaſticæ legis ex Verbo Dei & ſacris Canonibus derivata. 2. Morum probitas & ſanctimonia. 3. Singularis prudentia. 4. Patientia & benignitas. 5. Sollicitudo ſalutis animarum. (*Lib. 2. Tract. de Sacramento Pœnitentiæ, Cap. 5. Art. 9.*) Pſeudo-Prophetæ ſunt, qui conſcientias dirigunt ſecundùm opiniones laxiores, & minùs tutas. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Art. unico, Regulâ 13.*) Laxiores & indulgentiores Directores minimè eligendi ... Securitas à Directore data nihil prodeſt, niſi in Tribunali Dei accepta ſit. (*Ibidem Regulâ 14.*) Laxiorum Directorum effigies à Spiritu Sancto delineata... Doctorum ſanæ Moralis caracteres. (*Ibidem Regulâ 15.*) Falſi Prophetæ ſunt, qui viam tutiorem in dubiis eligendam non docent. (*Regulâ 17.*) Falſi Prophetæ ſunt, qui in conſcientiæ rebus dant conſilium ſecundùm opinionem quæ ipſis minùs probabilis videtur, minuſque tuta: Vel qui judicium ſuum in ſacro Pœnitentiæ tribunali opinioni minùs probabili & minùs tutæ pœnitentis accommodant. (*Ibidem, Regulis 29. & 30.*) Periculoſiſſima illuſio eſt varios adire Doctores ſeu caſuum Arbitros eâ intentione ut ex eorum opinionibus ea eligatur, non quæ probabilior & tutior, ſed quæ commodior viſa fuerit. (*Ibidem, Regulâ 31.*) Id facientes decipi Deus permittit ad pravitatem cordis eorum pu-



niendam, ut probat exemplum Regis Achab 3. Regum 23. *Congregavit Rex Iſrael Prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaath ad bellandum, an quieſcere? Qui responderunt: Aſcende, & dabit eam Dominus in manu Regis. Dixit autem Joſaphat: Non eſt hic Propheta Domini quiſpiam, ut interrogemus per eum? Et ait Rex Iſraël ad Joſaphat: Remanſit vir unus per quem poſſumus interrogare Dominum: Sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum*, Michæas. Achab Prophetas audire amabat, qui deſideriis ipſius ſe accommodarent, ideo illum decipi permiſit Dominus, & falſis Prophetis credere, quæ mortis illius & cladis Iſraëlitici Exercitûs cauſa fuit. *Et ait Dominus: Quis decipiet Achab Regem Iſraël? Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus eſt Dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita.*

II. Fides ſine caritate & bonis operibus non ſufficit ad ſalutem, (*Lib. 1. Quæſt. 1. Art. 5.*) Arbor bona ex bonis fructibus cognoſcitur. Arbor bona, cor rectum eſt, bona voluntas: Fructus boni, opera bona. Fructus boni, fructus Spiritus Sancti: Fructus mali, opera carnis. (*Galat. 5. 19.*) Cor ſanctum eſt, verè Chriſtianum, & à Deo probatum, cùm vita verè Chriſtiana & ſancta eſt. Nulla arbor ſterilis bona eſt. A malo abſtinere non ſufficit, & bonum facere neceſſe eſt, ſervare Dei mandata, ut ad vitam perveniatur æternam. *Omnis arbor bona fructus bonos facit: Mala autem arbor malos fructus facit.* Fructus boni ex caritatis; fructus mali ex cupiditatis radice oriuntur... S. Auguſt.
*Non fructus eſt bonus, qui ex caritatis radice non ſurgit.... Fieri non poteſt ut ſteriliter boni ſimus: Sed boni non ſumus quicquid ſteriliter ſumus.* Arbor enim Lib. de Spiritu & Litt. c. 14. Idem Lib. 4. Cont. Jul. c. 1.

bona fructus bonos facit. Abſit autem ut Deus bonus, à quo ſecuris paratur arboribus non facientibus fructum bonum, excidat & in ignem mittat arbores bonas. Nullo modo igitur homines ſunt ſteriliter boni: Sed qui boni ſunt, poſſunt eſſe alii minùs, alii magis mali. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Hæretici, qui juſtitiam ſemel habitam amitti numquam poſſe; aut juſtos in omnibus operibus ſuis peccare, pertinaciter contendunt, bonam arborem malos fructus facere poſſe, contra expreſſam Chriſti ſententiam, conſequenter aſſerunt: *Non poteſt arbor bona fructus malos facere: Neque arbor mala bonos fructus facere.* Per Chriſti gratiam voluntas bona: Per ſe ipſam voluntas mala. Chriſtiani per Baptiſmum non ſolius Fidei, ſed univerſæ legis Chriſti ſervandæ debitores fiunt. (*Lib. 2. Tract. de Baptiſmo, Cap. 1. Propoſitione 9.*) *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum: Sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Quia nunquam novi vos: Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.*

III. Voluntas noſtra Dei voluntati in omnibus conformanda eſt, voluntati utique per Scripturas ſacras & legem ejus ſignificatæ. Non noſtra, ſed ejus voluntas facienda. *Sed omnis qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.* Id ut nobis à Deo tribuatur, in oratione petere docuit Chriſtus Dominus: *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.* A Deo itaque poſtulandum eſt, ne voluntati noſtræ nos permittat... Quid nomine voluntatis Dei, quam fieri petimus, intelligatur?... Bonam voluntatem à Deo petimus, id eſt, caritatem... Volunta-



ti propriæ contraria caritas... Petimus ne concedatur nobis à Deo, quod interdum ſuadente diabolo, tanquam bonum poſtulamus... Quo præſertim tempore poſtulare debemus ut Dei voluntas in nobis ac de nobis impleatur?... Animi moderationem poſtulamus, ut in ſtatu noſtro Deo fideliter ac tranquillè ſerviamus... Recti corde voluntatem Dei ſequuntur... Perſeverantiam petimus, cùm oramus ut voluntas Dei fiat... Oramus ut faciamus quod Deus vult... Voluntas Dei eſt, quam Chriſtus fecit & docuit... Oramus, ut ſicut ab Angelis, ſic ab hominibus voluntas Dei adimpleatur: Ut ſicut in juſtis, ſic in peccatoribus voluntas Dei fiat: Ut Spiritu & carne Deo ſerviamus (*Lib. 5. de Oratione, Cap. 2. Art. 6.*)

In ſola humilitate confidendum. Porro totius humilitatis ſumma in eo poſita eſt, ut voluntas noſtra divinæ ſubjecta ſit voluntati, ut ait Propheta: *Nonne Deo ſubjecta erit anima mea?* Sed à creatura rationali voluntaria ſubjectio quæritur, ut voluntariè ſacrificet Domino, & confiteatur nomini ejus; non quia terribile & ſanctum, non quia omnipotens, ſed quia bonum eſt. Subjectionem autem iſtam triplicem eſſe neceſſe eſt, ut quod certum eſt Deum velle, id nos omnino velimus: Ut quod certum eſt Deum nolle, ſimiliter & nos execremur. Quod autem incertum eſt utrum velit an nolit, neque velimus ex toto, neque penitus non velimus. Ubi certa eſt Dei voluntas, omnino noſtra ſequatur, in his videlicet de quibus aliquid in Scripturis invenimus, aut ipſe Spiritus manifeſtè clamat in cordibus noſtris quid ſentiendum ſit, ut eſt caritas, humilitas, caſtitas, obedientia, cæteræque virtutes: Hæc approbemus indubitanter & appetamus, quæ placere Deo ſcimus indubitanter. Sic & ea omnimodis odiſſe debemus, de quibus certum eſt quòd oderit ea Deus, ut eſt apoſtaſia, fornicatio, iniquitas, impatientia. In his verò rebus de quibus nihil certum poſſumus inve-

*Pſal. 61.*

*S. Bernardus Serm. 18. De Diverſis.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nire, nihil certum voluntas noſtra definiat: Sed magis pendeat inter utrumque, aut ſaltem neutri parti nimis adhæreat, cogitans ſemper ne fortè altera pars Deo magis placeat, & parati ſimus voluntatem ejus ſequi in quamcumque partem eam cognoverimus inclinare. Sic experiemur quod ſcriptum eſt: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Pſal. ci.

---

## DOMINICA VII. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis: Ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Luc. xvj. 9.

Divites qui pauperibus eleemoſynas pro viribus ſuis non erogant, ſunt infideles œconomi, & villici iniqui, bona Domini ſui diſſipantes. Dei enim univerſorum Domini, cujus eſt terra & plenitudo ejus, divitiæ ſunt, qui earum adminiſtrationem & diſpenſationem divitibus commiſit, ut per eos quaſi providentiæ ſuæ vicarios pauperum indigentiæ ſubveniret. Illud officium ſi neglexerint, clamor pauperum ad Deum aſcendit, ille verò in tremendo judicii die poſtulabit à divitibus rationem adminiſtrationis bonorum quæ illis diſpenſanda commiſit: *Redde rationem villicationis tuæ.* Tantùm abeſt ut eorum laudaturus ſit prudentiam: Imò eorum imprudentiam condemnabit & immanem duritiem. Imprudentiam quidem, quòd ratione ſua & induſtriâ in ſæculi negotiis ſatis feliciter uſi, fide ſuâ in negotio ſalutis æternæ, quod *Unum neceſſarium eſt*, uſi non ſint; & cùm per eam *filii lucis* eſſent, ſecundùm eam non agentes facti ſint filii tenebrarum: Duritiem, quòd fratrum ſuorum, imò Chriſti in iis eſurientis & mendicantis inopiæ & calamitati miſerti non fuerint, nec illi ſubvenerint: Imprudentiam, quòd ſibi non conciliaverint *amicos*, à quibus reciperentur *in æterna tabernacula*: Duritiem, quòd illorum miſeriæ temporali compaſſi non fuerint, quos Dei amicos eſſe dubitare non debebant; Immò nec animæ ſuæ miſerti fuerint, quam ab æternâ miſeriâ pœniſque redimere & ſervare eleemoſynis ſuis poterant. Quoniam igitur Evangelica Parabola, quam hodie nobis proponit Eccleſia, ad Eleemoſynæ neceſſitatem & utilitatem docendam & perſuadendam tota collineat; hoc etiam erit Sermonis noſtri argumentum. 1. Divitibus obligatio eleemoſynam erogandi divino præcepto impoſita eſt: *Redde rationem villicationis tuæ.* 2. Magnæ utilitates & fructus ex eleemoſynis in eos redundantes, illos ad juvandos pauperes excitare debent. *Ego dico vobis, facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* 3. Non ſolùm obdurationis adverſùs miſericordiam, & violatæ caritatis, ſed etiam graviſſimæ imprudentiæ rei ſunt divites, qui eleemoſynam pauperibus non erogant pro facultatum ſuarum ratione, & ipſorum pauperum indigentiâ. *Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.*

1. Eleemoſynæ præceptum explicatur (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 6. de Avaritia. Art. 9. de obduratione contra miſericordiam, quæ una eſt ex Avaritiæ filiabus, Regulis 5. 6. 7. 8. & 9.*) Duritia erga pauperes, cauſa damnationis divitum (*Regula 5.*) Chriſtus reprobis in judicio ſolas eleemoſynas pauperibus negatas exprobrabit. (*Regula 7.*) Caritatem non habet, qui neceſſitatibus pauperum, etiam communibus, de ſuperfluis ſuis non ſubvenit. (*Ibidem.*) Superflua divitum pauperibus debentur. (*Ibid.*) Fili, *Eleemoſynam pauperis ne defraudes... Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacifica in manſuetudine.* Eccli. 4. 1. 8. Divites qui ſuperflua ſua pauperibus non erogant, ut raptores, in judicio Dei punientur.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(*Ibidem.*) Dives non de ſuo, ſed de rebus Dei donat pauperi, cùm eleemoſynam erogat. (*Ibidem.*) Mendici Dei ſunt omnes homines, etiam divites. Ut à Deo impetrent ejus dona, neceſſe eſt ut dent pauperibus (*Ibidem.*) Uberior ac largior eſſe debet Chriſtianorum eleemoſyna, quàm Phariſæorum. (*Ibidem*) Eleemoſyna juſtitiæ debitum (*Ibidem.*) Non abſolvendi, qui ſuperflua ſua pauperibus non erogant. (*Ibidem.*) Superflua ſua pauperibus erogare, non eſt meri conſilii, ſed præcepti. (*Ibidem.*)

II. Non modò Chriſti præceptum, ſed & ſpirituales fructus ex eleemoſyna provenientes, ad illam erogandam Chriſtianum hominem incitare debent. (*Lib. 4. de Decalog. Cap. 3. Art. 11. Reg. 23.*) Eleemoſyna à peccato & à morte liberat. (*Ibidem*) Eleemoſyna alter quodammodo baptiſmus. (*Ibidem.*) Qui eleemoſynam erogant, Chriſtum ſibi faciunt debitorem (*Ibidem.*) Deo fœnerantur (*Ibidem.*) Chriſtus in omnium pauperum univerſitate mendicat. (*Ibidem.*) Pudendum quòd ſervi diaboli majora ipſi munera erogant, quàm Chriſto qui ſervos ejus ſe profitentur. (*Ibidem.*) Severiori examine pauperes non ſunt diſcutiendi, nec curioſiùs inquirendum an paupertatem ſimulent. Modus tamen ſervandus eſt, ne in indignos & minùs indigentes profundatur, quod dignioribus & magis indigentibus debetur. (*Reg. 26.*). Non obviis tantùm pauperibus eroganda eleemoſyna, ſed pauperes quærendi, & illis maximè ſubveniendum, qui præ verecundia petere non audent. (*Regula 27.*) Eleemoſyna Chriſtiana liberalis & copioſa eſſe debet, juxta facultatum uniuſcujuſque rationem. (*Regula 28.*) Deus coronat voluntatem, ubi non invenit facultatem. (*Ibidem.*) Artifices ipſi aliquid ex operarum ſuarum ſtipendiis ſeponere debent
Epheſ. 4. 28. ad ſubveniendum pauperibus. *Laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.* Eleemoſyna promptè & hilariter eroganda.



(*Regula 29. & 30.*) Eleemoſyna Chriſtiana humilis eſſe debet (*Regula 31.*) Chriſtiana eleemoſyna juſta ſit, neceſſe eſt, ex bonis ſcilicet propriis, non ex alienis & malè partis. (*Regula 32.*) Neque enim hæc verba Chriſti, *Facite vobis amicos ex mammona iniquitatis,* ſignificant ex divitiis injuſtè acquiſitis eleemoſynas faciendas eſſe: Sed divitiæ iniquæ vocantur, vel quia ſæpe fructus ſunt aut ſemina & inſtrumenta vitiorum; vel quia ſoli iniqui bona illa temporalia veras divitias exiſtimant atque ut tales amant, cùm juſti ſola bona ſpiritualia veras eſſe divitias credant, eaque rebus omnibus anteponant. *Mammona iniquitatis ob hoc à Do-* S. Auguſt.
*mino appellata eſt iſta pecunia, quam poſſidemus ad* Lib. 2. Quæſt.
*tempus, quia Mammona divitiæ interpretantur: Nec* Evang. q. 34.
*ſunt iſtæ divitiæ niſi iniquis, qui in eis conſtituunt ſpem atque copiam beatitudinis ſuæ: à juſtis verò cùm hæc poſſidentur, eſt quidem iſta pecunia, ſed non ſunt illis divitiæ niſi cæleſtes & ſpiritales, quibus indigentiam ſuam ſpiritaliter supplentes, excluſa egeſtate miſeriæ, beatitudinis copia ditantur.* Vocantur denique mammona iniquitatis, quia divites illas iniquè exiſtimant ſuas eſſe, cùm ſint alienæ, ſolo diſpenſationis titulo nobis commiſſæ; qui ſenſus maximè congruit parabolæ, in quâ Deus homini diviti comparatur, nos villicis, bona temporalia, & talenta quælibet bonis alienis, quæ villicus iſte in fraudem ſibi vindicavit. *Si ergo in iniquo mam-* Luc. 16. 11. 12.
*mona fideles non fuiſtis: Quod verum eſt, quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: Quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?* Alienum vocat Chriſtus, quod iniquum mammona paulò ante dixit, quia terrenas divitias nec pleno jure poſſidemus, ſed precario, ut œconomi Dei; nec in noſtra ſunt poteſtate ut eas habeamus vel ſervemus, nec eas nobiſcum auferre poſſumus mo-
rientes. *Ne timeas cum dives factus fuerit homo, & cum* Pſal. 48. 17.
*multiplicata fuerit gloria domûs ejus: Quoniam cùm interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria ejus.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

III. Imprudentes ſunt divites qui eleemoſynas non erogant; quia ſibi in futurum non conſulunt, quia judicem ſuum ſibi propitium reddere non curant; quia patronos & amicos apud ipſum ſibi conciliare non ſtudent: quia terrena bona cæleſtibus, temporalia æternis anteponunt. *Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.* In juſtis omnibus eſt vera prudentia, ſine qua nulla vera virtus eſt: In peccatoribus non eſt vera perfectaque prudentia. (*Lib. 3. Tract. de Virtutibus, Art. 2. §. 4.*)

---

## DOMINICA VIII. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Ut appropinquavit, videns civitatem, flevit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognoviſſes & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Luc. XIX. 41. 42.

CHriſtum riſiſſe non legimus, fleviſſe legimus, tum ob mortem amici ſui Lazari, quæ mortis Animæ per peccatum typus erat; tum ob cæcitatem, obdurationem, ingratitudinem Judæorum, & calamitatum ipſis imminentium magnitudinem in excidio Jeruſalem à Tito & Veſpaſiano Romanis Imperatoribus. Lacrymæ Chriſti nos docent quas ob cauſas lugere debeamus, ſcilicet, non eſſe lugendum ob rerum temporalium damna, ob fruſtratas cupiditates, ob triſtes & malè fortunatos eventus, ſed ob Dei offenſam cùm à nobis, tum ab aliis peccatoribus; ob Eccleſiæ mala; ob imminentia animæ noſtræ pericula, certamque perditionem, niſi



Deus miſericordiâ ſuâ nos præveniat & adjuvet ad agendam pœnitentiam. Anima noſtra Jeruſalem myſtica eſt, Dei ſummi civitas, in quâ per fidem & caritatem inhabitat. Validis ac firmis propugnaculis munita eſt. Salvator murus ejus eſt & antemurale, cuſtodes Angelos habet die ac nocte vigilantes ad propulſandum hoſtem; divinæ gratiæ præſidio firmata eſt: Præclaris virtutum ac donorum ædificiis ornata, diabolo invidiam movet. Verùm digna lacrymis eſt, ſi non cognoſcat tempus viſitationis per Chriſtum ſuæ; ſi non attendat ad ea ex quibus ejus ſalus, pax & felicitas æterna dependet: ſi ſpernat *Viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos Oriens ex alto,* & porro nos quotidie viſitare pergit monendo per Paſtores, per Concionatores, per librorum ſacrorum & piorum lectionem, per bona exempla ſervorum ſuorum; corripiendo per flagella ſua; inſpirando per gratiam ſuam ſancta deſideria, pios affectus, bonam voluntatem: Si (inquam) oculos claudat, ne videat quid ſibi ſit agendum ut Dei viſitatio ſibi non ſit inutilis, digna lacrymis eſt; quia eò miſerior eſt, quò miſeriam ſuam non cognoſcit. Nihil quippe miſerius miſero non ſibi miſerente. *Si cognoviſſes & tu,* ô peccator, mala tibi imminentia, fleres: Nunc autem quia neſcis quod imminet, exultas. *Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi.* In hac die ſalutis, quæ tua eſt, quæ tibi datur à Deo ut vitam æternam merearis: In hac die quam ſequetur dies altera, quæ tua non erit, ſed Domini, dies magna & terribilis: Poſt quam nox æterna erit malis, in quâ non poterunt operari. In hâc die non cognoſcunt, quia oculos aperire nolunt, ſed rebelles ſunt lumini. *Noluit intelligere ut bene ageret; adſtitit omni viæ non bonæ... Excæcavit illos malitia eorum.* In hac die tua. *Suam diem habet anima perverſa, quæ tranſitorio gaudet in tempore: Cui ea quæ adſunt, ad pacem ſunt: Quia dum rebus temporalibus lætatur, dum*

Pſal. 35. 4.
Sap. 2. 21.
S. Gregor. Homil. 39. in Evang.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

*honoribus extollitur, dum in carnis voluptate reſolvitur, dum nulla venturæ pœnæ formidine terretur, pacem habet in die ſua, quæ grave damnationis ſuæ ſcandalum in die habebit aliena.* Tunc enim affligenda & crucianda eſt, cùm juſti lætabuntur: Et cuncta quæ modò ei ad pacem ſunt, in amaritudinem vertentur.

Job. 21. 13. *Ducunt* enim *in bonis dies ſuos: & in puncto ad infernum deſcendunt.* Quàm plangendi, qui *Lætantur cùm*

Prov. 2. *male fecerint, & exultant in rebus peſſimis?* Semel Chriſtus ſuper civitatem perituram flevit: quotidie per Eccleſiam ſuam, per electos ſuos, ſuper Chriſtianos perituros lacrymas fundit. Plangit, inquam, eos qui neſciunt cur plangantur, *Nunc autem abſcondita ſunt*

Deut. 32. 29. *ab oculis tuis.... Utinam ſaperent, & intelligerent, & noviſſima providerent!*

Judæorum cladem, Hieroſolymorum excidium, Judaicæ Reipublicæ everſionem imminentem prædicit ac deflet Chriſtus Jeſus. Hæc mala vindice Deo ipſis contigerunt, eò quod non cognoverint tempus viſitationis ſuæ, quòd Chriſtum Jeſum Dei Filium non receperint, nec ipſi crediderint, ſed morti tradiderint & crucifixerint. Temporalis hæc clades figura & umbra fuit ſuppliciorum æternorum, quæ Deus ultionum parat illis qui miſericordiam ejus contemnunt. Longè gravius Chriſtianorum, quàm Judæorum crimen eſt, ſi viſitationis ſuæ tempus non cognoſcant, quia majori-

Hebr. 10. 29. 30. 31. bus à Deo beneficiis cumulati ſunt. *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim quia dixit: Mihi vindicta, & ego retribuam. Et iterum: Quia judicabit Dominus populum ſuum. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.* Anima peccatrix è corpore migrans, dæmonibus tradetur, qui illam ad inferos detrudent, corpore interim in terram proſtrato, à vermibus corroſo, in putredi-



nem & pulverem redacto. Coanguſtabitur undique igne qui non extinguetur, verme qui non morietur, cruciata; criminum ſuorum, cogitatione, locutione, opere, omiſſione perpetratorum imagine menti ſemper obverſante territa. Filii ejus, conſilia, deſideria, cogitationes, molitiones perverſæ cadent, diſſipabuntur, evaneſcent. *In illa die peribunt omnes cogitationes eo-* Pſal. 145. 4.

*rum.* Nullum in ea relinquetur ſpiritalis ædificii veſtigium, nihil gratiæ, nihil virtutum ac donorum, nulla præteritorum (ſi quæ fortè fecit, dum erat in corpore, bonorum operum memoria. *Omnes juſtitiæ ejus quas* Ezech. 18. 24.

*fecerat, non recordabuntur.* Nulla ſpes erit reædificationis & ſalutis. *Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coanguſtabunt te undique. Et ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eò quòd non cognoveris tempus viſitationis tuæ.*

Ut extrema hæc mala à nobis avertamus, de noviſſimis noſtris ſeriò cogitandum eſt: *Memorare novi-* Eccli. 7. 40.

*ſſima tua, & in æternum non peccabis.* Deflenda ſunt peccata noſtra, & pœnitentiæ lacrymis abſtergenda. Jungenda lacrymis oratio fervens ac perſeverans pro remiſſione peccatorum, aliaque bona opera. *Deduc* Thren. 2. 18. 19.

*quaſi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini: Leva ad eum manus tuas, pro anima parvulorum tuorum, qui defecerunt in fame, in capite omnium platearum.*

"Omni tempore lacrymas per compunctionem cordis ef- S. Hieron. [illegible]

"fundere debemus, qui Auctorem noſtrum noſtris ini-

"quitatibus offenſum non ignoramus. Non diſſolva-

"mur pigrâ inertiâ, nec per deſidiam & vanam ſecurita-

"tem ceſſet à lacrymis oculi noſtri pupilla: præoccupe-

"mus faciem ejus: Lavemus per ſingulas noctes lectum

"noſtrum, lacrymis ſtratum noſtrum rigemus. Confu-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» gamus nocte, laudemus in principio vigiliarum, cor
» noſtrum ſicut aquam effundamus coram Deo. Conſur-
» git in nocte, qui in tribulatione præſentis vitæ torporem
» à ſe excutit negligentiæ. Laudat in principio vigiliarum,
» qui in omni converſatione ſua ſtrenuum ſe exhibet &
» cautum, & quicquid adverſitatis patitur, totum ad con-
» feſſionem laudis Dei convertere nititur. Effundit ſicut
» aquam cor ſuum ante conſpectum Domini, qui ex in-
» timo affectu cordis producit lacrymas compunctionis.
*Sacrificium* enim *Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Levat ad
» Dominum manus ſuas pro animabus parvulorum ſuo-
» rum, qui defecerunt fame in capite omnium compito-
» rum, qui operationem miſericordiæ pro humilibus &
» parvulis Chriſti membris, fame & ſiti laborantibus
» adhibet ex ſincera dilectione. *Nullum enim munus Deo acceptabilius eſt quàm compunctio cordis prolata ex radice veræ dilectionis.*

Quamvis porrò in omni loco Deus orari poſſit ac debeat, maximè tamen in Templo, quæ Domus eſt orationis. Quantâ autem veneratione, reverentiâ, modeſtiâ in templis adeſſe & orare debeamus, docet Jeſus, qui *Ingreſſus in Templum, cœpit ejicere vendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum eſt, Quia domus mea domus orationis eſt: Vos autem feciſtis illam ſpeluncam Latronum.* (Vide *Lib. 5. De Oratione Cap. 1. Art. 9. n. 6.*)

Luc. 19. 45. -48.



# DOMINICA IX. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Luc. xviij. 14.

SUperbia & oſtentatio in Phariſæo damnata: Humilitas in Publicano commendata. Superbiæ characteres. 1. In ſe confidere, ac de externa juſtitia præſumere; cæteros aſpernari. *In ſe confidebant tanquam juſti, & aſpernabantur cæteros ... Non ſum ſicut cæteri hominum, velut etiam hic Publicanus:* Characteres humilitatis, ſe peccatorem agnoſcere & confiteri veniâ dignum: in ſola Dei miſericordia confidere, eamque corde contrito implorare. *Publicanus à longe ſtans, nolebat nec oculos ad cælum levare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori.* Superbia Phariſæi ejus orationes, jejunia, eleemoſynas, opera omnia aliàs per ſe bona, inania reddit: Publicani humilitas omnia ejus peccata operit & abſtergit. Humilitas ſinceræ converſionis: Superbia impœnitentiæ ſignum eſt. Abominatio Domini ſuperbus Phariſæus: Deliciæ Dei humilis Publicanus, de longinquo ſtabat: ſed Deus confitenti propinquabat, quia *Prope eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalvabit.* Publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum levare: ſed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori. *Tunſio pectoris, obtritio cordis ...* Oculos ad cœlum levare non audebat, quia ſeipſum reſpiciebat. Se attendebat ut ſibi diſpliceret, & ſic Deo placeret. *Ipſe ſibi judex erat,* ut Chriſtus *intercederet; ipſe puniebat, ut ille liberaret: ipſe accuſabat, ut ille defenderet.* Habebat & Phariſæus peccata, ſed per-

Pſal. 33. 19.

S. Auguſt.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

verſus, & *neſciens quò veniſſet, erat tanquam in ſtatione Medici curandus, & ſana membra oſtendebat, vulnera tegebat. Deus tegat vulnera, noli tu. Nam ſi tu tegere volueris erubeſcens, Medicus non curabit.*
» Gratias tibi ago, aiebat Phariſæus, fatebatur ſe à Deo
» accepiſſe quod habebat. Unde ergo ſuperbus? Non
» quia de bonis ſuis Deo gratias agebat, ſed quia ſuper
» alterum ſe de bonis extollebat. Deſcendit hic Publi-
» canus humilis in domum ſuam juſtificatus. Humilis ejus oratio veniam illi peccatorum impetravit: Superba Phariſæi oratio tantùm abeſt ut deleverit ejus peccatum, ut etiam illi facta ſit in peccatum. Quoniam
Pſal. 137. 6. *Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à*
Pſal. 74. 8. *longe cognoſcit... Hunc humiliat, & hunc exaltat:* humiliat ſuperbum, exaltat humilem. *Dico vobis, Deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur.*

I. Superbia primum graviſſimumque omnium peccatorum eſt... Alia peccata graviora facit. *(Lib. 5. Tract. de Peccatis, Cap. 5. Art. 5.)* Deus ſingulare veluti certamen contra ſuperbiam ſuſcipit, tanquam injuriæ ſuæ propulſator. *(Ibidem.)* Ad curandum ſuperbiæ tumorem Deus humilis venit... Morbi magnitudo ex vi pretioque medicinæ æſtimanda. *(Ibidem.)* Ad ſanandam ſuperbiam Deus permittit interdum ut ſuperbi ruant in peccata carnalia. *(Ibidem.)* Superbia vitiorum omnium periculoſiſſimum. In virtutes omnes graſſatur. Juſtis maximè inſidiatur. *(Ibid. Art. 6.)* Juſti perpetuò vigilare debent ne ſuperbia ſubrepat. *(Ibidem.)* In hominis anima ultima deſtruitur. *(Ibidem.)* Quatuor ſuperbiæ ſpecies. *(Art. 7.)* Superborum hominum characteres. *(Ibidem.)*

II. Humilitatis neceſſitas ad ſalutem æternam. *(Art. 8.)* Humilitatis excellentia. *(Ibidem.)* Humilitas hominem Deo ſubjicit. *(Art. 9.)* Humilitas



Chriſtiana facit ut homo cæteris omnibus hominibus ſe poſtponat. *(Ibidem.)*. Duo Chriſtianæ humilitatis cardines, cognitio Dei, & cognitio ſui. *(Ibidem)* Non cognitione ſolùm, ſed affectu, cæteris omnibus hominibus ſe poſtponere Chriſtianus homo debet. *(Ibidem.)* Duodedecim Chriſtianæ humilitatis gradus *(Art. 10.)* Ad humilitatem movere nos debet originis noſtræ ac miſeriæ multiplicis conſideratio, & exemplum Chriſti, qui ad hoc natus eſt, vixit, paſſus & mortuus eſt, ut humilitatem doceret. *(Art. 11.)* Multi humiliantur, pauci verè ſunt humiles. *(Ibidem.)*

*Non ſum ſicut cæteri hominum: jejuno bis in ſabbato &c.* Jactantia velut peſtis fugienda. *(Art. 16.)* Jactantia virtutes inanes, bona opera infructuoſa reddit. *(Ibidem.)* Jactanctia mortale peccatum eſt, cùm aliquis jactando ſe ipſum, prorumpit in contumelias aliorum, ut ſuperbus Phariſæus Publicano inſultans. *(Ibidem, Regula 2.)* Gratiam & virtutem perdunt, qui de illis ſe jactant. Sic perdidit Rex Ezechias theſauros, quos Babyloniorum Legatis oſtendit. Sic Judæi perdiderunt Arcam, propter quam ſe jactabant, & à Philiſtæis abductam viderunt. *Tradidit in captivitatem vir-* Pſal. 77. 61.
*tutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.*
Hinc Eliſæus Propheta ſervo ſuo Giezi miſſo cum bacu- 4. Reg. 4.
lo ſuo ad puerum ſuſcitandum, juſſit ut neminem in via ſalutaret, neminem alloqueretur nemini, reſponderet etiam benedicenti. *Sciebat enim eum eſſe honoris & ina-* B. Theodoret. quæſt. 17. in 4. Reg.
*nis gloriæ cupidum, & futurum ut occurrentibus in via ſui curſus cauſam indicaret: inanis autem gloria impedimento eſſe ſolet ne fiat miraculum.* Vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris, ut decipiant de vani-
tate in idipſum. Inſipiens tu, qui merces congregas in ſa- « S. Bernard.
ccum pertuſum: qui theſaurum tuum alieno in ore con- « Serm. 4. de Adventu
ſtituis: ignoras quòd arca iſta non clauditur, nec ſeras ha- « Domini.
bet? Quantò meliùs ſapiunt, qui theſaurum ſuum ipſi ſibi «
ſervant, aliis non committunt? Verùm numquid ſemper «



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſervabunt? Numquid ſemper abſcondent? Veniet cum manifeſta erunt abſcondita cordis: Quæ verò fuerint oſtentata, non comparebunt. Hinc eſt quòd veniente Domino fatuarum virginum lampades extinguuntur: & qui receperunt mercedem ſuam, à Domino neſciuntur. Propterea dico vobis, chariſſimi, Utile eſt abſcondere magis quàm oſtentare, ſi quid habemus boni: ſicut & mendici cùm eleemoſynam petunt, non pretioſas veſtes oſtendunt, ſed ſeminuda membra, aut ulcera ſi habuerint, ut citiùs ad miſericordiam videntis animus inclinetur. Quam regulam Publicanus ille ſervavit multò meliùs Phariſæo, & ideo *deſcendit juſticatus ab illo*, id eſt, præ illo. *Omnis qui ſe humiliaverit, exaltabitur.* Chriſtus *In humilitate docuit omnia fidei nomina & præmia contineri.* [S. Hieron. in Epiſt. ad Euſt. 22.]

---

## DOMINICA X. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Adducunt ei ſurdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum.* Marci vij. 32.

I. PEccatoris ſibi ipſi relicti æger ille homo figura eſt. Surdus eſt & mutus. Obturatas aures habet; maléque affectas, ne doctrinam ſalutis, ne Dei vocem ſive per Miniſtros ſuos, ſive per ſeipſum ad cor ejus loquentis audiat, & percipiat. Mutus eſt, ita ut miſeriam ſuam confiteri non poſſit, Deique miſericordiam & gratiam Salvatoris implorare. Peccatum originale duplex illa conſequitur impotentia: per actuale peccatum mortale augetur, & ad eum quandoque gradum pervenit permittente Deo vindice, ut peccator nihil penitùs audiat eorum quæ ad ſalutem ſuam pertinent, ac penitùs obmuteſcat, linguam habens ad confeſſionem peccatorum ſuorum, ad implorandam opem cæleſtis



Medici, ad Deum orandum, inviſibili vinculo impeditam. Unum enim peccatum alterius pœna eſt. *(Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 3. num. 7.)* Id ſignificat Deus per Prophetam, Chriſto interprete: *Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava: & oculos ejus claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur, & ſanem eum.* [Iſai. 6. 9. 10. Matt. 13. 14.] Surditas hæc & linguæ impidimentum, mala ſunt eò magis deploranda, quò voluntaria. *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* [Pſal. 57. 5.] Sic Judæi auribus incircumciſi, B. Stephani divinis ſermonibus aures claudebant: *Diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum: & continuerunt aures ſuas.* [Act. 7.]

II. Homines ſurdos & mutos Eccleſiæ fides ad Jeſum adducit per baptiſmum primò, deinde per pœnitentiam ſanandos. *Et adducunt ei ſurdum & mutum, & deprecabantur eum ut imponat illi manum.* Manus imponuntur baptizandis, digitum ſalivâ intinctum in eorum aures Sacerdos immittit, interioris hominis aures per baptiſmi gratiam aperiendas ſignificans, ut doctrinam ſalutis audire valeat, diviniſque mandatis obedire. De hac audiendi facultate non ſemel ait Chriſtus: *Qui habet aures audiendi, audiat.* AURES *audiendi, ipſum eſt donum obediendi.* [S. Auguſt. lib. de dono Perſever. cap. 14.] Aures hominis interioris aperiuntur in baptiſmo, ut *verbum fidei audiat*: nam *Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti.* Digiti contactu & immiſſione in aures, dona Spiritus Sancti deſignantur, qui *dextræ Dei digitus* eſt. Salivæ inunctione ſignificatur rerum cæleſtium ſapor & guſtus. Homini enim veteri, homini animali non ſapiunt quæ Dei ſunt: at homo per gratiam baptiſmi renovatus, ſi in ea permaneat, ſapit ea *quæ ſurſum ſunt*,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*non quæ ſuper terram* : & guſtat *quàm ſuavis* eſt *Dominus*. Sacro ritui Sacerdos baptizans adjungit hæc verba Chriſti ſurdum hominem ſanantis ; *Ephpheta, quod eſt, adaperire* : ut Dei verbo interioris hominis
Joan. 15. 3. renovationem fieri doceamus. *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis*. Lapſos etiam poſt baptiſmum homines, quos mortale peccatum ſurdos rurſus & mutos effecit, Paſtores Eccleſiæ, Concionatores, pii quique Chriſtiani caritate Dei & proximi flagrantes, adhortationibus ſuis, fraterna correptione, piâ ſolicitudine, ferventibus precibus, ſanctis exemplis ad Jeſum adducunt ; & *deprecantur eum ut imponat illis manum* : ut cor eorum aperiat veritati, ut veritatis & legis ſuæ amorem illis inſpiret, ut veritatem quam credunt, voce & operibus confitendi vires per gratiam ſuam tribuat. Mutus enim permanet, qui Chriſti gratiæ & fidei moribus ſuis non reſpondet, qui clamare ad Dominum de profundis non poteſt, qui illum vitâ ſanctâ
S. August. Serm. ... alias ... de verbis Domini. non benedicit. *Ne ſimus ſtrepentes vocibus, & muti moribus . . . Qui contemnit mundum, clamat ad Chriſtum. Qui ſpernit ſæculi voluptates, clamat ad Chriſtum. Qui dicit, non linguâ, ſed vitâ, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, clamat ad Chriſtum. Qui diſpergit & dat pauperibus, ut juſtitia ejus maneat in ſæculum ſæculi, clamat ad Chriſtum* . . Mutus eſt, qui factis non clamat.

III. Ut ab interiori ſurditate, & inviſibili impedimento linguæ liberemur & ſanemur per gratiam Salvatoris, facere debemus quod fecit ipſe ſurdum & mutum hominem ſanans. 1. Secedendum à turbâ, relinquendæ peccati occaſiones, ſæculi ſocietates, mundus animo & affectu deſerendus. *Nolite conformari huic ſæculo . . . Nolite diligere mundum*. Impoſſibile eſt enim ut quis tangat picem & non inquinetur ab ea. *Totus mundus in maligno poſitus eſt*. Chriſti gratiæ nos è turba vocanti, & ſeorſum ducenti obediendum,



ſi ſalvi eſſe volumus. *Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas ejus, & exſpuens tetigit linguam ejus*. In mundo ſpiritualis ſurditas contrahitur : à mundo recedendum, ut curetur
per operationem gratiæ Chriſti, quia *Non in commotione Dominus*. 3. Reg. 19. 11.
2. Suſpiciendum in cælum eſt : peccator à Deo averſus in terram oculos ſuos declinavit :
*Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram*. Psal. 16. 11.
Ad cælum igitur attollendi ſunt oculi cordis, ad Deum convertendi ſunt, quia *Auxilium meum à Domino ; Adjutorium noſtrum in nomine Domini*, qui ſanat omnes infirmitates noſtras : & cujus miſericordia magna eſt ſuper nos. Suſpiciendum in cælum, unde per peccatum exulamus, & quò per Chriſti gratiam revocamur. Orandus *Pater noſter qui in eſt cælis*, quamvis ubique ſit. (*Lib. 5. De Oratione, Cap. 2. Art. 3. & Lib. 1. Tract. de Fide & Symbolo, Quæſt. 2. Art. 1. §. 10.*)
Oculi mentis in cælum convertendi : Quia *Omne da-* Jacob. 1. 17.
*tum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*. Gemendum corde contrito pro peccatis noſtris : *Et ſuſpiciens in cælum ingemuit*. Meminerimus Chriſtum pro nobis ingemuiſſe, miſeriis noſtris compatientem. Ingemiſcit Medi-
cus, & non ingemiſcet ægrotus? *Spiritus Sanctus poſtu-* Rom. 8. 26.
*lat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* ; id eſt, cum
gemitibus poſtulare nos facit. *Hoc negotium*, ait ſan- S. August. Epist. 130. alias 121.
ctus Auguſtinus, *plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur ; plus fletu, quàm affatu. Ponit autem lacrymas noſtras in conſpectu ſuo, & gemitus noſter non eſt abſconditus ab eo, qui omnia per verbum condidit, & humana verba non quærit*. Gemat peccator, infirmitatem & impotentiam ſuam ad audiendum & rectè lo-
quendum ſine Dei gratia cognoſcens, *& oret gemitu* S. August.
*voluntatis, ut impetret donum facultatis*. Si quidem
*Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, qua-* 2. Cor. 3. 5.
*ſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt* :

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Cor. 12. 3. & *Nemo poteſt dicere, Dominus Jeſus, niſi in Spiritu Sancto.* Orantibus, gementibus, pœnitentibus merita ſua Jeſus applicabit: aperientur in nobis aures interioris hominis, gratiâ ejus operante, ſolvetur lingua noſtra in Dei laudes, loquetur *quaſi ſermones Dei*: gratiæ Chriſti vim & admirabimur & prædicabimus. *Et eò amplius admirabantur, dicentes: bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.*

---

## DOMINICA XI. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Luc. x. 27.

HOc Legis naturæ præceptum eſt, in Lege Moſaïca renovatum, cùm lex naturæ in hominum cordibus per peccatum obſcurata eſſet; in Lege tandem Evangelica à Chriſto Jeſu magis explicatum. Hæc poſt primum & maximum de dilectione Dei mandatum, ſumma Legis eſt. *In Lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis?* His verbis Chriſtus interrogat Legiſperitum qui tentaturus illum ſurrexerat, quærens quid facto eſſet opus ad vitam æternam poſſidendam. Ille verò reſpondens dixit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum ſicut*
Matt. 22. 40. *te ipſum.* Phariſæi reſponſum Jeſus approbat: *Rectè*, inquit, *reſpondiſti: hoc fac & vives. In his duobus mandatis*, ait alibi Chriſtus, *univerſa Lex pendet & Prophetæ.* De primo præcepto Sermonem aliàs habebimus. Hodie de ſecundo agendum, quod præcipuè Legiſlator noſter ac Salvator propoſitâ Samaritani parabolâ explicuit: & id quidem impræſentiarum ſufficiet ad plenitudinem Legis exponendam. Nam, ut do-



cet Apoſtolus, *Qui diligit proximum, legem implevit ... Omnis lex in uno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum ...* Rom. 13. 8. Galat. 5. 14. Qua ratione tota lex dilectione proximi impleatur? (*Lib. 4. de Decalogo. Cap. 2. Art. 6.*) Unumquemque veſtrûm convenio, Auditores, *In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?* Quid in Lege Dei ſcriptum ſit, vos minimè ignorare confido; ſed vereor ne ad illam non ſatis attendatis. Timeo ne ignoretis quis ſit proximus, quod ignorabat Legiſperitus ille qui Chriſto quæſtionem propoſuit tentans illum, *Quis eſt meus proximus?* Tria ergo docebo vos præſenti Sermone. 1. Quis ſit proximus? & quæ ſit regula ſecundùm quam proximi dilectio menſuranda eſt. 2. Quæ ſint officia dilectionis proximo debitæ ſecundùm Dei legem? 3. Quod ſit exemplar cui nos in exibendis hujus dilectionis officiis conformare debemus?

I. Omnis homo proximus eſt noſter, etiam extraneus & peregrinus, etiam ignotus, etiam inimicus, ut docet Chriſtus propoſitâ Parabola Samaritani, qui miſericordiam exercuit in Judæum, tametſi Judæi Samaritanos averſarentur, nec ipſis coüterentur. *Fratres etiam veſtri ſumus jure naturæ matris unius*, ait Tertullianus Paganos alloquens, *etſi vos parum homines, quia mali fratres.* Apologet. c. 39. Multò magis proximi ſunt Chriſtiani. *At quantò dignius fratres & dicuntur, & habentur, qui unum Patrem Deum agnoverunt, qui unum Spiritum biberunt ſanctitatis, qui de uno utero ignorantiæ ejuſdem ad unam lucem expaverunt veritatis?* Paratus igitur eſſe debet Chriſtianus ad miſericordiam in omnes homines exercendam, ad benefaciendum omnibus quantùm poteſt, non iis ſolùm à quibus ſperare poteſt grati animi vicem, & ſimilia vel majora beneficia, quia *Caritas non quærit quæ ſua ſunt.* 1. Cor. 13. 5. Verumtamen in magis conjunctos priùs & uberiùs exercenda eſt beneficentia, cæteris paribus. Ordo enim in carita-

te ſervandus eſt. *(Lib. 4. Cap 2. Art. 11. Regulis 5. 20. & 21.)*

Regula ſecundùm quam dilectio proximi menſuranda eſt, amor eſt quo nos ipſos diligimus. *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Omne igitur bonum proximo deſiderare, procurare, conferre debemus, quantùm in nobis eſt, quod nobis deſideramus, & fieri vellemus. Omne malum à proximo avertere, quantùm valemus, nullum illi malum imprecari vel inferre, quod
Tob. 4. 16. nobis inferri nollemus. *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.* Tobiæ verba ſunt
Matt. 7. 12. Spiritus Sancti afflatu filium admonentis. *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim Lex & Prophetæ.* Verba ſunt Chriſti. Nulla exceptio eſt, *Omnia quæcumque vultis,* &c. Seipſum ſalubriter diligit, qui plus Deum quàm ſeipſum diligit. Cum proximo igitur agendum ut ipſe etiam perfecto amore diligat Deum. *(Lib. 4. De Decalogo, Cap. 2. Art. 11. Regula 2.)* Ex præcepto dilectionis proximi naſcuntur humanæ ſocietatis officia, *(Ibidem.)* Quid ſit diligere proximum ſicut ſeipſum? *(Ibidem.)* Non carnales neceſſitudines in homine diligendæ, ſed natura quæ ad Deum pertinet, ſive ſit perficienda, ſive perfecta. *(Ibidem.)* Omnes ſub uno Deo Patre cognati ſunt, qui eum diligunt. *(Ibidem.)* Cur præceptum de proximi dilectione mandatum novum dicatur? *(Ibidem.)* Proximum ſicut ſeipſum diligere debet homo tripliciter. *(Ibidem.)*

II. Quæ ſint officia dilectionis proximo debitæ ſecundum Dei legem, docet Parabola Samaritani à Chriſto propoſita in hodierno Evangelio. 1. Miſeriis proximi condolendum. *Et videns eum, miſericordia motus eſt.* Unus ex caracteribus impiorum, quos tradidit Deus
Rom. 1. 31. in reprobum ſenſum, eſt quod ſint *ſine affectione, ſine miſericordia.* Hos morte dignos æterna docet Apoſtolus. Quamobrem hortatur ut viſcera miſericordiæ in-



duamus. *Induite vos ergo, ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ.* Coloſſ. 3. 12. Unum corpus ſumus, ſinguli autem alterius membra. *Si autem unum membrum patitur, compatiuntur omnia membra.* 1. Cor. 12. 26. Ut gaudium illis commune, ita communis afflictio. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus: idipſum invicem ſentientes.* Rom. 12. 15. 16. Proximum diligere tenemur, ſicut nos ipſos, amore affectivo & interiori: Unde per ſolos actus externos hoc præceptum non impletur. *(Lib. 1. Cap. 2. Art. 11. Regula 1.)*

2. Juvandus eſt proximus, & ejus miſeriæ ſubveniendum eſt quantùm valemus: non remittendum aliis hoc officium. Unde nec Sacerdos, nec Levita, qui hominem vulneratum & ſemimortuum videntes prætericrunt, impleverunt præceptum dilectionis proximi, ſed ſolus Samaritanus, qui ad ipſum appropinquavit, illique ſubvenit. *Et appropians alligavit vulnera ejus,* &c. Hinc dilectus Chriſti Apoſtolus: *Filioli mei, non* 1. Joan. 3.
*diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.* Et ſanctus Jacobus Apoſtolus: *Si frater & ſoror nudi* Jacob. 2. 15.
*ſint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit?* Ad miſeros appropinquandum eſt, ad ignorantes, ut eos doceamus; ad ægrotos, ut ipſis miniſtremus; ad captivos & afflictos ut illos conſolemur; ad peccatores, ut illos corripiamus & eorum converſionem procuremus. Moroſi ne ſimus, ſed affabiles omnibus qui ope noſtra, patrocinio, conſilio, ſolatio indigent. *Et appropians alligavit vulnera ejus.* Lethalis obdurationis adversùs miſericordiam reus eſt, qui opus aliquod miſericordiæ, ſive corporalis, ſive ſpiritualis prætermittit ac negligit, cùm illud exercere poteſt & tenetur, quando nimirum extrema eſt vel urgens proximi eâ miſericordiâ indigentis neceſſitas. *(Lib. 3. de Peccatis, Cap. 6. Art. 9. Regula 15.)* Non obviis tan-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tùm pauperibus eroganda eleemoſina, ſed pauperes quærendi, & illis maximè ſubveniendum, qui præ verecundia petere non audent. (*Lib. 4. De Decalogo, Cap. 2. Art. 11. Regulâ 27.*)

3. Commodis etiam noſtris aliquid detrahendum eſt ut proximi neceſſitatibus ſuccurramus: multò magis impendenda ſunt ſuperflua noſtra in eleemoſynas. Sic Samaritanus ex equo ſuo deſcendit, ut hominem vulneratum & omni ope deſtitutum in illum imponeret. Lethalis obdurationis adverſus miſericordiam rei ſunt divites, qui Chriſtianæ frugalitatis & moderationis regulas prætergreſſi, ea quæ familiæ ſuſtentationi, & ſtatus ſui atque dignitatis decentiæ minimè neceſſaria ſunt, in frequentes & ſplendidas epulas, in ædium magnificentiam, in pretioſiorem ſuppellectilem, in veſtium luxum, in ludos, in curioſitatis lenocinia, in voluptates profundunt. (*Ibidem, Regulâ 9.*)

4. Proximus in peccatum lapſus & vulneratus, ſaluberrimis correptionis fraternæ medicamentis curandus eſt; infundendum in vulnera ejus oleum & vinum; ſeveritas lenitate temperanda eſt. *Alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum.* Qui ex zelo amaro & cum nimia acrimonia corripiunt, ſolum vinum, imò potius acetum infundunt vulneribus, quo exacerbantur. Adu-
Pſal. 140. 5. latores ſolum oleum, de quo dictum eſt: *Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum.* Detractores ſubtiliores oleum in ore habent, ſed vulneribus peccantium
Pſal. 54. 22. non infundunt: imò novas ipſis plagas imponunt. *Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula.* De fraternæ correptionis officio ad caritatem proximi pertinente, vide (*lib. 4. de Dec. C. 2. Art. 11. Regulâ 39. & 40.*) Correptio fraterna cum humilitate, caritate & manſuetudine exercenda eſt. (*Regulâ 39.*) Tria neceſſaria illi qui proximum corripit: In animo, compaſſionis affectus; juſtitiæ zelus, diſcretionis ſpiritus: In lingua, modeſtia in increpando; copia in exhortan-



do; efficacia in perſuadendo. (*Ibidem.*)

5. Portandæ ſunt & ſuſtinendæ infirmitates proxi-
mi. *Caritas* enim *patiens eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſ-* 1. Cor. 13.
*ſtinet.* Id ſignificat Samaritanus, qui ægrotum in jumentum ſuum impoſuit. Officium dilectionis erga proximum eſt, illius onera portare. (*Ibidem, Regula 3.*)

6. Hoſpitalitas exercenda, & cura de proximo gerenda eſt in ejus neceſſitatibus. *Duxit in ſtabulum, & curam ejus egit.* Unde Propheta Evangelicus ait:
*Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque in-* Iſai. 58. 7.
*duc in domum tuam: ſi videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris.* Ubi verò Xenodochia ſunt, cura ſaltem ut ad ea pauperes infirmi deferantur: ipſos commenda Xenodochii Præfectis & Miniſtris; ipſe illis miniſtra ex tua ſubſtantia. *Et altera die protulit duos denarios* Samaritanus, & *dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe.* Peccatorem ſaluberrimis admonitionibus, conſiliis, bonis exemplis duc ad Paſtores & Præpoſitos Eccleſiæ, qui de illo curam habeant.
Ne dicas cum Caino: *Num cuſtos fratris mei ſum ego?* Geneſ. 4. 9.
Cuſtos certè eſſe debes ex præcepto caritatis. Deus
enim *Mandavit unicuique de proximo ſuo.* (Fraternæ Eccli. 17, 12.
dilectionis caracteres explicantur *Lib. 2. Cap. 2. Art. 11. Regula 2.*)

III. Exemplar cui nos in exhibendis proximo dilectionis officiis conformare debemus, Chriſtus eſt.
*Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſi-* Joan. 13. 34.
*cut dilexi vos.* Verus ille Samaritanus eſt, qui fecit nobiſcum miſericordiam: Samaritanus enim cuſtos inter-
pretatur, & de Domino noſtro dicitur: *Ecce non dor-* Pſal. 120.
*mitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael*: quia reſur- Rom. 6.
gens ex mortuis jam non moritur. Denique cùm illi Joan. 8.
contumelioſe dixiſſent Judæi, *Samaritanus es tu, &* S. Auguſt. Serm. 113.
*dæmonium habes*, negavit ſe habere dæmonium, quia ſe alias 37. de verbis Domini.
noverat dæmonum expulſorem; non ſe negavit Samaritanum, id eſt, infirmi cuſtodem. Homo deſcendens

ab illa cæleſti Jeruſalem civitate pacis, eamque deſerens
ex lib. 2. Quæſt. Evang. c. 19. per peccatum, in latrones, diabolum ſcilicet ac Angelos ejus incidit, qui eum juſtitia & immortalitate ſpoliatum & plagis impoſitis ignorantiæ, infirmitatis, ſeu difficultatis & impotentiæ ad bonum omne ſupernaturale, ſemivivum reliquerunt. Qua enim parte Deum cognoſcere & intelligere poteſt, vivit: qua parte peccatis contabeſcit & premitur, mortuus eſt, ideoque dicitur ſemivivus. Sacerdos & Levita viſo eo præterierunt. Lex & Sacrificia Moſaica peccati malitiam expiare, vulnera ſanare non poterant. Per legem cognitio peccati, non
S. Auguſt. lib. 1. Cont. duas Epiſt. Pelag. c. 8. curatio. *Lex jubere novit, cui ſuccumbit infirmitas: Gratia juvare, quâ infunditur caritas.* Chriſtus verus Samaritanus jacentem videns, miſericordiâ motus eſt, quia nullum in eo meritum invenit quo curari dignus eſſet. Dei Filius humanam naturam aſſumpſit ſolâ miſe-
Iſai. 53. 4. ratione humanæ miſeriæ & infirmitatis. *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit.* Oleum & vinum, pretioſum ſuum ſanguinem plagis hominis peccatoris infudit, ut illum ſanaret. Medicinalis gratiæ ſuæ virtute, *fortiter & ſuaviter* in corde illius operantis perfudit. Vulnera ejus mandatorum ſuorum ſalutaribus faſciis alligavit. In Eccleſiam denique ſuam deductum, commendavit Paſtoribus, quibus duos denarios dedit, in Miniſterium ſalutis animarum impendendos, veritatem nempe & caritatem. His verò in reditu ſuo, id eſt, in judicio, ſi fideliter miniſterium ſuum adimpleverint, mercedem reddet, vitam & gloriam ſempiternam. Tunc enim plena & perfecta erit hominis ſanitas, cùm donata illi fuerit immortalitas. Chriſtum imitemur, & ſicut ille miſericordiam in nos ſuam exercuit, & porrò exercere non ceſſat, ita miſericordiam in proximos exerceamus. *Vade, & tu fac ſimiliter.* Alioqui de ſalute
Jacobi 2. 13. noſtra actum eſt, quia *Judicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam.*





## DOMINICA XII. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longè: & levaverunt vocem, dicentes: Jeſu Præceptor, miſerere noſtri. Quos ut vidit, dixit: Ite, oſtendite vos Sacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens.* Luc. xvij. 12. 13.

I. QUàm fœda, quàm horrenda ſit mortalis peccati lepra, quàm difficilis ejus curatio, ſolo fidei lumine cognoſci poteſt. Ejus typi ſunt ritus ergà leproſos in Lege veteri præſcripti. Lepræ macula in peccati pœnam aliquoties à Deo vindice inflicta, ut illius fœditate ſignificaretur hominibus peccatum incomparabiliter fœdius & horribilius eſſe. Maria ſoror Moyſis leprâ percuſſa eſt ob peccatum invidiæ, murmurationis & detractionis contra fratrem ſuum Dei amicum & Iſraëlitici populi Ducem. (*Num 12.*) Jam medium carnis ejus devoratum erat à lepra, cùm Moyſes pro ea Deum oravit. Illam verò ſeptem diebus extra caſtra ſeparari juſſit Dominus, quibus elapſis tandem ſanata revocaretur. Lepra percuſſus eſt Rex Ozias propter ſuperbiam & ſacrilegium, quòd apprehenſo thuribulo thus adolere voluiſſet in Templo Domini ſuper Altare thymiamatis, quod miniſterii ſacerdotalis erat. Leproſus fuit uſque in diem mortis ſuæ, & è Templo expulſus, habitavit in domo ſeparata, omni ſacro civilique commercio privatus, Joathan filio ejus Regnum adminiſtrante. Quin



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

etiam extra ſepulcra Regum in agro ſepultus eſt, eò quòd leproſus eſſet. *(2. Paralip. 26.)* Giezi ſervus Eliſæi Prophetæ leprâ percuſſus eſt ob avaritiam & ſimoniam, quòd munera à Naamam Syro accepiſſet ob miraculum curationis ejus ab Eliſæo editum. *(4. Reg. 5.)* Quicumque lethali peccato maculati ſunt, ſacrilegi, impudici, ſuperbi, avari, invidi, detractores, Deo, Eccleſiæ, Præpoſitiſve ſuis non obedientes, coram Deo leproſi ſunt, excommunicati, ab Eccleſia primitivorum, quæ in cælis eſt, excluſi, donec ſanati fuerint. Hæc lepra voluntaria. Eam non incurris, ſi ab ea cavere velis. *Obſerva igitur diligenter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quæcumque docuerint te Sacerdotes Levitici generis, juxta id quod præcepi eis, & imple ſollicitè. Mementote quæ fecerit Dominus veſter Mariæ in via cùm egrederemini de Ægypto.* Vide ideam ſeu argumentum Sermonis. 1. in Dominicam ſecundam poſt Octavas Epiphaniæ.

Omni tempore quo leproſus eſt & immundus, ſolus habitabit extra caſtra. *Levit. 13. 46. Deuteron. 24. 8.*

II. Qui ſecundum animam leproſus eſt, mortali peccato inquinatus, peccati deformitatem, fœditatem, horrorem, illud cum infinitâ Dei bonitate quam offendit, cum remedii magnitudine, ſcilicet paſſione, ſanguine, ac morte Filii Dei, quibus abuſus eſt, comparando, conſideret. Indignum ſe agnoſcat, qui ad Deum appropinquet. Humilietur ſub potenti ejus manu, pudore ſuffuſus ſtet à longè, ut Dei miſericordiâ propè fiat in ſanguine Chriſti. *Occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longè.*

Tibi, Domine, juſtitia: Nobis autem confuſio faciei. *Daniel 9.* Tibi Domino Deo noſtro miſericordia, & propitiatio: quia receſſimus à te, & non audivimus vocem Domini Dei noſtri, ut ambularemus in lege ejus.

Altâ & vehementi voce, humili & fervente oratione Dei miſericordiam per Jeſum Chriſtum imploret. Præceptorem invocet, qui gratiæ ſuæ lumine lepram ignorantiæ diſpellat. Salvatorem invocet, qui caritate per Spiritum Sanctum ſuum in cor infuſâ, lepram cupiditatis miſericorditer ſanet. *Et levaverunt vocem, dicentes: Jeſu Præceptor, miſerere noſtri.* Tum corde contrito & humiliato pergat ad Sacerdotes, lepram ſuam oſtendat, peccata ſua confiteatur, faciat quod præ-



ſcripſerint ſecundùm divinæ animarum medicinæ regulas, ut Deo reconcilietur, ut peccati remiſſionem obtineat, ut animæ ſanitatem per Chriſti gratiam recipiat. *Ite, oſtendite vos Sacerdotibus.* Sic Deum laudare incipiunt pœnitentes, & ejus faciem præveniunt in confeſſione, qui ſuâ jam miſericordiâ ipſos prævenit, dum contriti ad Sacerdotes ituri peccatorum ſuorum confeſſionem edituri, lepram ſuam oſtenſuri. *Antequam veniat, nos confitendo damnemus quod fecimus, ut ille quod coronet, non quod damnet inveniat.* Hoc maximè pertinet ad laudem Dei; *Quia tanto amplius laudatur Medicus, quanto plus deſperabatur ægrotus.* Confitere itaque peccata tua, quò magis deſperabas de te propter iniquitates tuas. *Tanto enim major laus eſt ignoſcentis, quanto major exaggeratio eſt peccata confitentis.*

*S. Auguſt. Enarrat. in Pſ. 94. n. 4.*

III. Poſtquam mundati ſunt leproſi, ſive juſtificati & abſoluti peccatores, ſtatim ad Jeſum redire debent, illi adhærere, humiliter gratias agere ſuo Salvatori ac liberatori pro accepto beneficio. *Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna voce magnificans Deum, & cecidit ante faciem ejus gratias agens.* Pars præcipua divini cultus in gratiarum actione poſita. ( *Lib. 5. de Oratione, Cap. 1. Art. 8.* ) Ipſa gratiarum actio Dei donum eſt ( *Ibid.* ) Multi importunè petunt quod ſibi deeſt, pauci gratias agunt. *Nonne decem mundati ſunt, & novem ubi ſunt? Non eſt inventus qui rediret & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena.* Locum in nobis facimus ampliori gratiæ, ſi acceptæ non ſimus ingrati. Contra verò qui de magnis gratias non agit, & quod habet amittit. ( *Lib. 5. Cap. 1. Art. 8.* ) Sponſa cæleſtis priori gratiæ adeo non ingrata eſt, ut ſecundam gratiarum actione prævenerit, de Sponſo dicens: *Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Diſce in referendo gratiam non eſſe tardus aut*

*S. Bernard. Serm. 51. in Cant.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Prov. 23. *ſegnis, diſce ad ſingula dona gratias agere. Diligenter conſidera quæ tibi apponuntur, ut nulla videlicet Dei dona debita gratiarum actione fruſtrentur, non grandia, non mediocria, non puſilla. Denique jubemur colligere fragmenta ne pereant, id eſt, nec minima beneficia oblivíſci. Numquid non perit quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ. Propter hoc Sponſa mox ut gratiam de lævâ ſenſit: gratias egit, non eſpectans plenitudinem quæ in dextera eſt.*

---

## DOMINICA XIII. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Nemo poteſt duobus dominis ſervire .... Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Matt. vj.

SCriptura ſacra *non damnat niſi cupiditatem, non præcipit niſi caritatem, atque ita informat mores hominum,* ait præclarè S. Auguſtinus. Eò maximè collineat Evangelium. Chriſtus cupiditatem expugnat, caritatem ubique commendat. Damnat cupiditatem his verbis: *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Caritatem commendat hâc ſententiâ, *Quærite primùm Regnum Dei, & juſtitiam ejus.* Temporales perituraſque divitias contemnendas docet Chriſtus; ſpiritales æternaſque divitias diligendas & quærendas.

I. Avaritia quàm grave ſit peccatum. *(Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 6. Art. 1.)* Peccatum eſt in Deum *(Ibidem. n. 3.)* Peccatum eſt hominis in ſe ipſum *(Ibid. n. 4.)* Avarorum dura & pudenda ſervitus *(Ibid.)* Avari dæmoniacis ſimiles. *(Ibid.)* Penè inſanabile avaritiæ malum. *(Ibidem.)* Non malæ per ſe



divitiæ, ſed perverſus earum amor & pravus uſus. *(Ibid.)* Avarus in ſe ipſum iniquus. *(Ibidem.)* Divitis avari egeſtas. *(Ibidem.)* Crudelitas avaritiæ *(Ibid.)* Avaritiæ effigies à S. Cypriano adumbrata. *(Ibidem.)* Chriſtianos ab avaritia deterrere debet opum vanitas & fallacia, ſpiritualium excellentia bonorum, vitæ Chriſtianæ conditio, quæ via eſt ad meliorem & cæleſtem æternamque patriam, Chriſti verba divites avaros damnantis, pauperes ſpiritu commendantis. *(Ibidem. Art. 2.)* Divitiarum cupiditas, & ſpes in divitiis mala: *(Art. 3. Regula 3.)*

Lethalis avaritiæ rei ſunt, quicumque plura concupiſcunt, quàm hujus vitæ neceſſitas, ſtatuſque ſui decentia & decorum exigant; & neceſſaria habentes, novas opes congregare non ceſſant. *(Ibidem. Regula 4.)* Non ſolùm lethalis avaritiæ reus eſt qui rapit aliena, ſed & ille qui cupidè ſervat ſua: ſi tanta ſit cupiditas, ut illa non ſit paratus amittere ne Deum lethaliter offendat. *(Ibidem. Regula 5.)* Gravis impatientia in rei familiaris amiſſione animum prodit lethalis avaritiæ reum. *(Regula 6.)* Timor amittendarum opum, martyrii impedimentum eſt. *(Ibidem.)* Avaritiæ lethalis rei ſunt, qui nullum congerendis filiorum gratiâ opibus modum ſtatuunt; eâque ratione ab erogandis eleemoſynis ſe excuſant urgente præcepto. *(Regula 7.)* Pater qui largas eleemoſynas facit, meliùs filiis ſuis conſulit. *(Ibidem.)* Uno filiorum amiſſo, pars ejus pauperibus eroganda. Trajectitium ex eleemoſynis faciendum. Chriſtus ad filiorum numerum addendus. *(Ibidem.)* Patres qui filiis ingentes opes congregant, peccatorum materiam illis cumulant. *(Ibidem.)* Pater avarus in ſua filiorumque perſona à Deo puniendus. *(Ibidem.)*

II. Veræ divitiæ, Regnum Dei & juſtitia ejus. Hæ primùm quærendæ, hæ ſolæ amandæ ſunt. *Quærite primùm Regnum Dei, & juſtitiam ejus.* Nuſquam



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Tim. 6. pauper, qui Deo dives eſt. Divitibus præcipitur *Non ſublime ſapere, neque ſperare, in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Bona opera veræ divitiæ ſunt, in cælis, apud Deum depoſitæ, quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Ibi cor habere licet; quia ibi theſaurus noſter eſt. *Ubi eſt theſaurus tuus, ibi & cor* Matth. 6. *tuum erit.* Theſaurus noſter, Deus noſter. *Surſum corda.* Si cor in terra manſerit, divitias terrenas amans, terra fiet, computreſcet: Si ad cælum erigatur, & in Deo defixum fuerit, Deus fiet. Deus totum hominis Chriſtiani. *Deus meus & omnia.*

---

## Dominica XIV. post Festum SS. Trinitatis.

*Ibat Jeſus in civitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo Diſcipuli ejus, & turba copioſa. Cùm autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ: & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa.* Luc. vij.

CHriſti Jeſu miracula non ſolùm facta ſunt admirabilia, ſed ſigna ad noſtram inſtructionem ab ipſo ordinata. Mortuus qui ad ſepulcrum efferebatur, ſtatum miſerum peccatoris ſignificat: Mortui ſuſcitatio à Chriſto Domino ſignificat converſionem & juſtificationem peccatoris. 1. Lugendus peccatoris ſtatus. 2. Laudanda Chriſti miſericordia, qui peccatorem ad vitam revocat per gratiam ſuam.

I. Peccatum mors animæ. Quemadmodum corpus



de anima vivit, ſic anima de Deo vivit. Sicut ergo corpus moritur cùm ab eo ſeparatur anima; ſic moritur anima cùm ab ea ſeparatur Deus, ſive cùm ipſa ſe ſeparat à Deo. Anima non vivit de ſe: Melius eſt id quo vivit, quàm ipſa: Deus eſt qui ipſam creavit ad imaginem ſuam, ut ei adhærendo beata eſſet. Per peccatum mortale à Deo ſeparatur: peccatum igitur mors eſt animæ. *Anima quæ peccaverit, ipſa morietur.* ( Vide Ezech. 18. 20.
*Lib. 3. Tract. de Peccatis Cap. 3.* ) Peccatoris ſtatum cum ſtatu hominis mortui compara. Nec motum, nec ſenſum ullum ſpiritualem in eo deprehendes; corrumpitur, ad ſepulchrum effertur, mox putreſcet, exhalabit odorem mortis, ſi peccatum publicum fuerit. Scandalum odor mortis eſt: Malæ conſcientiæ verme corrodetur. In ſepulchrum effertur per quatuor portitores, ignorantiam, cupiditatem, timorem, ſuperbiam. Mox ſepulcro malæ conſuetudinis includetur, niſi Chriſtus per gratiam ſuam occurrat, ipſumque ſuſcitet: Veniet in profundum malorum, contemnet, à Deo penitus deſeretur, oblivioni tradetur, nomen ejus de libro vitæ delebitur, peribit: Morietur in peccatis, ſecundæ morti, abſque ulla ſpe reſurrectionis ad vitam gratiæ, & gloriæ, addicetur. *Sicut vulnerati dormientes in ſe-* Pſal. 87. 6.
*pulcris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt.* Tribus gradibus ad peccatum pervenitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione. Tres peccati differentiæ, in corde, in opere, in conſuetudine, ſignificatæ per tres mortuos à Chriſto Domino ſuſcitatos. ( *Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 1. Art. 9.* ) Peccata ex pravo habitu & conſuetudine commiſſa graviora ſunt peccatis ex infirmitate commiſſis. Miſerabilis ſtatus hominis peccandi conſuetudine irretiti... Gradus quibus ad pravam conſuetudinem pervenit anima... Ex prava conſuetudine moralis quædam peccandi neceſſitas emergit, ſed tamen voluntaria, quæ proinde peccatum aggravat, tantùm abeſt ut



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Tim. 6. pauper, qui Deo dives eſt. Divitibus præcipitur *Non ſublime ſapere, neque ſperare, in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, benè agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Bona opera veræ divitiæ ſunt, in cælis, apud Deum depoſitæ, quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Ibi cor habere licet; quia ibi theſaurus noſter eſt. *Ubi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit.* Theſaurus noſter, Deus noſter. *Surſum corda.* Si cor in terra manſerit, divitias terrenas amans, terra fiet, computreſcet: Si ad cælum erigatur, & in Deo defixum fuerit, Deus fiet. Deus totum hominis Chriſtiani. *Deus meus & omnia.*

Matth. 6.

---

## DOMINICA XIV. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Ibat Jeſus in civitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo Diſcipuli ejus, & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ: & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa.* Luc. vij.

CHriſti Jeſu miracula non ſolùm facta ſunt admirabilia, ſed ſigna ad noſtram inſtructionem ab ipſo ordinata. Mortuus qui ad ſepulcrum efferebatur, ſtatum miſerum peccatoris ſignificat: Mortui ſuſcitatio à Chriſto Domino ſignificat converſionem & juſtificationem peccatoris. 1. Lugendus peccatoris ſtatus. 2. Laudanda Chriſti miſericordia, qui peccatorem ad vitam revocat per gratiam ſuam.

I. Peccatum mors animæ. Quemadmodum corpus



de anima vivit, ſic anima de Deo vivit. Sicut ergo corpus moritur cùm ab eo ſeparatur anima; ſic moritur anima cùm ab ea ſeparatur Deus, ſive cùm ipſa ſe ſeparat à Deo. Anima non vivit de ſe: Melius eſt id quo vivit, quàm ipſa: Deus eſt qui ipſam creavit ad imaginem ſuam, ut ei adhærendo beata eſſet. Per peccatum mortale à Deo ſeparatur: peccatum igitur mors eſt animæ. *Anima quæ peccaverit, ipſa morietur.* ( Vide Ezech. 18. 20.
*Lib. 3. Tract. de Peccatis Cap. 3.* ) Peccatoris ſtatum cum ſtatu hominis mortui compara. Nec motum, nec ſenſum ullum ſpiritualem in eo deprehendes; corrumpitur, ad ſepulchrum effertur, mox putreſcet, exhalabit odorem mortis, ſi peccatum publicum fuerit. Scandalum odor mortis eſt: Malæ conſcientiæ verme corrodetur. In ſepulchrum effertur per quatuor portitores, ignorantiam, cupiditatem, timorem, ſuperbiam. Mox ſepulcro malæ conſuetudinis includetur, niſi Chriſtus per gratiam ſuam occurrat, ipſumque ſuſcitet: Veniet in profundum malorum, contemnet, à Deo penitus deſeretur, oblivioni tradetur, nomen ejus de libro vitæ delebitur, peribit: Morietur in peccatis, ſecundæ morti, abſque ulla ſpe reſurrectionis ad vitam gratiæ, & gloriæ, addicetur. *Sicut vulnerati dormientes in ſepulcris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt.* Tribus gradibus ad peccatum pervenitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione. Pſal. 87. 6.
Tres peccati differentiæ, in corde, in opere, in conſuetudine, ſignificatæ per tres mortuos à Chriſto Domino ſuſcitatos. ( *Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 1. Art. 9.* ) Peccata ex pravo habitu & conſuetudine commiſſa graviora ſunt peccatis ex infirmitate commiſſis. Miſerabilis ſtatus hominis peccandi conſuetudine irretiti ... Gradus quibus ad pravam conſuetudinem pervenit anima ... Ex prava conſuetudine moralis quædam peccandi neceſſitas emergit, ſed tamen voluntaria, quæ proinde peccatum aggravat, tantùm abeſt ut



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

excuſet... Peccandi conſuetudo ad duritiem cordis ſenſim perducit. (*Lib. 3. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Art. unico Regula 12.*) Ad tam metuendum malum pertrahuntur juvenes qui adoleſcentiam & juventutem in peccatis tranſigunt. *Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.* Audiant igitur Chriſti vocem ipſos miſericorditer ad vitam revocare volentis; *Adoleſcens tibi dico, ſurge.*

*Prov. 22. 6.*

II. Eò magis lugendus eſt peccator, quò ſe ipſum non luget. *Si quem de charis tuis mortalitatis exitu perdidiſſes, ingemiſceres dolenter & fleres... Animam tuam miſera perdidiſti, ſpiritaliter mortua ſupervivere hic tibi, & ipſa ambulans funus tuum portare cœpiſti; & non acriter plangis, non jugiter ingemiſcis? Non te vel pudore criminis, vel continuatione lamentationis abſcondis? Ecce pejora adhuc peccandi vulnera, ecce majora delicta: peccaſſe, nec ſatisfacere; deliquiſſe, nec delicta deflere.* Sed etſi non lugeat peccator miſeriam ſuam ac mortem ſpiritualem, pro ipſo luget mater Eccleſia, per viduam typicè ſignificata. Gemitus columbæ, lacrymas juſtorum pro peccatorum converſione gementium & orantium ſæpe Deus exaudit, & miſericordiâ motus, mortuum ſuſcitat. Flet jugiter Eccleſia, donec illi Chriſtus occurrens poſt perfectam atque conſummatam electorum omnium ſanctificationem, lacrymas ejus abſtergat, & dicat illi: *Noli flere.* Lacrymas noſtras cum Eccleſiæ lacrymis miſcere, cum ipſa pro peccatoribus, & pro nobis ipſis, qui ex eo numero ſumus, gemere & orare debemus. (*Lib. 5. de Oratione, Cap. 1. Art. 7. n. 7.*) Membra ejuſdem corporis ſumus. *Non poteſt corpus de unius membri vexatione lætum agere: Condoleat univerſum, & ad remedium collaboret neceſſe eſt.*

*S. Cyprian. Tract. de Lapſis p. 172.*

*Tertull. Lib. de Pœnit., Cap. 10.*

Chriſtus per gratiam ſuam ad mortuum accedit, (neque enim mortuus accedere ad Chriſtum poteſt) tangit loculum animæ per peccatum mortuæ, cùm



corpus gravi aliquo morbo affligit, cùm ſenſus illius aliquibus objectis, aures verbis ſalutaribns pulſat, quæ illius converſioni operante gratiâ inſerviunt.

Verùm tactus loculi ſeu feretri non reſuſcitat peccatorem, niſi Chriſtus cupiditates ſiſtat, quæ mortuum efferunt ad ſepulcrum, niſi victricis gratiæ imperio & efficaciâ mortuum vocet. *Et acceſſit, & tetigit loculum.* (*Hi autem qui portabant, ſteterunt*) *Et ait: Adoleſcens, tibi dico, ſurge.* Cujus verò cor efficaciter tetigit Chriſtus, ille paret vocantis imperio, abſque morâ è feretro vel ex tumulo ſurgit, peccatum & omnes peccandi occaſiones proximas deſerit. *Et reſedit qui erat mortuus.* Surgit per contritionem cordis amore pœnitente formatam. Deinde peccata ſua confitetur Sacerdoti. *Et cœpit loqui.* Tandem ſecundùm ordinem Eccleſiaſticæ Diſciplinæ pro peccatis ſuis divinæ juſtitiæ ſatisfacit; & Eccleſiæ reſtituitur, cujus Capiti per caritatem non cohærebat, cujus exanime & putridum membrum erat, de Spiritu ejus vivit. *Et dedit illum matri ſuæ.* Mortem animæ vitemus, quâ moritur nemo niſi volens. Si mortui ſumus, Chriſto nobis miſericorditer occurrenti & ad vitam revocanti pareamus & cooperemur. Nemo enim ſpiritaliter reſurgit niſi velit. *Qui creavit te ſine te, non te juſtificat ſine te.* Surgamus è feretro ſeu tumulo peccati: *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Peccata noſtra confiteamur: *Dixi, Confitebor injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Oremus ut nobis à Deo dimittantur, juſtorum & Eccleſiæ Matris interceſſionem apud Deum adhibeamus. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.* Timeamus ne in mortem peccati rurſus incidamus. *Evaſimus ſemel, hactenus periculoſis noſmetipſos inferamus, etſi iterum evaſuri videmur. Plerique naufragio liberati, exinde repudium & navi & mari*

*S. Auguſt.*

*Epheſ. 5. 14.*

*Pſ. 31. 5. & 6.*

*Tertull. Lib. de Pœnit.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*dicunt ; & Dei beneficium, ſalutem ſuam ſcilicet ; memoriâ periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam, nolunt iterum divinæ miſericordiæ oneri eſſe : formidant videri* * *inculcare quod conſecuti ſunt : bona certè ſollicitudine iterum experiri vitant quod ſemel didicerunt timere. Ita modus temeritatis teſtatio eſt timoris. Timor autem hominis, Dei honor eſt.* A Chriſto denique ſpiritualiter ſuſcitati, & à peccato liberati, miſericordiam ipſius laudemus, eique gratias agamus. *Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes : Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam.*

* *Id eſt, conculcare.*

---

## DOMINICA XV. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Cùm intraret Jeſus in domum cujuſdam Principis Phariſæorum Sabbato manducare panem, & ipſi obſervabant eum. Et ecce homo hydropicus erat ante illum.* Luc. xiv.

SUperbia, ſpiritualis hydropiſis. Cor humanum inflat, ex corrupti humoris redundantiâ oritur, ſitim parit inordinatam honorum & vanæ gloriæ. Hunc morbum Chriſtus ſanare venit. *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.* Hydropicum ſanat in domo Phariſæi, quia per alterius ægritudinem corporis, in altero ſignificatur ægritudo cordis. Quam ut curaret cæleſtis Medicus, parabolam propoſuit invitatis, qui ſuperbiâ tumentes, primos accubitus eligebant. *Cum invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit invitatus ab illo : & veniens is qui te & illum invitavit, dicat tibi : Da huic locum : & tunc incipias cum rubore noviſſimum locum tenere. Sed cùm vocatus fueris, vade,*



*recumbe in noviſſimo loco.* Vera humilitas in exteriori converſatione ſine ullâ affectatione ſe prodit. Qui ratione dignitatis ſuæ, muneris, ſtatûs aut antiquitatis primi ſedent, quia lege aut conſuetudine præſcriptum eſt, animi præparatione ultimum locum tenere debent, ſeque omnibus poſtponere. Nec humiliationis timor, nec humanæ gloriæ deſiderium nos impellere debet ut ultimum locum amemus, ſuperiorem non quæramus, ſed nihili noſtri cognitio, pœnitentiæ ſpiritus, odium ſuperbiæ, ſincera humilitatis affectio, ſtudium nos conformandi Chriſto qui propter nos è ſinu Patris, è ſolio magnitudinis, gloriæ ac Majeſtatis ſuæ, in terras pro nobis deſcendit. *Exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens :* Studium denique obediendi ejus Evangelio quod humilitatem docet, Mundi Sapientibus incognitam virtutem. *Vade, recumbe in noviſſimo loco.* Nobis convenit poſtremus locus ob naturæ vilitatem, pulvis nempe & cinis ſumus. *Quis ego ſum, Domine Deus* (aiebat Rex David) *& quæ domus mea, quia adduxiſti me huc uſque ?* 2. Ob peccata præterita, ſive quorum nobis conſcii ſumus, ſive occulta. Quàm humiliter ſentire de ſe debet peccator, cùm Apoſtolus priſtinæ ſuæ converſationis memor dicat : *Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei ?* 3. Ob infirmitatem & impotentiam ad bonum agendum vel cogitandum, ſi nobis ipſis relinquamur. Nam *Sine me nihil poteſtis facere* (ait Chriſtus) *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt* (inquit Apoſtolus.) 4. Ob ſortis noſtræ æternæ incertitudinem. *Multi* enim *vocati, pauci electi :* ex illo fortè electorum felici numero non ſumus ; ſunt alii, ſuper quos in præſenti nos extollimus. *Tu fide ſtas : noli altum ſapere, ſed time … Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* 5. Ob eorum fortè, quibus præponi volumus, præclariores dotes, &

*Philipp. 2. 7.*

*2. Reg. 7. 18.*

*1. Corinth. 15.*

*Joan. 15. 5.*

*2. Cor. 3. 5.*

*Rom. 11. 20.*

*1. Cor. 10. 12.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

majora merita. 6. Ob eorum qui in præſenti peccatores ſunt, futuram ſanctitatem, majoremque gloriam in Regno Dei illis quàm nobis deſtinatam, *Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in Regnum Dei.* 7. Ob exemplum Chriſti. 8. Ob veræ æternæque gloriæ promiſſionem ab ipſo factam humilibus: & abjectionis opprobriique æterni minas ſuperbis non ſemel intentatas: *Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Superbia, proclivis ad præcipitium via. *Dejeciſti eos dum allevarentur.* Superbis *Angelis* Deus *non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* Humilitas, gradus ad gloriam. *Quicumque humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte* (ait Chriſtus) *hic eſt major in regno cælorum.* Magnus eſſe vis, à minimo incipe. *Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantam quiſque vult & diſponit ſuper imponere molem ædificii, quantò erit majus ædificium, tantò altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cùm conſtruitur, in ſuperna conſurgit: qui autem fodit fundamentum ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celſitudinem humiliatur, & faſtigium poſt humiliationem erigitur. Quod eſt faſtigium conſtruendæ fabricæ, quam molimur? Quo perventurum eſt cacumen ædificii? Uſque ad conſpectum Dei.* Eò ut perveniamus, fundamentum humilitatis in nobis fodiamus: *Quia omnis qui ſe humiliat, exaltabitur.* (Vide Lib. 3. Tractatu de Peccatis, Cap. 1. ab Articulo 1. ad 14.)

*Matth. 21. 31.*
*Pſal. 72. 18.*
*2. Petri 2.*
*Matth. 18. 4.*
*S. Auguſt. Serm. 69. alias 10. de Verb. Dom.*



## EADEM DOMINICA.

*Reſpondens Jeſus dixit ad Legiſperitos & Phariſæos: Si licet ſabbato curare?* Luc. xiv.

PRæceptum de ſanctificatione Sabbati, quod tertium eſt in prima Decalogi tabula, Chriſtianæ plebi interdum exponere Paſtores & Concionatores Evangelici debent, ut in Religionis officiis plenè ſit inſtituta. Quod quidem hodierni Evangelii occaſione opportunè fiet, quo Chriſtus illud Legiſperitis & Phariſæis explicare dignatus eſt. Explicandum autem, 1. Quis ſit iſtius præcepti divini ſenſus: *Memento ut diem Sabbati ſanctifices:* Quomodo externi, litteralis & ceremonialis Sabbati obſervantia Judæos dumtaxat ſpectaret, ſpirituale autem Sabbatum ad Chriſtianos etiam pertineat. (*Lib. 4. Tract. De Decalogo, Cap. 5. Art. 1. & 2.*) Explicandum. 2. Cur Sabbati celebritas in Dominicam diem ab Apoſtolis tranſlata ſit. (*Ibidem, Art. 3.*) Explicandum. 3. Quibus Religionis officiis obſervanda ſit Dominica dies, necnon Dies Feſti, quorum obſervantiam præcipit Eccleſia. Omne ſervilis operis genus Dominicæ Feſtorumque dierum violat ſanctitatem... Quæ opera neceſſitas à peccato iis diebus excuſet? Venationes, mercatus & nundinæ, comeſſationes, choreæ, ludi ſcenici, & cujuſvis generis ſpectacula, Dominicis præſertim Feſtiſque diebus illicita. (*Art. 6. Regulis 1. 2. & 3.*) Præceptum de ſanctificatione ſpiritali ſabbati magis violare cenſendi ſunt, qui Dominicis Feſtiſque diebus lethale peccatum committunt, quàm qui quodvis opus corporale aliàs bonum & licitum faciunt. (*Regula 5.*) Dominicis Feſtiſque diebus Miſſa audienda integra, attentè & devotè, extra peccati mortalis af-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

fectum, id eſt, animo pœnitente . . . Qui Miſſæ adeſt abſque interna animi devotione & attentione, non ſatisfacit Eccleſiæ præcepto, quamvis cum externa devotione interſit. ( *Regulis 6. & 8.* ) Graviter peccant, qui cum peccati lethalis affectu Miſſæ ſacrificio Dominicis & Feſtis diebus interſunt. Chriſtiani qui ſacrificio Miſſæ interſunt, illud ſuo modo offerre debent cum Sacerdote . . . . Chriſtiani quotquot adſunt Miſſæ ſacrificio, Deo in ſacrificium offeruntur . . . Chriſtianos qui Miſſæ ſacrificio interſunt, in eo ſtatu eſſe optat Eccleſia, in quo ſpiritualiter communicare poſſint . . . Affectus igitur peccati deponendus eſt, ut Miſſa, ſicut oportet, audiatur. ( *Ibidem, Regula 9.* ) Conveniens Dominicæ diei, Feſtorumque ſanctificatio poſtulat ut Fideles verbum Dei audiant, Veſpertinis Officiis interſint, in piorum librorum lectione, aliiſque pietatis operibus ſacros dies tranſigant. ( *Ibidem, Regula 9.* ) Chriſtus ſæpius morbos curare Sabbatis conſueverat, obloquentibus licet ac frementibus Phariſæis. Sab-
a. Luc. 14. bato curavit hydropicum (a.) Mulierem incurvam,
b. Luc. 13. quæ omnino ſurſum aſpicere non poterat (b.) Ho-
c. Luc. 6. minem habentem manum aridam (c.) Cæcum na-
d. Joan. 9. tum (d.) Languidum ad piſcinam (e.) Ut indicaret
e. Joan. 5. ſacris diebus unicuique in curam Animæ ſuæ eſſe incumbendum. *Si licet Sabbato curare?* Anima ex pu-
Luc. 14. teo, ex abyſſo peccati per pœnitentiam extrahenda. *Cujus veſtrûm aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabbati?* Ad Eccleſiam, ad Agni Nuptias accedendum in ſpiritu humilitatis & in animo contrito, quia *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Reficiendi pauperes. *Dicebat au-*
Luc. 14. *tem Jeſus & ei qui ſe invitaverat : Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites : ne fortè te & ipſi invitent, & fiat tibi retributio : ſed cùm facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos,*



*& cæcos. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi : retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum.* Attende tibi ipſi; Animæ tuæ morbos conſidera, conſcientiam excute : *Miſerere animæ tuæ placens Deo.*
Si hydropicus es, ſana tumorem, avaritiæ & ſuperbiæ Eccli. 30.
pravas affectiones depone. Si cæcus, vade ad natatoriam Siloë, in Eccleſiam conveni ad audiendas non ſo-
lùm *Prophetarum voces quæ per omne Sabbatum le-* Act. 13.
*guntur*, ſed vocem Dei in Filio ſuo nobis loquentis : accede ut illumineris. Si curarum terrenarum & negotiorum ſæcularium pondere gravatus curvam habes in terras animam, erige te, & Sacerdotem audiens dicentem : *Surſum corda*; ne fallaciter, ſed ſincerè verèque reſpondeas : *Habemus ad Dominum.* Si languidus es ac debilis, jubente Chriſto ſurge, tolle lectum tuum, peccati occaſiones remove, ambula in via mandatorum Dei. Manum habes aridam, extende eam ad pauperes, eleemoſynas eroga. Quod fortè in ludos, in commeſſationes, in voluptates effunderes, pauperibus diſtribue. Sic anima tua die Sabbati ſanabitur. Fruſtra enim oras, ſi pauperes videns ante te ſtantes, eorum
miſeriæ pro viribus tuis non ſubvenis. *Qui obturat au-* Prov. 21. 13.
*rem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.* Eccleſiæ ingreſſu indigni ſunt, qui ne-
ceſſitatibus pauperum non ſubveniunt. *Ammonites &* Deut. 23. 3.
*Moabites, etiam poſt decimam generationem, non intrabunt Eccleſiam Domini in æternum,* ( inquit Deus Iſraëlitis ) *quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egreſſi eſtis de Ægypto.* Diebus
maximè Dominicis & Feſtis *Beneficentiæ & commu-* Hebr. 13. 16.
*nionis nolite oblivisci : talibus enim hoſtiis promeretur Deus.* Sic animarum ſalutem æternamque remunera-
tionem à Chriſto impetrabitis. *Non enim injuſtus Deus,* Hebr. 6. 10.
*ut obliviſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.*

## DOMINICA XVI. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum.* Matth. xxij. 37. 38.

CUm Sadducæis Chriſtus impoſuiſſet ſilentium, & turbæ doctrinam ejus admirarentur, Pharisæi invidiâ perciti, & gloriam Domini impatienter ferentes, conſilium ineunt, unumque è Secta ſua Legis Doctorem ad eum mittunt, qui malis artibus, & quæſtionibus malignâ intentione propoſitis illum tentet, ex ejus reſponſis anſam calumniæ, ſi fieri poſſit, arrepturus. Tantùm verò abeſt ut Jeſus illi malam voluntatem exprobret, ut potiùs illum benignè excipiat, eâque opportunitate utatur ad præcipua duo Religionis capita tradenda & explicanda, quorum unum fidem ſpectat, mores alterum. Primum eſt divinitatis Chriſti cognitio. *Quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt?* Alterum eſt mandatum de Deo diligendo ex toto corde, in tota anima, & in tota mente. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Chriſtum per fidem cognoviſtis, quæ magna Dei gratia eſt, in ipſum creditis, confitemini illum non ſolùm eſſe filium David, ſed Filium Dei, Dominum David & omnium creaturarum, de quo intelligitur Pſalmus ille Davidis, quem in Eccleſia cani frequenter auditis: *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Sed credere in Chriſtum non ſufficit ad ſalutem, niſi ejus mandata ſervetis. *Hoc* autem *eſt maximum & primum mandatum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.*



Hoc præſenti Sermone vobis explicandum. 1. Amor Dei omnibus affectibus noſtris dominari debet. 2. Actus divini amoris frequenter exercere tenemur. 3. Omnia Dei mandata ex amore implere.

I. Præceptum eſt humano cordi, quod ſine amore eſſe non poteſt, ut Deum diligat amore omnibus ejus affectibus dominante. (*Lib. 4. de Decalogo, Cap. 2. Art. 10. Regula 1.*) Dilectio Dei nullum à ſe rivulum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur. (*Ibidem.*) Secutio Dei eſt beatitudinis appetitus. Eum ſequimur diligendo. (*Ibid.*) Nihil aliud nobis eſt optimum, ad quod, poſtpoſitis cæteris feſtinare oporteat, quàm Deus. (*Ibid.*) Nihil nos ſeparat ab amore Dei, quamdiu ipſum diligere volumus (*Ibid.*) Totus amor noſter in Deum colligendus. *Deus zelotes* totum cor Exod. 20.
jure ſuo ſibi vendicat: Dæmon illud dividi poſtulat ut meretrix illa ad Tribunal Salomonis: *Nec mihi, nec* 1. Reg. 3.
*tibi, ſed dividatur.* Adulteri ſunt, qui cor ſuum dividere volunt mundum inter & Deum. *Adulteri, neſci-* Jacob. 4. 4.
*tis quod amicitia hujus mundi inimica eſt Dei? Quicumque ergo voluerit amicus hujus ſeculi fieri, inimicus Dei conſtituitur.* Quid Deo amabilius? Quid melius? Quid beneficentius? Amandus ergo ex toto corde ob ſummam ſuam & infinitam bonitatem; amandus ob beneficia nobis collata. *Cauſa diligendi Deum, Deus* S. Bernard.
*eſt: Modus, ſine modo diligere.* Deus propter ſe lib. de diligendo Deo.
ipſum diligendus, ſive quia *nihil juſtius*; ſive quia Cap. 1. & 2.
*nihil fructuoſius.* Et *ſuo merito, & noſtro commodo* diligendus eſt. Si Dei meritum quæritur, cùm ipſum diligendi cauſa quæritur, illud eſt præcipuum, quia *Ipſe prior dilexit nos.* Dignus planè qui redametur, præſertim ſi advertatur *Quis, quos, quantumque amaverit.* Quis enim? Nonne is cui omnis ſpiritus confitetur: *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non* Pſal. 15.
*eges?* Vera hujus caritas Majeſtatis, quippe non quærentis quæ ſua ſunt. Quibus autem tanta caritas exhi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Rom. 5. betur: *Cùm adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſu-*
*mus Deo.* Dilexit ergo Deus, & gratis, & inimicos.
Joan. 3. Sed quantum: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium*
*ſuum unigenitum daret,* Meretur amari propter ſe ip-
ſum Deus & ab infideli: qui etſi neſciat Chriſtum, ſcit
tamen ſe ipſum. Proinde inexcuſabilis eſt omnis etiam
infidelis, ſi non diligit Dominum Deum ſuum ex toto
corde, tota anima, tota virtute ſua. *Clamat* nempe *in-*
*tus ei innata & non ignota rationi juſtitia, quia ex to-*
*to ſe illum diligere debeat, cui ſe totum debere non ig-*
*norat.* Quantò magis fidelis qui Deum ſuum tenet vi-
tæ ſuæ non ſolùm gratuitum largitorem, largiſſimum
adminiſtratorem, pium conſolatorem, ſolicitum gu-
bernatorem: ſed inſuper etiam copioſiſſimum redem-
ptorem, æternum conſervatorem, ditatorem, glori-
ficatorem? Quid retribuam Domino pro omnibus
his? . . . *Si totum me debeo pro me facto, quid addam*
*jam pro refecto, & refecto hoc modo? Nec enim tam*
*facile refectus, quàm factus: ſiquidem non ſolùm de*
*me, ſed de omni quoque quod factum eſt, ſcriptum eſt:*
Pſal. 148. Dixit, & facta ſunt. *At verò qui me tantùm & ſemel*
*dicendo fecit, in reficiendo profectò & dixit multa, &*
Pſal. 115. *geſſit mira, & pertulit dura, ſed & indigna. Quid*
*ergo retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mi-*
*hi? In primo opere me mihi dedit, in ſecundo ſe: &*
*ubi ſe dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & reddi-*
*tus, me pro me debeo, & bis debeo. Quid Deo retri-*
*buam pro ſe?* Nam etiam ſi me millies rependere poſ-
ſem, quid ſum ego ad Deum?

Quiſquis ſe ipſum, non Deum amat, non verè ſe
amat. *(Lib. 4. De Decalogo, Cap. 2. Art. 10. Re-*
*gula 1.)* Deus amandus *dulciter, prudenter, fortiter.*
*(Ibidem.)*

II. Ad ſalutem pervenire non poteſt, qui nullum
divini amoris actum exercuerit. *(Ibid. Regula 2.)*
Sine affectu interno amoris verus & ſpiritualis cultus



Deo exhiberi non poteſt. *(Ibid.)* Magna Dei boni-
tas, qui ſe amari jubet à creatura ſua. *(Ibid.)* Dei a-
more nihil magis neceſſarium, nihil magis juſtum.
*(Ibid.)* Divini amoris actum non ſemel tantùm in
vita, ſed ſæpius homo exercere tenetur; immò quàm
frequentiſſimè poteſt. *(Regula 4.)* Amor Dei vacare
non poteſt *(Ibidem.)* Amoris Dei & amoris proprii ca-
racteres. *(Ibid.)* Totis viribus eniti debemus ut in juſ-
titia Chriſtiana creſcamus, quod fit Deum amando.
*(Ibidem)* Deum non amat, qui alia re frui vult præ-
ter Deum. *(Regula 5.)* Nobis igitur exprobrari po-
teſt, quod Elias exprobravit Hebræis alienorum Deo-
rum cultum cum veri Dei cultu conjungere volentibus;
*Uſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt* 3. Reg. 18. 21.
*Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini il-*
*lum.* Totum cor exigit Deus, aliâ re frui non patitur
hominem quàm ſe ipſo. Itaque *Si in toto corde veſtro* 1. Reg. 7. 3.
*revertimini ad Deum, auferte Deos alios de medio veſ-*
*tri: & præparate corda veſtra Domino, & ſervite*
*ei ſoli.*

III. Amor Dei fidelem parit in cæteris mandatis
ſervandis diligentiam. . . In aliis mandatis non ſerva-
tur mandatum de Deo diligendo, niſi illorum obſerva-
tio prodeat ex radice caritatis. *(Lib. 4. de Decalogo,*
*Cap. 2. Art. 10. Regula 1.)* Amor in Legiſlatorem,
facilem & gratam facit legem. *(Cap. 1. Art. 4.)*
Via ſalutis anguſta laboranti, lata amanti. *(Ibidem.)*
Sarcina Chriſti ſublevat. *(Ibid.)* Juſta vita, cùm vo-
lumus, adeſt. *(Ibid.)* Non eſt grave quod diligendo
fit, non timendo *(Ibidem.)* Divina mandata ex di-
lectione Dei obſervanda. *(Art. 7.)* Omnia accuratè
implenda ſunt. Nam *Quicumque totam legem ſerva-* Jacob. 2.
*verit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus . . .* Rom 13. 10.
*Plenitudo legis dilectio.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DOMINCA XVII. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.*
Matth. IX. 2.

PAralyticus in lecto jacens, figura peccatoris ad omne opus bonum ac ſupernaturale per ſe invalidi. Solus Chriſtus illum ſanare poteſt. Illi offertur & commendatur per Eccleſiæ fidem, caritatem, & orationes. *Ecce offerebant ei Paralyticum.* Gratia Salvatoris adjutus, credens vera eſſe quæ divinitus revelata & promiſſa ſunt, atque illud in primis, à Deo juſtificari impium per gratiam ejus, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Jeſu, & peccatorem ſe intelligens, ad Dei miſericordiam conſiderandam ſe convertendo, in ſpem erigitur, fidens Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore: illumque tanquam omnis juſtitiæ fontem diligere incipit; ac propterea movetur adverſus peccata per odium ac deteſtationem ſinceram; Sacerdotem adit, ſingula peccata ſua illi confitetur; pro illis ſatisfacere ſpondet divinæ juſtitiæ, prout illi præſcribit: Abſolvitur, peccatorum veniam obtinet. *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Plenè perfectèque à ſpirituali Paralyſi ſanatum eſſe, compertum & exploratum eſt, ſi ſurgat, ſtetque in pedes ſuos rectus, ſi terræ non adhæreat ampliùs, ſi peccandi proximas occaſiones dimittat; & tollat ac removeat quicquid amabat perverſè, renunciet creaturis, rebus omnibus, in quibus pravo quieſcebat affectu. *Univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.* (Pſal. 40. 4.) Cùm paret gratiæ jubenti ut his ſublatis ac procul remotis, in via mandatorum Dei ambulet, in domum interiorem cordis ſui ſe recipiat, ibique Deum inveniens in eo quieſcat; tunc verè



ſanatus eſt Paralyticus. *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam.* Magnas igitur gratias Deo agere debemus, qui poteſtatem remittendi peccata Eccleſiæ ſuæ dedit, ac Sacerdotibus commiſit. *Videntes turbæ timuerunt & glorificaverunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.*

Remiſſio peccatorum Dei propria... Quid complectatur? In die judicii perficienda & conſummanda eſt, & in iis quidem ſolis quibus in hac vita pœnitentiam agentibus in Eccleſia Catholica peccata remiſſa fuerint. De peccatorum remiſſione tria credenda ſunt. 1. *Quòd peccatorum remiſſionem ſola à Deo poſſit elicere cordis vera converſio.* 2. *Quòd non alibi quàm in ſolo gremio Catholicæ Matris dimitti poſſint peccata converſis.* 3. *In præſenti tantùm ſæculo remiſſionem omnium peccatorum converſis poſſe concedi.* (S. Fulgent. Lib. 1. de Remiſſ. Peccat.) Hæc decimus Apoſtolici Symboli complectitur Articulus, quo *Remiſſionem peccatorum* nos credere profitemur. (*Lib. 1. Theolog. Dogm. & Moral. Quæſt. 2. Art. 9.*) In hac vita de remiſſione peccatorum noſtrorum ſecuri eſſe nunquam debemus; ſed ſemper timere, & pœnitentiam continuam agendo Deum glorificare. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* (Eccli. 5. 5.) Gregoria nobilis fœmina Imperatricis Cubicularia ſcripſerat ad S. Gregorium Magnum, ſe illi importunam fore, quoad uſque ſcriberet ſibi eſſe revelatum dimiſſa eſſe ejus peccata. Reſpondit Sanctus Pontifex: *Rem difficilem & inutilem poſtulaſti.* (Lib. 6. In dict. Epiſt. 22.) *Difficilem quidem, quia ego indignus ſum cui revelatio fieri debeat. Inutilem verò, quia ſecura de peccatis tuis fieri non debes, niſi cùm jam in die vitæ tuæ ultimo plangere eadem peccata minimè valebis. Quæ dies quouſque veniat, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lavare. Certè Paulus Apoſtolus jam ad tertium cœlum aſcenderat, in Paradi-*

*ſum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quæ homini loqui non liceret: & tamen adhuc trepidans dicebat: Caſtigo corpus meum, & ſervituti ſubjicio, ne fortè aliis prædicans, ipſe reprobus efficiar. Adhuc timet, qui jam ad cœlum ducitur, & jam timere non vult qui adhuc in terra converſatur! Perpende, dulciſſima filia, quia mater negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas. Habere ergo in hac vita non debes ſecuritatem, per quam negligens reddaris. Scriptum*
Prov. 28. *eſt enim: Beatus vir qui ſemper eſt pavidus. Et rurſus ſcriptum eſt: Servite Domino in timore, & exul-*
Pſal. 2. *tate ei cum tremore. In pauco ergo hujus vitæ tempore mentem veſtram neceſſe eſt ut tremor teneat, quatenus per ſecuritatis gaudium ſine fine poſtmodum exultet.* Ad extremum uſque vitæ diem agenda pœnitentia eſt. *Chriſtiana vita perpetua pœnitentia eſſe debet* (inquit Sacra Synodus Tridentina Seſſione 14. in Doctrina de Sacramento Extremæ Unctionis.)

---

## DOMINICA XVIII. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Simile factum eſt regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Matt. xxij. 2.

AB æterno Deus naturam humanam, Eccleſiam & Animas ſanctas prædeſtinavit ut eas Filio ſuo copularet. Naturam humanam illi conjunxit velut ſponſam in Incarnatione: Eccleſiam in cruce: Animam in juſtificatione. Ad ſpiritales illas nuptias Filii Dei omnes vocati eſtis, confidite: Pauci electi, timete. *Multi vocati*: Ite ad nuptias, parate vos ut Sponſum recipere, ut ad convivium cæleſte admitti valeatis. Parete gratiæ Dei multis modis vocanti, *Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda*



*veſtra.* Non ſolùm ſervos miſit, ſed ipſe in mundum venit Regis Filius, Chriſtus Filius Dei, ut
ſponſam ſibi quæreret. *Exultavit ut gigas ad cur-* Pſal. 18. 6.
*rendam viam: à ſummo cælo egreſſio ejus. .. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Clarificavit ignobilem, divinæ conſortem faciens naturæ
divina filiatione nobilitavit: *Dedit eis poteſtatem fi-* Joan. 1.
*lios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Sordidam, fœdamque lavit, ægram curavit; *Lavit à peccatis, in ſanguine ſuo*, ſpecioſam effecit, ornavit. Ditavit pauperem, omnia bona ſua cum illa communicans. Cor ſuum ipſi dedit, mittendo Spiritum Sanctum, corpus & ſanguinem ſuum illi tradidit, inſtituendo Euchariſtiæ Sacramentum. Arcana ſua illi revelavit per fidem. Regnum æternum & delectationes in dextera ſua uſque in finem, ſeu abſque fine ipſi promiſit, qui fidelis eſt & verax. *Flores* (inquit) *apparuerunt in terra noſtra.* Quid cæleſti ſponſo cum terra? *Magnificavit Dominus facere nobiſcum.* Multùm illi cum terra, quia multùm cum ſponſa, quam
de terris ſibi adſciſcere placuit. *In terra noſtra.* Non S. Bernard.
*planè principatum ſonat vox iſta, ſed conſortium,* Serm. 59. in
*ſed familiaritatem. Tanquam ſponſus hoc dicit, non* Cantica.
*tanquam Dominus. Conditor eſt, & conſortem ſe reputat. Amor loquitur, dominum neſcit.* Amori cedit majeſtas: Neminem ſuſpicit amor, ſed ne deſpicit quidem. Omnes ex æquo intuetur qui perfectè ſe amat, & in ſe ipſo celſos humileſque contemperat: Nec modò pares, ſed unum eos facit. Ne Deus qui-
dem ab hac amoris regula excipitur. Nam *Qui adhæ-* 1. Cor. 6.
*ret Deo, unus Spiritus eſt.* Quid mirum? Ipſe factus eſt tanquam unus ex nobis. Minùs dixi, non tanquam unus, ſed unus. Parum eſt parem eſſe hominibus, homo eſt. Inde terram noſtram vendicat ſibi, ſed quaſi patriam, non quaſi poſſeſſionem. Quidni vendicet? Inde illi ſponſa, inde ſubſtantia corporis. Inde ſponſus



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ipſe, inde duo in carne una. Si caro una, cur non & patria una? *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Ergo *Ut filius hominis hereditat terram, ut Dominus ſubjicit, ut conditor adminiſtrat, ut ſponſus communicat. Dicendo nempe*, in terra noſtra, *Proprietatem profectò abnuit, ſocietatem non reſpuit.* Verùm non terram iſtam quam pedibus corporeis calcamus, ſed meliorem patriam, terram viventium, regnum cœlorum ſponſæ ſuæ ſervat Dei Filius. Ibi nuptiæ Agni cum Animabus ſanctis conſummabuntur. Ibi accipient *coronam vitæ, coronam immarceſcibilem, & incorruptam de manu Domini.* Ibi Regem in decore ſuo videbunt, ab ubertate domûs ejus inebriabuntur, & torrente voluptatis potabuntur, manna vitæ ſaturabuntur, æternâ, quæ Angelorum cibus eſt, veritate. Exultabunt in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Ad cœleſte illud nuptiarum convivium vocati ſumus à Chriſto, qui animas noſtras ſibi deſponſavit immeritas, *In miſericordia, & miſerationibus, in fide, & in ſempiternum*, quantùm ex parte ſua eſt. Nuptiale vinculum non dirimit, niſi anima fornicetur, & poſt alios amatores vadat. *Tantum pignus dedit, non timeat ſponſa ne deſeratur ab Sponſo: Non dimittit pignus ſuum. Quod pignus dedit? Sanguinem ſuum fudit. Quod pignus dedit? Spiritum Sanctum miſit. Talia pignora dimittet ille Sponſus? Si non amaret, talia pignora non daret.* Cur & nos non amamus, ingrati? Vocamur ad nuptias, Judæis ſubſtituti (nam ex Gentibus vocati ſumus) & tamen imitamur Judæos, qui ad nuptias quas fecit Deus Filio ſuo, venire noluerunt; alius *in villam ſuam* abit, ſæculi voluptates, lenocinia ſenſuum & cupiditatum, vitam mollem, delicatam, otioſam agit: Alius vadit *ad negotiationem ſuam*, terrenis curis ac negotiis occupatus & immerſus, rerum ac bonorum temporalium amore illigatus, de vitâ æterna boniſque cœleſtibus non

Pſal. 113.

Oſeæ 2.

S. Auguſt. in Pſal. 122. [illegible]



curat. Alii per Prædicatores & Paſtores opportunè importunè vocati, ſignificantes Dei nomine quia *Omnia parata ſunt*, non ſolùm ſervos ejus contumeliis afficiunt, ſed Filium ipſum Dei *rurſus* peccatis ſuis *crucifigunt* & *Spiritui Dei* intus per ſanctas inſpirationes illos vocanti reſiſtendo *contumeliam faciunt.* Quid inde eveniet? Dei noſtri, Regis noſtri qui eſt in Sancto bonitas & miſericordia in indignationem & furorem convertetur; Malos Chriſtianos perdet, gravioribuſque ſuppliciis afficiet quàm Judæos, quorum civitatem & Rempublicam funditus evertit. *Rex autem cùm audiſſet, iratus eſt: Et miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & civitatem illorum ſuccendit.*

Ne verò præſumamus ad æternum Sponſi convivium nos admiſſum iri, quia in Chriſtum credimus: Nihil enim nobis proderit, niſi habuerimus veſtem nuptialem, caritatem, opera bona; niſi exſpoliemus nos veterem hominem, & induamur novum. *Induimini Dominum Jeſum Chriſtum.* Hæc veſtis eſt nuptialis. Hac induti ſumus in Baptiſmo, *Quotquot* enim *baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Sed pretioſam illam innocentiæ veſtem amiſerunt, quicumque in mortale peccatum poſt baptiſmum lapſi ſunt. Unum ſupereſt veſtis nuptialis recuperandæ medium, pœnitentia, quæ mundat animam, & veſtimenta alba illi reſtituit, quibus induta recipiatur à Sponſo. *Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen ejus de libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.* Etſi à Sponſo receſſerit infidelis Anima, recipitur cùm redit, quæritur, invitatur, prævenitur ut redeat. Animæ reditus, converſio ejus ad Verbum, reformandæ per ipſum, conformandæ ipſi. In quo? In caritate. *Talis conformitas maritat animam Verbo, cùm cui ſimilis eſt per naturam, ſimilem ipſi ſe exhibet per voluntatem, diligens ſicut dilecta eſt.*

Rom. 13. 14.

Galat. 3. 27.

Apocal. 3. 5.

S. Bernard. Serm. 85. in Cant.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Ergo ſi perfectè diligit, nupſit.* Multæ animæ Chriſto deſponſatæ ſunt in fide, multæ etiam in caritate, quæ tamen ipſi conjunctæ non erunt in æternum, quia vocatæ quidem ſunt, ſed non electæ: Temporales ſunt; ſponſæ Chriſti ſunt ſecundùm præſentem juſtitiam, ſed non ſecundùm prædeſtinationem æternam: Quia, veſtem nuptialem uſque ad finem vitæ non ſervant, in caritate non perſeverant, non implent quod ipſis in
Ritual.
baptiſmo præceptum eſt: *Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Multi vocati, ſperate. Pauci electi, timete ne ex felici illo numero non ſitis, quod culpâ ſanè veſtrâ continget. Præparate vos ad nuptias
2. Petri 1. 10. 11.
Agni, veſtem nuptialem ſemper habere curate; *Satagite ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti.*

---

## DOMINICA XIX. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audiſſet quia Jeſus adveniret à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus. Incipiebat enim mori.* Joan. IV. 46. 47.

MIraculum duplex à Chriſto Jeſu editum hodiernæ diei Evangelium nobis ponit ob oculos, unum in filio Reguli, qui lethali febre laborans, mortique proximus erat: Alterum in ipſo Regulo, qui pro filii ſanitate & incolumitate ſupplicaturus ad Salvato-



rem acceſſit. In illo ſanavit infirmitatem corporis: In iſto periculoſiorem ægritudinem cordis, ſcilicet incredulitatem. Chriſtum in curatione morborum corporis aliquid poſſe credebat Regulus, miracula ejus audiverat in Judæa, & in Galilæa edita: Prophetam, virum ſanctum, mirabilium operum patratorem illum æſtimabat: alioqui illum non rogaſſet ut ſanaret filium ſuum: Sed illum eſſe Meſſiam à Deo promiſſum, verumque Deum non credebat, ſiquidem Chriſti præſentiam corporalem filio ſuo curando neceſſariam judicabat, nec ubique præſentem eſſe immenſa & omnipotenti virtute. *Rogabat eum ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus.* O quantum diſtabat ab illo Centurione, qui Jeſu in domum ſuam deſcendere volenti ut puerum paralyticum ſanaret, reſpondit; *Domine, non* Matth. 8. 8.
*ſum dignus ut intres ſub tectum meum: Sed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Neque etiam credebat Jeſum habere imperium vitæ & mortis; ſiquidem ejus præſentiam & operam fruſtra fore æſtimabat, ſi filius ſuus moreretur antequam in domum ſuam veniret. *Domine, deſcende priùs quàm moriatur filius meus.* Veriſimile eſt hunc Judæum fuiſſe, & filium Abrahæ ſecundùm carnem: Sed Abrahæ filius non erat ſecundùm fidem, à ſancti illius Patriarchæ diſpoſitione longè remotus, qui filium ſuum unigenitum ac dilectum offerre in holocauſtum à Deo juſſus, ſtatim ad opus ſe accinxit. *Fide obtulit Abraham* Hebr. 11. 17. 19.
*Iſaac, arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.* Quamobrem Chriſtus qui Centurionis fidem miratus eſt & commendavit, dicens: *Non inveni tantam fidem in Iſraël:* incredulitatem Regulo exprobravit. *Niſi*, inquit, *ſigna & prodigia videritis, non creditis.* Verumtamen ipſius incredulitati medetur, cùm de filii incolumitate certiorem ipſum facit, & ſolo verbo, abſens licèt, reſtituit illi ſubitò ſanitatem. *Dicit illi Jeſus: Vade, filius tuus vivit. Credi-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*dit homo ſermoni quem dixit ei Jeſus, & ibat.* Imperfecta tamen erat & infirma Reguli fides. Servis enim occurrentibus, & nuntiantibus quòd filius ejus viveret ac benè valeret, adhuc dubitabat utrum vi naturæ, an Chriſti verbo ſanatus eſſet; unde ſervos interrogavit, quâ horâ meliùs ſe habuiſſet. Qui cùm horam indicaſſent quâ illum dimiſit febris; cognovit quia illa hora erat, quâ dixit ei Jeſus, *Filius tuus vivit. Et credidit ipſe, & domus ejus tota...*

Ex Evangelio hodierno docemur, 1. Ad Deum accedendum eſſe per fidem, & quidem firmiorem fide Reguli. 2. Ab ipſo petenda eſſe majora & excellentiora bona, quàm ſanitatem corporis, aliaque commoda temporalia. 3. Curam omnem adhibendam eſſe à patribus-familiâs, ut eorum familia Deo ſerviat, fidemque in Chriſtum ſanctis operibus comprobet.

Heb. 11. 6.

I. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Accedentem enim ad Deum oportet credere quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator ſit.* Credere oportet ubique præſentem, omnia ſcientem, omnia operantem, omnipotentem. Credere quòd *in ipſo vivimus, movemur, & ſumus*: Quòd *Non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus: Omnia autem nuda ſunt & aperta oculis ejus*: Quòd ipſe *operatur omnia in omnibus.* Si Deum ubique præſentem credamus, & cogitemus, peccatum ſemper cavebimus, tanquam ſub oculis ſummi Judicis poſiti. *Quem times, major eſt omnibus. Ipſe timendus eſt in publico, ipſe in ſecreto. Procedis, videris: intras, videris: Lucerna ardet, videt te; lucerna extincta eſt, videt te: In cubiculum intras, videt te: in corde verſaris, videt te. Ipſum time, illum cui cura eſt ut videat te: & vel timendo caſtus eſto. Aut ſi peccare vis, quære ubi te non videat, & fac quod vis.* Si præſentem ubique credas, & fidei oculis intuearis, illumque invoces ut fortitudinem tuam ac refugium tuum; ſi in

Act. 17. 28. — Hebr. 4. 13. — 1. Cor. 15. 28. — S. Auguſt. Serm. 111. alias 46. de Verb. Dom.



Deo, non in te ipſo confidas, ad illud Spiritus Sancti oraculum attendens: *Qui confidit in cogitationibus ſuis, impiè agit*, à febri cupiditatis & libidinis Chriſti verbo & gratiâ ſanaberis. Si credis, hoc donum Dei eſt, ne glorieris; ſi fides tua infirma eſt, ad Chriſtum accede, qui ipſam augebit, modò ipſi obedias. Dic cum patre pueri à dæmonio muto vexati: *Credo, Domine: adjuva incredulitatem meam.* Et cum Apoſtolis: *Adauge nobis fidem.* Fons orationis fides. Quis enim orat quod non credit? *Ergo ut oremus, credamus: & ut ipſa non deficiat fides, qua oramus, oremus. Fides fundit orationem, fuſa oratio fidei impetrat firmitatem.* Fidem, ſpem caritatem, continentiam, humilitatem, victoriam tentationum, donum perſeverantiæ, vitam æternam à Deo in oratione poſtulemus. Bona temporalia, ut ſanitatem, abſolutè non poſtulemus, ſed quatenus ejus voluntati placet, quatenus ejus gloriæ, ac æternæ ſaluti noſtræ conducibile eſt.

Prov. 12. 2. — Marc. 9. 23. — Luc. 17. 5. — S. Auguſt. Serm. 115. alias 36. de Verb. Dom.

II. Salus animæ præcipuè optanda & petenda. Dicendum Deo: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Id verò negligunt homines, de corporis incolumitate pro ſe ac ſuis anxiè ſolliciti: Cùm tamen morbi plerumque ſint ad ſalutem æternam utiliores, quàm florens & firma valetudo. Patres & matres, qui pro filiorum veſtrorum valetudine ad Chriſtum confugitis, & Sanctorum patrocinia quæritis, cùm illi periculoſè ægrotant; pro illorum verò converſione vota facere negligitis: Feliciores æſtimate cùm ægrotant, quàm cùm proſpera valetudine fruuntur, qua ſæpius abutuntur ad Deum offendendum. *Quàm multi ægrotant in lecto innocentes, & ſi ſani fuerint, procedunt ad ſcelera committenda? Quàm multis obeſt ſanitas? Latro qui procedit ad fauces occidere hominem, quanto illi melius erat ut ægrotaret? Qui noctu ſurgit ad fodiendum parietem alienum, quanto illi melius ſi febribus jactaretur? Innocentius ægrotaret,*

Pſal. 40. 5. — S. Auguſt. Tract. 7. in Joannem.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ſcelerate ſanus eſt. Novit ergo Deus quid nobis expediat : Id agamus tantum ut cor noſtrum ſanum ſit à peccatis.* Infirmitatem corporis pati magis expedit forte viro tuo, aut filio tuo, quàm ab ea liberari. Neſcis quanta ſit putredo interioris hominis, quam ſecare vult cæleſtis Medicus. Nonne novit modum quo id faciat, quò uſque faciat? *Numquid ululatus ejus qui ſecatur, retrahit manus Medici artificiosè ſecantis? Ille clamat: Ille ſecat. Crudelis qui non audit clamantem, an potius miſericors, qui vulnus perſequitur ut ſanet ægrotum?* Plurium ex Africa Chriſtianorum fidem laudat S. Auguſtinus quòd Evangelium ad caput applicarent, cùm ipſis dolebat caput, vel febribus laborabant; quamvis ad hoc non ſit factum Evangelium. Si ergo (inquit) ad caput ponitur ut quieſcat dolor capitis: Quantò magis ad cor ponendum eſt ut ſanetur à peccatis? *Ponatur ad cor, ut ſanetur cor.* Cordis ſanitas primò procuranda, & à Deo præcipuè petenda eſt.

III. Curam omnem adhibere debent patres-familiâs, ut familia ſua, ut filii & domeſtici in Chriſtiana fide optimè inſtituti ſint, ipſos mittendo ad Catecheſes & ad Conciones; curando ut pios libros legant, vel eorum lectionem audiant, quâ ad pietatem informentur; cum illis ſæpe colloquendo de Deo rebuſque divinis, & Chriſtianæ vitæ officiis: ſatagendo ut matutina veſpertinaque oratio in familia fiat: ut Sacramenta frequentent, ut ſobrii ſint, pudici, ad omne bonum opus parati. *Credidit ipſe, & domus ejus tota.*

Vitioſi ſervi, qui emendari nolunt, è familia ejiciendi. Illos ejicitis ſi vobis fideles non fuerint: Non curatis ſi Deo ſint infideles. Davidis Regis affectum

Pſal. 100. induite: *Non adhæſit mihi cor pravum: declinantem à me malignum non cognoſcebam. Detrahentem ſecretò proximo ſuo hunc perſequebar. Superbo oculo,*



*& inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeant mecum: Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: Qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum.* Imitandum Conſtantii patris magni Conſtantini exemplum, qui explorata domeſticorum ſuorum fide, eos omnes ejecit ex Aula, quos ad idololatriam propenſos; illos in obſequio ſuo retinuit, quos in Chriſtianæ Religionis profeſſione conſtantes expertus eſt. *Nam quomodo*, inquit, *fidem erga Principem ſuum ſervaturi ſunt, qui erga Deum perfidi eſſe deprehenduntur?* Illos verò quos Deo dignos eſſe conſtaret, eodem erga Principem animo futuros eſſe affirmans, protectores atque imperii ipſius cuſtodes conſtituit; ejuſmodi homines inter præcipuos amicorum & maximè neceſſarios habendos eſſe dicens, multoque pluris æſtimandos quàm maximarum opum theſauros. Refert *Euſebius* libro 1. *De Vita Conſtantini, Cap. 16.*

---

## DOMINICA XX. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet univerſum debitum. Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.* Matth. xviij. 32. 33. 34. 35.

PEccata noſtra *debita* vocantur, quòd illis tanquam ære alieno obſtricti divinæ juſtitiæ teneamur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*(Lib. 5. Theol. Dogm. & Moral. Cap. 2. Art. 8.)* Servus decem millia talenta Domino ſuo debens, omnium hominum figura eſt; Rex, Chriſti typus. *Aſſimilatum eſt regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis, & cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.* Quot peccata commiſimus, tot talentorum debitores ſumus. Nemo noſtrûm
Pſal. 37. 5. eſt qui dicere non debeat cum Davide: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut*
Pſal. 39. 13. *onus grave gravatæ ſunt ſuper me.... Circumdederunt me mala quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.* Accuratam & ſeveram omnium debitorum rationem à nobis exiget Chriſtus, cum in
2. Cor. 5. 10. generali, tum in privato judicio. *Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti: ut referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum.* Non habemus unde ſolvamus quod debemus Deo propter peccata noſtra. Nos ipſos ut ſervos, ut vilia mancipia dæmoni vendidimus propter temporale commodum, propter momentaneam voluptatem. Deus propter peccata noſtra nobis iratus, minatur ſe nobiſcum acturum ſummo jure, niſi ejus divinæ Majeſtati faciamus ſatis. Una ſupereſt carcerem & ſupplicia inferni evadendi via, ſi coram Domino corde contrito & humiliato procidamus: Si miſericordiam ejus oratione fervente imploremus: Si ad ejus patientiam cum ſpe firma confugiamus: Si voluntatem ac propoſitum ſincerum habeamus ejus juſtitiæ ſatisfaciendi per pœnitentiam: Non quaſi ex nobis habentes unde ſolvamus, ſed ex meritis & ſanguine Chriſti, & ex gratia Dei qui dives eſt in miſericordia. *Procidens autem ſervus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Hæc ſi faciamus, miſerebitur



bitur noſtri Dominus noſter, debitum omne dimittet; Iſai. 43. 25.
omnia peccata condonabit. *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum non recordabor.* Solus Deus, cui proprium eſt miſereri & parcere, delet iniquitates noſtras; non propter aliquam ex parte noſtra rationem, ſed propter ſolam bonitatem ſuam & magnam miſericordiam: Delet non unum aut alterum peccatum, ſed innumera, ſed omnia: Et ita delet, ut eorum non recordetur. *Miſertus autem Dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.*

Verùm fruſtra ſperamus Deum nobis peccata remiſſurum, ſi adverſùs proximos conſervoſque noſtros inhumani, duri, & immiſericordes ſimus. *Judicium enim* Jacob. 2. 13.
*ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam.* Lethalis obdurationis contra miſericordiam rei ſunt, qui pauperibus pecuniam mutuò dare, niſi ſub fœnoris ſive uſurarum conditione, renuunt: Vel in extrema neceſſitate conſtitutis dare mutuum nolunt, quòd nulla ſpes recuperandæ ſortis affulgeat. *(Lib. 3. Theolog. Dogm. & Moral. Cap.* [illegible] *Art. 9. Regulâ 1.)* Lethalis obdurationis adver[illegible]miſericordiam reus eſt creditor, qui debitorem, quem ſolvendo non eſſe conſtat, urget, opprimitque ut ſolvat, nec inducias ipſi concedit. *(Regulâ 16.)* Lethalis obdurationis adverſùs miſericordiam reus eſt, qui agrorum ſuorum aut vinearum colono ſive conductori penſionem non remittit pro rata gravis incommodi ſive damni ex ſterilitate, aut alio caſu fortuito, abſque ipſius coloni ſeu conductoris culpa, aut vitio rei contingente. *(Regulâ 18.)* Debitores noſtri ſunt, quicumque nobis injuriam aliquam irrogarunt. Et hoc debitum ex miſericordia remittendum eſt; ſi debita noſtra nobis à Domino remitti volumus. Injuriarum condonatio, conditio eſt adjecta poſtulationi veniæ, ex inſtitutione Chriſti. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Pactum cum Deo facimus in oratione. *(Lib. 5. de Oratione, Cap. 2.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*Art 8.)* Vindicta aut vindictæ libido, ſemper malæ ſunt: Proindeque inimicos ulciſci numquam licet: Injurias illatas condonare, ſemper & ubique neceſſe eſt. *(Lib. 3. De Peccatis, Cap. 11. Art. 2. Regulâ 7.)* Ad omne genus injuriarum perferendum & condonandum Chriſtianus paratus eſſe debet. *(Ibidem.)* Quandoque gravius illius qui injuriam ulciſcitur, peccatum eſt, quàm illius qui injuriam intulit. *(Ibidem.)* Ad debita conſervis & proximis noſtris dimittenda nos excitare debet, 1. Exemplum Dei debita noſtra nobis miſericorditer condonantis: *Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* 2. Eccleſiæ offenſio, mœror & gemitus, cùm videt quædam è membris ſuis adverſus alia inſurgere, fratres à fratribus durè & inhumanè tractari; unum membrum alterius malis non compati. *Videntes autem conſervi ejus quæ fiebant, contriſtati ſunt valdè.* 3. Indignatio Domini, & pœnæ immiſericordibus paratæ. *Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet univerſum debitum. Sic Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.*

---

## DOMINICA XXI. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Matt. xxij. 21.

CHriſtiana Religio omnes vitæ humanæ ſtatus, omnium ordinum homines ad vitam æternam dirigit; omnibus ſua præſcribit officia, quid Deo, quid ſibi, quid proximo debeant. *Sobriè & juſtè & piè vivamus in hoc ſæculo;* ait Apoſtolus. Pietas omnia hominis

*Tit. 2. 12.*



erga Deum; ſobrietas, omnia hominis erga ſeipſum; juſtitia, omnia hominis erga proximum officia complectitur. Superioribus præſcribit quomodo ſubditos regere, ſubditis quomodo parere Superioribus debeant, ut Deus honoretur in omnibus & ab omnibus, Reique publicæ utiliùs conſulatur Religione divina, quàm Politica humana. Quamobrem S. Auguſtinus egregiè refellit impios quoſdam Politicos, qui Chriſtianam Religionem Reipublicæ pernicioſam eſſe contendebant. *Qui doctrinam Chriſti,* inquit, *adverſam dicunt eſſe Reipublicæ, dent exercitum talem quales doctrina Chriſti eſſe milites juſſit, dent tales provinciales, tales maritos, tales conjuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales ſervos, tales Reges, tales Judices, tales denique debitorum ipſius fiſci redditores & exactores, quales eſſe præcipit doctrina Chriſtiana, & audeant eam dicere adverſam eſſe Reipublicæ: immo verò non dubitent eam confiteri magnam, ſi obtemperetur, ſalutem eſſe Reipublicæ.* Præcipua duo homines officia Chriſtus in hodierno Evangelio docet: Quid Regi; quid Deo debeant: Obedientiam Regi debitam non obeſſe cultui & obedientiæ Deo debitæ, cùm Deus jubeat ut Reges revereamur, eiſque pareamus: Sed nec obedientiæ ac reverentiæ officia Regibus exhibenda impedimento eſſe debere, quin Deum ſupremo cultu, amore, & obſequio honoremus. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari,* ut cives Reipublicæ terreſtris: *& quæ ſunt Dei Deo,* ut cives Reipublicæ cæleſtis.

*S. Auguſt. Epiſt. 138. aliàs 5. ad Marcellinum.*

I. Honor & obedientia Principibus debentur. *(Lib. 4. Theolog. Dogmat. & Moral. de Decalogo, Cap. 6. §. 4.)* Tributa Principibus debentur. *(Ibidem, & Cap. 9. Art. 3. Regulâ 15.)* Preces ad Deum pro Principibus fundendæ. *(Ibidem.)* Majori caritate diligendi ſunt, propter Deum, cujus vice præſunt hominibus, non adulandi.

II. Reddere Deo debemus quicquid ab ipſo habe-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mus: ab illo habemus omnia, animam, corpus, vitam,
bona interiora, exteriora. Totum cor ipſius eſt, totum
illi reddere debemus, cum diligendo ex toto corde.
Totum poſtulat, ſibique vendicat Deus zelotes. *Dili-
ges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Deumne
ex toto corde diligitis? Num de ipſo frequenter cogita-
Pſal. 15. 8. tis, dicentes cum Propheta: *Providebam Dominum in
conſpectu meo ſemper?* An ipſi placere ſummo ſtudio ni-
temini? Num ipſum offendere timetis? Num ipſi con-
jungi deſideratis, in hac vita velut in loco exilii gemen-
Pſal. 119. 5. tes, & dicentes cum Propheta: *Heu mihi, quia incola-
tus meus prolongatus eſt?* Ipſiuſne legem exquirimus &
amamus præ rebus omnibus temporalibus, cum eodem
Pſal. 118. Propheta dicentes: *Bonum mihi lex oris tui ſuper mil-
lia auri & argenti: Quàm dulcia faucibus meis eloquia
tua ſuper mel ori meo!... Da mihi intellectum, & ſcru-
tabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.*
Divites terræ, num divitias à Deo acceptas illi reddi-
tis per manus pauperum? *Reddite quæ ſunt Dei Deo?*
Eleemoſyna debitum eſt, juſtitia eſt: rapinæ rei eſtis, niſi
pauperibus erogetis. *Reddite.* Patres & matres, num
filios à Deo acceptos illi redditis, ipſos ad pietatem inſti-
tuendo? *Reddite quæ ſunt Dei Deo.* An talenta, ſani-
tatem, tempus, vitam, quæ omnia à Dei bonitate acce-
S. Hilarius Tract. in Pſal. 127. pimus, ejus gloriæ conſecramus? *Reddite.* Deo timo-
rem, amorem, obſequium debemus. *Nobis timor Dei
omnis in amore eſt: metum ejus dilectio perfecta con-
ſummat. Dilectionis autem noſtræ in eum hoc proprium
officium eſt, parere monitis, ſtatutis obtemperare, pol-
licitis confidere.* *Audiamus ergo Scripturam dicen-
Deuteron. 10. 12. & 13. tem: Et nunc, Iſraël, quid Dominus Deus tuus petit
à te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambu-
les in viis ejus, & diligas eum, ac ſervias Domino
Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: cuſto-
diaſque mandata Domini, ut bene ſit tibi.*



## DOMINICA XXII. POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Cùm veniſſet Jeſus in domum Principis, & vi-
diſſet tibicines & turbam tumultuantem, dice-
bat: Recedite, non eſt enim mortua puella, ſed
dormit. Et deridebant eum. Et cùm ejecta eſ-
ſet turba, intravit: & tenuit manum ejus. Et
ſurrexit puella.* Matt. ix. 23. &c.

MOrs juſtorum, ſomno ſimilis eſt propter ſpem
beatæ Reſurrectionis, & conſecutionem cœleſ-
tis beatitudinis ſtatim poſt mortem, ſi nullum ipſis pec-
catum expiandum, aut peccati pœna luenda ſuperſit.
*Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Do-* Pſal. 126. 2.
*mini filii merces.* Infideles & impii fidem & prædica-
tionem reſurrectionis irrident: Sed eam Chriſtiani cre-
dunt, profitentur & ſperant. *Propria fides Chriſtia-* S. Auguſt.
*norum, Reſurrectio mortuorum.* Ideo Chriſtus mor-
tuos ſuſcitavit, ut fidem reſurrectionis mortuorum,
quam prædicabat, his miraculis confirmaret. Hanc ve-
ritatem quam in Symbolo Apoſtolico profitemur, op-
portunè vobis explicandam ſuſcipio, ſumpto ex Sancti
Evangelii hodierna lectione themate. I. Reſurrectio-
nis omnium hominum certiſſima eſt & inconcuſſa veri-
tas, utpote à Deo revelata, rationique conveniens: Sim-
pliciter igitur ac firmiter credenda eſt. II. Varia erit re-
ſurgentium conditio, quam ſibi quiſque bonis vel ma-
lis operibus procurat. Nam *procedent qui bona fece-* Joan. 5.
*runt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt,
in reſurrectionem judicii.* III. Otioſa igitur & ſterilis
in nobis eſſe non debet Reſurrectionis fides.

I. Reſurrectionis futuræ veritas firmiſſimis argu-

mentis probata. *(Lib. 1. De Fide & Symbolo, Quæſt. 5. Art. 12. §. 1.)* Cur carnis potius, quàm hominum reſurrectionem in Symbolo confitemur? *(Ibid. §. 2.)* Omnes & ſingulos homines cum eodem corpore, & quidem integro, reſurrecturos fides Catholica docet, unumquemque in proprio ſexu. *(Ibidem § 3.)*

1. Cor. 15. 51. II. *Omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Reſurgent omnium corpora immortalia, ſed reproborum corpora in opprobrium, miſeriam, & ſupplicium æternum: Electorum verò in vitam, gloriam, & felicitatem æternam... Corporum glorioſorum dotes, impaſſibilitas, claritas, agilitas, ſubtilitas, explicantur *ejuſdem Articuli* §. 4. n. 3. 4. 5. & 6.

III. Fructus ex hoc fidei Articulo colligendi. 1. Deo gratiæ maximæ ſunt agendæ, qui Myſterium iſtud Mundi Sapientibus abſconditum nobis revelavit. 2. Fides reſurrectionis conſolari nos debet in morte propinquorum & amicorum, & in omnibus vitæ hujus ærumnis
Job. 19. 25. 26. 27. & calamitatibus. *Scio quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* 3. Satagere debemus ut vitæ innocentia, boniſque operibus digni ſimus *reſurrectione vitæ. (Ibid. §. 4. n. 1. 2. 3. & 4.)* Illi ſoli ad vitam reſurgent, qui juſti fuerint, & in juſtitia ad finem uſque
Apoc. 20. 6. perſeveraverint. *Beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem, ſed erunt Sacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo.* Primam illam reſurrectionem, quæ initium eſt ac pignus adoptionis perfectæ filiorum, gratia Chriſti Salvatoris operetur: Sed priùs ejicienda turba eſt, ejiciendus creaturarum amor, compeſcendus cupiditatum tumultus, illuſiones ſæculi repellendæ, omnia ſpiritalis reſurrectionis impedimenta removenda, ut



ſolus intret Jeſus in cor noſtrum. *Et cum veniſſet Jeſus, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite.* Cùm autem intraverit, neceſſe eſt ut voluntatem peccatoris velut mortuæ puellæ manum teneat, moveat, in eoque velle & facere miſericorditer operetur. *Et cum ejecta eſſet turba, intravit: & tenuit manum ejus. Et ſurrexit puella.* Denique ubi ſpiritualiter reſurrexerit peccatrix anima, bonum Chriſti odorem in Eccleſia diffundere ſanctis operibus, miſericordias Domini grato animo prædicare debet. *Et exiit fama hæc in univerſam terram illam.* Nihil nobis, totum Deo adſcribendum & dandum. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Pſal. 113.

## EADEM DOMINICA.

*Princeps unus acceſſit, & adorabat Jeſum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & vivet.* Mat. ix. 18.

VItam diuturnam omnes deſiderant, citò mori pauci ſunt qui non metuant. Vita nec in ærumna conſtitutis eſt odio. In turba falſorum Numinum Romanis unus fuit, quem *Viduum* dixere, quòd animâ corpus viduaret. Hunc extra muros colebant, ne illius Myſteria homines conturbarent, qui ſummo vitæ deſiderio capiuntur. De quo S. Cyprianus lib. De Idolorum vanitate: *In tantùm,* inquit, *Deorum vocabula apud Romanos finguntur, ut ſit apud illos & Viduus Deus, qui animâ corpus viduet, qui quaſi feralis & funebris intra muros non habetur, ſed foris collocatur, & nihilominus quia extorris factus, damnatur potius Romana Religione: quàm colitur.* Veruntamen ſancta mors optanda magis eſt quàm vita.

1. Vivere eſt ſemper mori; & longior vita, diuturna mors eſt. [*Hom. 37.*] *Ipſe quotidianus defectus corruptionis* (inquit S. Greg. Mag.) *quid eſt aliud quàm quædam prolixitas mortis?* Miſerias hujus vitæ lacrymæ naſcentium augurantur. [*Tertull. lib. de Anima.*] *Infans vagitu vitam ſalutat, & de proſpectu lacrymabilis vitæ augurem incommodorum vocem illam flebilem emittit.* Mors ſancta finis malorum eſt & calamitatum: [*Apocal. 21. 4. Pſal. 89. 10.*] *Abſterget, Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.* Vita laborioſa. *In laboribus à juventute mea*, inquit Propheta, ſive ſecundum vim Hebraïci Textus, *Expirans ſum à juventute mea:* [*S. Auguſtin. Serm. 74. alias 119. De Tempore.*] QUID *eſt diu vivere, niſi diu torqueri?* Sed mors ſancta finis omnium laborum eſt: *Ut requieſcant à laboribus ſuis.* (Apocal. 14. 13.)

2. Vita exilium & captivitas eſt, mors libertas. Hinc [*Lib. de bono Mortis, c. 2.*] S. Ambroſius ex definitione mortis, quæ eſt ſolutio animæ & corporis, nos in hac vita vinculis alligatos teneri colligit, quæ cùm ſoluta fuerint, tunc perfecta laus [*Pſal. 115. 17.*] ſacrificabitur, ſecundùm illud Prophetæ oraculum: *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.*

3. Vita mari tempeſtatibus agitato & ſcopulis pleno ſimilis, ob varios errores, pericula, tentationes continuas. [*Pſal. 141. 4.*] *In via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.* Ideo Sanctus Simeon lætus de morte proxima, & de vicina acceſſitione ſecurus, accepit in manus puerum Jeſum, & benedicens Deum, exclamavit [*S. Cyprian. lib. de Mortal.*] & dixit: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace*, probans ſcilicet atque conteſtans, *tunc eſſe ſervis Dei pacem, tunc liberam tranquillamque quietem, quando de iſtis mundi turbinibus extracti, ſedis & ſecuritatis æternæ portum petimus, quando expuncta hac morte ad immortalitatem venimus... Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum*, ait Chriſtus Diſcipulis ſuis. *Cum ergo Chriſtum videre, gaudere ſit: quæ cæcitas animi, quæ dementia eſt:*



*amare preſſuras & pœnas & lacrymas Mundi, & non feſtinare potiùs ad gaudium quod numquam poſſit auferri! ... Mori planè timeat, ſed qui ex aqua & Spiritu non renatus, gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat, qui non Chriſti cruce & paſſione cenſetur. Mori timeat, cui hoc mora longiore confertur, ut cruciatus ejus & gemitus interim differatur.*

4. Mors terminus eſt peccatorum, eoque nomine optanda magis quàm vita diuturnior. Miſericordiâ Dei factum eſt, inquit S. Ambroſius, ut homo poſt peccatum morti eſſet obnoxius, *Ne quò eſſet vita diuturnior, eò fieret culpa numeroſior: paſſus eſt igitur Dominus ſubintrare mortem, ut culpa ceſſaret.* [*Lib. de bono mortis.*] Bona incerta, peccata certa, ſaltem venialia, ſine quibus juſti non vivunt. Amara quidem eſt mors impio, ſed tamen amarior vita quàm mors. *Gravius eſt enim ad peccatum vivere, quàm in peccato mori: quia impius quamdiu vivit, peccatum auget: moriatur, peccare deſinit. Plerique criminum ſuorum abſolutione lætantur: ſi emendaturi ſunt, rectè: ſi perſeveraturi in eis, ſtultè: quia longè illis plus damnatio profuiſſet, ne incrementa facerent peccatorum.* Hinc de omnibus pronuntiat Sapiens: [*Eccleſ. 7. 2.*] *Melior eſt dies mortis die nativitatis.*

5. Vita præſens peregrinatio eſt: Mors juſtorum tranſitus eſt ad patriam. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt!* ait Propheta. Vel, ſecundùm textum Hebræum: *Heu mihi, quia peregrinor in exilio!* Vitam nihil aliud quàm peregrinationem eſſe, ſuadere voluit ſapientiſſimus ille Rechabitarum Pater Jonadab, qui filiis ſuis ac poſteris interdixit ne commodas ac delicioſas domos inhabitarent, immò præcepit ut totam vitam in tabernaculis tranſigerent. [*Jerem. 35. 7.*] *Domum non ædificabitis, ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, ut vivatis diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos peregrinamini.* Voluit Deus feſtum Tabernaculorum à Judæis quotannis celebrari, ut doceret nos in

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Hebr. 13. 14. manſionem permanentem non habere. *Non habemus*
*hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.*
Prima virtus, immò tota virtus, peregrinum eſſe &
hoſpitem ſuper terram (ait Sanctus Joannes Chryſoſto-
mus.) Hoſpes non capitur amore hoſpitii, quantumvis
amœnum ſit, quòd brevi tempore ſit in eo manſurus: Sic
1. Joan. 2. 15. amore hujus mundi capi non debemus. *Chariſſimi, no-*
*lite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si*
*quis diligit mundum, caritas Patris non eſt in eo.* Hoſ-
pes ſibi ſuppellectilem hoſpitii velut propriam non uſur-
pat, utpote cujus uſus ad breve tempus illi conceſſus eſt,
non dominium. Sic rebus hujus mundi inhærere non
debemus, quibus ad breve tempus nobis uſus à Deo da-
tus eſt, & quas non ſumus nobiſcum ablaturi, cùm ex hoc
1. Cor. 7. 31. ſæculo migrabimus. *Et qui utuntur hoc mundo, quaſi*
*non utantur.* Nonne peregrinum ſe confeſſus eſt Jacob
Geneſ. 47. 9. coram Pharaone? *Dies*, inquit, *peregrinationis meæ cen-*
*tum triginta annorum ſunt, parvi & mali.* Nonne Da-
Pſal. 38. 13. vid Rex Propheta ait: *Advena ego ſum apud te, &*
*peregrinus?* Nonne S. Paulus Apoſtolus de antiquis Ju-
Hebr. 11. 13. ſtis ait: *Juxta fidem defuncti ſunt non acceptis repro-*
*miſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes,*
*confitentes quia peregrini ſunt & hoſpites ſuper terram?*
Nonne S. Petrus Chriſtianorum omnium officium eſſe
prædicat, ut ſe peregrinos ſuper terram agnoſcant?
1. Petr. 2. *Obſecro vos tamquam advenas & peregrinos, abſtine-*
*re vos à carnalibus deſideriis.* Chriſtianorum diſcipli-
Act. 9. 2. plina, via dicitur: *Ut ubicumque invenisset hujus viæ*
*viros.* Chriſtus ipſe peregrinus fuit ſuper terram. Cùm
ſit enim ab æterno *Sinus paterni inquilinus*, ut ait an-
Pſal. 18. 6. 7. tiquus Auctor Eccleſiaſticus, *A ſummo cœlo egreſſus,*
*exultavit ut gigas ad currendam viam.*
Pſal. 41. 4. 6. Per vitam prolixiorem beatitudo retardatur. *Fue-*
*runt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte* (inquit Pro-
pheta) *Dum dicitur mihi per ſingulos dies, Ubi eſt*
*Deus tuus? Hæc recordatus ſum, & effudi in me ani-*
*mam meam.* Hinc Apoſtolus Sanctus Paulus ſuſpirabat:



*Deſiderium habens diſſolvi & eſſe cum Chriſto . . .* Philip. 1. 23.
*Mihi enim*, inquit, *vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Ib. v. 21.
Hoc deſiderio ſuccenſus Sanctus Joannes, Apocalyp-
ſym ſuam finivit: *Amen, veni, Domine Jeſu.* Chri-
ſtiani qui diu vivere deſiderant, orationis Dominicæ peti-
tioni, *Adveniat regnum tuum*, contradicunt. *Quid er-*
*go oramus & petimus ut adveniat regnum cœlorum,*
*ſi captivitas terrena delectat? Quid precibus frequen-* S. Cyprian. lib. de Mortalit.
*ter iteratis rogamus ut acceleret dies regni, ſi majora*
*deſideria & vota potiora ſunt ſervire iſtic diabolo,*
*quàm regnare cum Chriſto?* (inquit Sanctus Cyprianus.)
*Ejus eſt in mundo velle remanere, quem mundus oble-*
*ctat. Porrò cùm mundus oderit Chriſtianum, quid a-*
*mas eum qui te odit, & non magis ſequeris Chriſtum*
*qui te redemit & diligit? Quis non peregrè conſtitu-*
*tus properaret in patriam regredi? Quis non ad ſuos*
*navigare feſtinans, ventum proſperum cupidiùs opta-*
*ret, ut velociter charos liceret amplecti? Patriam noſ-*
*tram paradiſum computamus, parentes Patriarchas*
*habere jam cœpimus, quid non properamus & curri-*
*mus ut patriam videre, ut parentes ſalutare poſſimus?*
Refert ibidem S. Cyprianus, cuidam Africano Epiſ-
copo animam agenti, atque commeatum poſcenti, in-
ſigni ſpecie ac proceritate juvenem apparuiſſe, eique
voce terribili ac minaci dixiſſe: *Pati timetis, exire non* «
*vultis, quid faciam vobis?* Quæ verba, inquit S. Cy- «
prianus, audivit non ſibi ille, ſed nobis, ut dum Sacer- «
dotem Dei, qui commeatum petebat, increpatum eſſe «
comperimus, quid cunctis expediat, agnoſceremus. «

Tria ſunt quæ mortem Sanctorum pretioſam faciunt,
*Quies à labore, gaudium de novitate, ſecuritas de æter-* S. Bernard. Serm. 54. De
*nitate.* Juſti morte naſcuntur, fine inchoant, & in Diverſis.
cœlis lucent qui in terris perſtabantur extincti. Non diu,
ſed bene vivere optandum eſt, ut æternùm ac beatè vi-
vere poſſimus. Diu vixit, qui innocenter & ſanctè vi-
xit. *Conſummatus in brevi explevit tempora multa.* Sap. 4. 13.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Qui malè vixit, cenſendus eſt parum vixiſſe, quamvis plurimos ætatis annos expleverit. *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Saül duobus annis regnaſſe dicitur ſuper Iſraël, licèt multis annis regnaverit. Illo quippe ſolùm tempore dicitur regnaſſe, quo juſtè vixit. *Illo ergo ſolum tempore nos vixiſſe gaudeamus, quo innocenter & humiliter viximus. Nam illa tempora quæ in ſeculi vanitate & fluxa carnis vita conſumpſimus, quaſi perdita minimè memorantur.*

Pſal. 54. 24. 1. Reg. 13. 1.

Antiquus Pater lib. 5. Commentat. in 1. Regum, c. 2. inter opera S. Gregorii.

Seneca, cujus ſententiæ penè Chriſtianæ, pudore ſuffundit diuturnæ magis quàm probæ vitæ amatores.
» Satis longa vita, inquit, & in maximarum rerum con-
» ſummationem data eſt, ſi tota bene collocaretur. Non
» accepimus brevem vitam, ſed fecimus, nec inopes ejus,
» ſed prodigi ſumus. Nemo invenitur qui pecuniam
» ſuam dividere velit: Vitam unuſquiſque permultis diſ-
» tribuit. Adſtricti ſunt in continendo patrimonio: Si-
» mul ad temporis jacturam ventum eſt, profuſiſſimi in
» eo, cujus unius honeſta avaritia eſt . . . . . . Omnia tam-
» quam mortales timetis: Omnia tamquam immortales
» concupiſcitis. Audias pleroſque dicentes: A quinqua-
» geſimo in otium ſecedam, ſexageſimus annus me ab of-
» ficiis dimittet . . . Non pudet te reliquias vitæ tibi re-
» ſervare, & id ſolum tempus bonæ menti deſtinare, quod
» in nullam rem conferri poſſit? Quàm ſerum eſt tunc vi-
» vere incipere, cùm deſinendum eſt! Vivere totâ vitâ
» diſcendum eſt: & quod magis fortaſſe miraberis, totâ
» vitâ diſcendum eſt mori. Non eſt quòd quemquam pro-
» pter canos aut rugas putes diu vixiſſe: Non enim ille diu
» vixit, ſed diu fuit. Quid enim ſi illum putes multùm na-
» vigaſſe, quem ſæva tempeſtas a portu exceptum huc &
» illuc tulit, ac viribus ventorum ex adverſo furentium
» per eadem ſpatia in orbem egit? Non ille multùm navi-
» gavit, ſed multùm jactatus eſt. Nemo quàm benè vivat,
ſed quamdiu, curat: Cùm omnibus poſſit contingere ut bene vivant; ut diu, nulli.

Seneca lib. de vitæ Brevitate

Epiſt. 22.



# DOMINICA XXIII. ET ULTIMA POST FESTUM SS. TRINITATIS.

*Cùm videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat: Tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes: Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* Matt. xxiv. 15. &c.

Signa funeſta deſolationis Jeruſalem paucos movent, quia hæc omnia tranſierunt: Deſolatio Eccleſiæ in perſecutione Antichriſti paucos afficit, quia proximè futura non videtur, ſed multùm adhuc remota: Verùm ſtupendum eſt quòd Animæ deſolationem à peccato Chriſtiani non timeant, cujus tot exempla præ oculis habemus, cujus principium in nobis eſt; cujus abominationem Prophetæ, Scripturæque omnes nobis repræſentant & exponunt. Abominatio deſolationis ſtat in loco ſancto, in Anima Chriſti ſanguine redemptâ, & per baptiſmum ſanctificata, in corpore conſecrato ut Dei templum eſſet. Quàm multiplex in omnibus Eccleſiæ ordinibus & ſtatibus abominatio! in ſtatu Eccleſiaſtico nundinationes beneficiorum, Eccleſiaſticarum dignitatum ambitio, coacervatio beneficiorum contra ſacros canones, reſidentiæ contemptus & neglectus, bonorum Eccleſiaſticorum abuſus, abominatio eſt deſolationis. In omni ſtatu, Communiones indignæ, aliaque ſacrilegia, abominationes ſunt deſolationis; avaritia quæ eſt idolorum ſervitus, impudicitia qua unuſquiſque propriæ libidinis adorat ſimulacrum, abominatio eſt deſolationis. His abominationibus plenus eſt mundus, propterea judicandus & damnandus à Deo. Quamobrem illis qui ſalvi eſſe volunt, fugiendum eſt. Societas peccatorum fugien-

*Pſal. 1. 1.2.* da: *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, &
in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ
non ſedit: Sed in lege Domini voluntas ejus &c.* Mun-
do ejuſque moribus, pompis ac vanitatibus renuncian-
*Eccli. 13. 1.* dum eſt. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea . . .*
*Pſal. 17. 26.* *Cum viro innocente innocens eris, & cum perverſo per-*
*1. Joan. 5. 19.* *verteris.* Fugiendum, quia *Mundus totus in maligno
poſitus eſt.* Peccati occaſiones deſerendæ, abrumpen-
dæ amicitiæ quæ nos à Deo ſeparant & avocant, atque
ad peccatum inducunt. *Tunc qui in Judæa ſunt, fu-
giant ad montes.* Deo inhærendum per amorem, ad
æterna bona ſuſpirandum eſt. Si bona terrena concu-
piſcimus, eiſque inhæremus, ſi honores ſæculi, ſi volu-
ptates conſectamur, adhuc in Judæa, in terra maledi-
*Coloſſ. 3. 1.* dicta & peritura ſumus. *Quæ ſurſum ſunt quærite, ubi
Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens: Quæ ſurſum ſunt
ſapite, non quæ ſuper terram.* Noſtra converſatio ſit
in cœlis.

Verùm ubi fugerimus, cùm in montem vel in tectum
per amorem Dei, per virtutum Chriſtianarum exercitia,
per rerum caducarum & peritutarum contemptum &
faſtidium fuerimus evecti, ne deſcendamus, quia in via
virtutis non progredi, reverti eſt. In bono ſtabiles ſimus
*Matt. 10. 22.* & immobiles. *Qui* enim *perſeveraverit uſque in fi-
nem, hic ſalvus erit.* Plurimi ſunt qui magnarum ſo-
lemnitatum tempore in montem fugere, pravam ſæcu-
li converſationem deſerere videntur, bona aliqua opera
faciunt: ſed citò deſcendunt, & priſtinum fervorem re-
mittunt; quibus Spiritus Sanctus per os S. Joannis in
*Apocal. 2. 4. & 5.* Apocalypſi ait: *Habeo adverſum te, quod charitatem
tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque unde exci-
deris: Et age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin au-
tem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco
ſuo, niſi pœnitentiam egeris.* Terreſtri domui hujus
habitationis, corpori noſtro non inhærendum; veteris
hominis indumenta quæ exſpoliavimus ut Chriſtum in-



dueremus, nuſquam reſumenda ſunt. *Et qui in tecto,
non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: Et qui in
agro, non revertatur tollere tunicam ſuam.*

Miſeri, quos carnalia deſideria, & nimia rei familia-
ris cura mundum Deo inimicum fugere prohibet, ac de
ſalute animæ ſuæ ſeriò cogitare. *Væ autem prægnanti-* *S. August. in*
*bus & nutrientibus in illis diebus.* Prægnantes ſunt *Pſal. 51.*
(inquit S. Auguſt.) qui ſpe intumeſcunt; nutrientes ſeu
lactentes, qui jam adepti ſunt quod concupiverant. Ete-
nim mulier prægnans in ſpe tumet filii, nondum videt fi-
lium: Quæ autem jam lactat, amplectitur quod ſperabat.
Concupiſti villam proximi; ſed iſte proximus dives eſt,
non indigens, habens honorem, habens etiam potentiam,
à cujus fortè etiam potentia tibi metuendum ſit, non de
illius fundo aliquid ſperandum: Nihil ſperans non con-
cipit, non eſt prægnans anima. Si verò juxta vicinus ſit
pauper, qui vel in neceſſitate poſitus eſt, ut poſſit ven-
dere, vel premi poteſt, ut cogatur vendere, injicitur ocu-
lus, ſperatur villa: Imprægnata eſt anima, ſperat ſe poſ-
ſe adipiſci villulam & poſſeſſionem vicini pauperis. Et
cùm patitur iſte pauper neceſſitatem, venit ad ditiorem
vicinum ſuum, cui fortè obſequi ſolet, cui deferre, cui
venienti aſſurgere, quem inclinato capite ſalutare: Da
mihi, rogo te, patior neceſſitatem, urgeor à creditore.
Et ille, Non habeo modò. Si vellet vendere, haberet . . .
Non ſperemus, non concupiſcamus res alienas, & im-
prægnati tumeamus: nec perveniamus ad illas, & eas
adipiſcendo tamquam filios oſculemur. *Væ* enim *præ-
gnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Mutandum
eſt cor, levandum eſt cor, non hic habitandum corde:
*Surſum corda . . . Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſu-* *Coloſſ. 3. 2. 3.*
*per terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcon-
dita eſt cum Chriſto in Deo.* Non enim apparet quod
vobis promiſſum eſt, & jam paratum eſt, ſed non vide-
tis. Imprægnari vis, hinc imprægnare; ipſa ſit ſpes
tua: Certus erit partus tuus; non abortivus; non tem-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

poralis: amplectêris quod pepereris in æternum.

Nec magnæ ſolemnitates, nec occaſiones extraordinariæ, nec languentis & pigræ ſenectutis tempus exſpectandum eſt, ut ſalutis noſtræ impedimenta removeamus, & bonis operibus vacemus. Orationi jugiter ac ferventer incumbendum, implorandum gratiæ auxilium, ut qui nihil boni per nos ipſos operari poſſumus, omnia per ipſam poſſimus. *Orate autem, ut non fiat fuga veſtra in Hyeme vel Sabbato.* Ergo *dum tempus habemus, operemur bonum.* Ambulemus, dum lucem habemus, ne tenebræ nos comprehendant. Venit dies mortis, dies particularis judicii, ad ipſam nos præparemus. *De die illa & hora nemo ſit.* Ignoratur ultimus dies, ut obſerventur omnes dies.

1. Theſſal. 5. 2. & c. *Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint, Pax, & ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habenti, & non effugient. Vos autem, fratres, non eſtis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat: Omnes enim vos filii lucis eſtis, & filii diei: Non ſumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrii ſimus.* Si ſciret pater-familiâs quâ horâ fur veniret, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. *Et vos eſtote parati,* inquit Chriſtus, *quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* Subitus erit, repentinus, inexſpectatus, terribilis inſtar fulguris ejus adventus.

Mat. 24. 27. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret uſque ad Occidentem, ita erit & adventus Filii hominis.*





## EADEM DOMINICA.

*Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio Mundi uſque modò, neque fiet.* Mat. 24. 21.

MUltiplex tribulatio in die furoris Domini. Prima, quæ judicium præcedet: Secunda, quæ comitabitur: Tertia, quæ ſubſequetur. Judicium præcedent ſigna terribilia, Antichriſti perſecutio omnium atrociſſima. Hæc tribulatio Dei miſericordiâ electis ad exercitationem & coronam; reprobis ad ruinam juſto Dei judicio vertetur: *Et niſi breviati fuiſſent dies illi,* Mat. 24. 22. *non fieret ſalva omnis caro, ſed propter electos breviabuntur dies illi. . . Surgent Pſeudo-Chriſti & Pſeudo-Prophetæ: Et dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt) etiam electi. . . Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & Virtutes cælorum commovebuntur.* Tribulatio tremendum judicii diem concomitans & ſolos reprobos oppreſſura, multiplex erit. 1. Ex præſentia, majeſtate & potentia Judicis ſeveriſſimi, & tunc inflexibilis; & ejus crucis in cœlo apparentis conſpectu. *Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cælo:* Signum crucis, quam contempſerint, & cujus inimici fuerint reprobi: *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa.*

Reprobi videbunt Judicem potentiſſimum, ſupremum, quem nihil latere poteſt, qui *Spirituum ponderator, & ſcrutator eſt cordium.* Pro. 16. 2. Judicem, de quo ſcriptum eſt: *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem:* Judicem, quem toties & tam graviter offenderunt, iterum crucifigentes. *Videbunt in quem transfixerunt.* Jo. 19. 37. Si fratres Joſephi, qui eum vendiderant, voce dicentis, *Ego* Geneſ. 45. 3. *ſum Joſeph,* quaſi fulmine percuſſi, non poterant reſpondere, *Nimio terrore correpti:* Quantus erit terror re-

proborum, cùm vocem Chriſti exprobrantis, judicantis,
Malach. 3. 2. & damnantis audient? *Quis poterit cogitare diem ad-
ventûs ejus, & quis ſtabit ad videndum eum?* Si voce
placidâ reſpondens, *Ego ſum*, cohortem militum pro-
ſtravit judicandus, quid faciet judicaturus? Tunc optabi-
lius illis erit montium ruinâ opprimi, quàm ſtare coram
Jeſu Chriſto ſummo Judice. Tunc dicent montibus &
Apocal. 6. 16. 17. petris: *Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſe-
dentis ſuper thronum, & ab ira Agni: Quoniam venit
dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare?* Secun-
da tribulatio reproborum, erit in reſurrectione corpo-
rum, quæ reſumere horrebunt, refugient, & cogentur,
deformia, horrida, tenebroſa, cum miſeris illis anima-
bus æterno igne torquenda. Tertia tribulatio erit confu-
ſio publica & opprobrium ſempiternum ex omnium cri-
minum ſuorum manifeſtatione coram generali omnium
2. Cor. 5. 10. hominum qui umquam vixerint conventu. *Omnes nos
manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*: qui *Illumi-
nabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia
cordium.* Quarta tribulatio reproborum, erit ex electo-
rum aſpectu, quos videbunt rapi obviàm Chriſto in
aëra, ſemper cum Domino futuros, Aquilarum inſtar, re-
1. Cor. 4. 5. novatis & glorioſis corporibus: *Ubicumque fuerit cor-
pus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Videbunt illos inſtar
ficuum frugiferarum Vere novo renaſcentium, gratiæ &
gloriæ virore ac decore numquam defecturo conſpicuos.
Matt. 24. 32. *Ab arbore autem fici diſcite parabolam.* Ipſi verò re-
Ibid. 7. 19. probi erunt inſtar ficuum ſterilium & maledictarum, ex
Matt. 3. 10. quibus fructus non naſcetur in ſempiternum, *Exciden-
tur, & in ignem æternum mittentur*, à Deo ſeparati, à
conſortio juſtorum ſine ſpe excluſi. *Ite maledicti in ignem
æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus.* Hæc
poſtrema tribulatio reproborum numquam finienda. Vi-
de *Lib. 1. Theol. Dog. & Mor. Quæſt. 2. Art. 8.* &
Idæam Concionis in Dominica 1. Adventûs.

---

# INSTITUTIONIS
# CONCIONATORUM
## PARS TERTIA.
### SIVE
### Concionum Ideæ pro Solemnitatibus Sanctorum.

---

## IN FESTO S. ANDREÆ.

*Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri
Jeſu Chriſti*... Galat. vj. 14.

SAnctus Andreas à Chriſto Jeſu mirabiliter vocatus,
vocationi fideliter obedivit; omnia reliquit, Domi- Matth. 4. 18.
num ſecutus eſt ad mortem uſque Crucis. S. Joannis
Baptiſtæ diſcipulus erat, à quo primam Chriſti cogni-
tionem accepit, illum indigitante, & dicente: *Ecce
Agnus Dei.* Quod cùm audiviſſet, Jeſum cum altero Joan. 1. 36.
condiſcipulo ex Joannis Schola ſecutus eſt. *Converſus Je-
ſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis?
Qui dixerunt ei: Rabbi, ubi habitas? Dicit eis: Venite,
& videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & a-
pud eum manſerunt die illo.* Sapientis conſilium ſecu-
tus eſt Andreas, dicentis: *Si videris ſenſatum, evigi-
la ad illum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.* Eccli. 6. 36.
Quàm beatum diem duxerunt, quàm beatam noctem?



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

proborum, cùm vocem Chriſti exprobrantis, judicantis,
Malach. 3. 2. & damnantis audient? *Quis poterit cogitare diem ad-
ventûs ejus, & quis ſtabit ad videndum eum?* Si voce
placidâ reſpondens, *Ego ſum*, cohortem militum pro-
ſtravit judicandus, quid faciet judicaturus? Tunc optabi-
lius illis erit montium ruinâ opprimi, quàm ſtare coram
Jeſu Chriſto ſummo Judice. Tunc dicent montibus &
Apocal. 6. 16. 17. petris: *Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſe-
dentis ſuper thronum, & ab ira Agni: Quoniam venit
dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare?* Secun-
da tribulatio reproborum, erit in reſurrectione corpo-
rum, quæ reſumere horrebunt, refugient, & cogentur,
deformia, horrida, tenebroſa, cum miſeris illis anima-
bus æterno igne torquenda. Tertia tribulatio erit confu-
ſio publica & opprobrium ſempiternum ex omnium cri-
minum ſuorum manifeſtatione coram generali omnium
2. Cor. 5. 10. hominum qui umquam vixerint conventu. *Omnes nos
manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*: qui *Illumi-
nabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia
cordium.* Quarta tribulatio reproborum, erit ex electo-
rum aſpectu, quos videbunt rapi obviàm Chriſto in
aëra, ſemper cum Domino futuros, Aquilarum inſtar, re-
1. Cor. 4. 5. novatis & glorioſis corporibus: *Ubicumque fuerit cor-
pus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Videbunt illos inſtar
ficuum frugiferarum Vere novo renaſcentium, gratiæ &
gloriæ virore ac decore numquam defecturo conſpicuos.
Matt. 24. 32. *Ab arbore autem fici diſcite parabolam.* Ipſi verò re-
Ibid. 7. 19. probi erunt inſtar ficuum ſterilium & maledictarum, ex
Matt. 3. 10. quibus fructus non naſcetur in ſempiternum, *Exciden-
tur, & in ignem æternum mittentur*, à Deo ſeparati, à
conſortio juſtorum ſine ſpe excluſi. *Ite maledicti in ignem
æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus.* Hæc
poſtrema tribulatio reproborum numquam finienda. Vi-
de *Lib. 1. Theol. Dog. & Mor. Quæſt. 2. Art. 8.* &
Idæam Concionis in Dominica 1. Adventûs.

# INSTITUTIONIS CONCIONATORUM

## PARS TERTIA.

*SIVE*

Concionum Ideæ pro Solemnitatibus
Sanctorum.

---

### IN FESTO S. ANDREÆ.

*Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri
Jeſu Chriſti*... Galat. vj. 14.

SAnctus Andreas à Chriſto Jeſu mirabiliter vocatus,
vocationi fideliter obedivit; omnia reliquit, Domi- Matth. 4. 18.
num ſecutus eſt ad mortem uſque Crucis. S. Joannis
Baptiſtæ diſcipulus erat, à quo primam Chriſti cogni-
tionem accepit, illum indigitante, & dicente: *Ecce
Agnus Dei.* Quod cùm audiviſſet, Jeſum cum altero Joan. 1. 36.
condiſcipulo ex Joannis Schola ſecutus eſt. *Converſus Je-
ſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis?
Qui dixerunt ei: Rabbi, ubi habitas? Dicit eis: Venite,
& videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & a-
pud eum manſerunt die illo.* Sapientis conſilium ſecu-
tus eſt Andreas, dicentis: *Si videris ſenſatum, evigi-
la ad illum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.* Eccli. 6. 36.
Quàm beatum diem duxerunt, quàm beatam noctem?



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quis eſt qui nobis dicat quæ audierint illi à Domino? *Ædificemus & noſmetipſi in corde noſtro, & faciamus domum quò veniat ille, & doceat nos, colloquatur nobis.* S. Auguſt. Tract. 1. in Joan.

A Chriſto didicit Andreas Myſterium Crucis, cujus Amator, Prædicator, & Martyr, per ipſius Chriſti gratiam effectus eſt. *Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini mei Jeſu Chriſti.* Crucem tulit in corde per amorem; in ore per prædicationem: in corpore per martyrium. Cor ſuccenſum habuit amore Crucis; linguam conſecratam prædicatione Crucis; corpus conſummatum Martyrio Crucis.

I. Chriſtum velut Agnum qui peccatum Mundi ſanguine ſuo expiaturus erat, à Joanne demonſtratum, ſecutus, ab illo Crucem amare didicit, cujus amore Chriſtus ipſe è ſinu Patris in terras deſcenderat, ſalutem noſtram per Crucem operaturus. Amoris indicium, ardens deſiderium eſt. Quàm ardens in Chriſto Jeſu deſiderium Crucis! *Baptiſmo* (inquit) *habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur?* Luc. 12. 50. Hanc ob cauſam Petrum à Cruce ſubeunda ipſum deterrere volentem dura increpatione correxit: *Vade poſt me Satana,* inquit, *ſcandalum mihi es: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.* Matth. 16. 23. Ideo *propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem,* Hebr. 12. 2. quaſi ſummam votorum ſuorum conſecutus.

Chriſtum Jeſum imitatus Andreas, Crucem ardentiſſimè deſideravit, illamque velut dilectam Sponſam conſpiciens, amantiſſimis verbis ſalutavit. *O Crux* (inquit) *diu deſiderata, & jam concupiſcenti animo præparata, ſecurus & gaudens venio ad te, ita & tu exultans ſuſcipias me, diſcipulum ejus qui pependit in te, quia amator tuus ſemper fui, & deſideravi amplecti te.* S. Bernard. Serm. 2. de S. Andrea. Ex abundantia cordis os locutum eſt, & *Caritas quæ fervebat in corde, quaſi ſcintillas quaſdam ardentiſſimas emittebat in voce.* Unde in homine nova



hæc exultatio & lætitia hactenus inaudita? A Spiritu Sancto, qui adjuvabat infirmitatem ejus, per quem diffundebatur in corde ipſius caritas fortis ut mors, imò fortior morte. *Amator,* inquit, *tuus ſemper fui, & deſideravi amplecti te.* Fratres, *Ignis vibrans eſt, non lingua loquens: & ſi lingua, certè ignea eſt.* O Si Chriſti Spiritum haberemus, Crucem cum Andrea deſideraremus, amaremus, cum gaudio amplecteremur, non fugeremus, non faſtidiremus, non horreremus. *Quicumque Chriſti ſpiritum non habet, hic non eſt ejus.* Rom. 8. 9. Num dicere poteſtis, Chriſtiani Auditores; *Nos autem non accepimus Spiritum hujus mundi, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis?* 1. Cor. 2. 12. Amor Crucis, teſtimonium Spiritûs inhabitantis. Hunc amorem, hunc Spiritum ſaltem deſiderate, ſine intermiſſione petite. *Nullum præſentiæ ejus certius teſtimonium eſt, quàm deſiderium gratiæ amplioris.* Petite, & accipietis. Deus non negabit petentibus, qui etiam non petentes provocat & hortatur ut petant. *Si vos* (inquit) *cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: Quantò magis Pater veſter de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus ſe?* Matth. 7. 11. Spiritus bonus eſt, qui nos amare facit & deſiderare quod Chriſtus deſideravit & amavit, non terrenas opes, non ſæculi voluptates, mundique gaudia, non vitam mollem & delicatam, non honores & celſitudinem terrenam; ſed crucem, paupertatem, humiliationem, pœnitentiam.

II. Beatus Andreas non ſolùm cor habuit ſuccenſum amore Crucis, ſed & linguam prædicatione Crucis conſecratam. Omnes Apoſtoli *Chriſtum Crucifixum,* & *verbum Crucis* prædicarunt; quod *pereuntibus quidem ſtultitia eſt, iis autem qui ſalvi fiunt, Dei virtus eſt:* 1. Cor. 1. 23. & 18. Sed ſingulari quadam & eximia ratione S. Andreas Prædicator & Apoſtolus Crucis fuit. Hac Prædicatione Scythiam & Achaiam Chriſti ſubjecit Imperio. Ut-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Joſue c. 6.* bem Jericho Sacerdotes Arcam fœderis ferentes, tubiſque clangentes ſeptem diebus circumiverunt, & muri ejus ad Arcæ præſentiam & tubarum ſonitum ceciderunt. S. Andreas, ex quo Spiritum Sanctum cum cæteris Apoſtolis accepit, Chriſti Crucem velut arcam fœderis apud Gentes Barbaras prædicatione ſua circumtulit, tubæ Evangelicæ clangore, ſeptiformis Spiritus Sancti virtute edito, mœnia ſuperbæ infidelitatis disjecit. Nec verò tempus exſpectavit quo Chriſtus conſummatis ſalutis noſtræ Myſteriis Apoſtolos in orbem univerſum miſiſſet Legem Evangelicam prædicaturos, ut Apoſtolatum exerceret ſuum. Ut primùm vocatus eſt, Apoſtolicum munus obire cœpit, Chriſto ad Apoſtolicum Collegium congregandum ac formandum adjutor fuit, à Domino electus eſt ut primum velut lapidem in Eccleſiæ ædificio collocaret; ſiquidem Petrum fra- *Joan. 1. 41. 42.* trem ſuum adduxit ad Jeſum. *Invenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Invenimus Meſſiam (quod eſt interpretatum Chriſtus.) Et adduxit eum ad Jeſum. Intuitus autem eum Jeſus, dixit: Tu es Simon filius Jona: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Ecce Andreas inter ipſa novi tyrocinii ſui rudimenta fructificat, & *Veritatis jam prædicator efficitur, cujus adhuc vix erat auditor. Novus Diſcipulus factus, non eſt propria ſalute contentus, condiſcipulos quærit, ad lucrandos alios fraternus ſe amor extendit. Theſaurum reperit, gaudet aliis prodere: furtum putat illum ſine conſortibus poſſidere.* Hinc in Andreæ laudem Heſychius Hieroſolymitanus Preſbyter ait: *Sacra illa tuba Andreas, primus Apoſtolorum fœtus, prima Eccleſiæ columna, ante Petrum petra fundamenti fundamentum, initii primitiæ, vocans antequam vocaretur, adducens antequam adduceretur, Evangelium cui nondum credebatur prædicavit, & fratri, priùs quàm diſceret, vitam revelavit.*

*B. Petrus Damiani Serm. 1. de S. Andrea.*

*Apud Photium in Bibliotheca, Cod. 269.*

Prædicatio Crucis, doctrina eſt humilitatis, cari-



tatis, longanimitatis ſeu perſeverantiæ, ſpe Chriſtiana & bonorum æternorum exſpectatione roboratæ, & gratiæ ex divinæ miſericordiæ profunditate, non ex operibus noſtris provenientis. Hæc ſignificant Crucis dimenſiones. *In caritate radicati & fundati, ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ caritatem Chriſti, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Caritatem S. Andreæ demonſtrat deſiderium patiendi pro Chriſto, ſtudium adducendi proximos ad Chriſtum. Humilitatis ejus documentum accipite. *Non moleſtè tulit quod in fide primus, factus eſt ordinis dignitate ſecundus: nec zelo ductus eſt quòd Petrus, qui ejus ducatu poſterior credidit, cujuſque ad Fidem ipſe prævius fuit, Prioratûs tamen inter omnes Apoſtolos jura ſuſcepit.* Longanimitatis denique documentum addit, in prædicatione Crucis ad mortem uſque perſeverans: Ut de illo dici poſſit, quod de Domino Jeſu Chriſto ait S. Auguſtinus: *Tanquam lignum illud in quo fixa fuerunt membra morientis, etiam cathedra fuerit Magiſtri docentis.* Biduo vivens pendebat in Cruce, & docebat populum S. Andreas.

*Epheſ. 3. 17. 19.*
*S. Auguſt. Epiſt. ad Honoratum, & Enarrat. in Pſal. 103. Serm. 4.*

*B. Petrus Damiani, Serm. 1. de S. Andrea.*

*S. Auguſt. Tract. 119. in Joan.*

III. In Cruce denique Martyrium conſummavit, in mortis genere Chriſto aſſimilatus, quæ certè maxima eſt Diſcipuli gloria. *Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Crux Altare fuit, in quo ſuum conſummavit ſacrificium Dominus Jeſus: Crux Altare pariter fuit, in quo ſuum conſummavit ſacrificium Andreas. Chriſto quotidie ſacrificium offerebat ut ſacerdos, ſicut ipſe reſpondit Ægeæ Proconſuli: *Ego omnipotenti Deo, qui unus & verus eſt, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum Agnum in Altari; cujus carnem poſteaquam omnis populus credentium manducaverit, Agnus qui ſacrificatus eſt integer perſeve-*

*Gal. 6. 14. Simili pœna ferme cum Domino affixus eſt: & populum bonum ſimiliter paſſus. Acta S. Andreæ.*

Rom. 12. 1. *rat & vivus.* Seipſum ſimul offerebat Deo ut *Hoſ-
tiam viventem, ſanctam, Deo placentem*: ſed ſacrifi-
cium vitæ ſuæ in Cruce conſummavit, ut ſe cum Chri-
ſto crucifixum modis omnibus verè dicere poſſet:
Gal. 2. 19. *Chriſto confixus ſum Cruci.*

Et nos cum S. Andrea, imò cum Chriſto crucifigi
debemus, complantari ſimilitudini mortis ejus, ut
compatientes etiam conregnemus. Chriſtianos omnes
Luc. 9. 23. ſpectat hoc Salvatoris Mandatum: *Qui vult venire poſt
me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, &
ſequatur me.* Ac ſi dicat: Qui me deſiderat, ſe deſpi-
ciat; qui vult facere voluntatem meam, diſcat frange-
S. Aug. re ſuam. *Tota vita Chriſtiani, ſi ſecundum Evange-
lium vivat, crux eſt & martyrium.* Corpus Regene-
rati, caro eſt Crucifixi. Crux ferenda, non interdum
Luc. 9. 23. & per vices, ſed ſemper, & perſeveranter. *Quotidie.*
Quatuor Crucis cornua, quibus cupiditates noſtræ do-
mandæ, quibus hoſtium ſalutis noſtræ tela repellenda,
ſunt continentia, patientia, prudentia, humilitas (ait
S. Bernardus) Felix Anima, quæ in hac cruce gloria-
tur, in hac cruce triumphat, in ea perſeverat! Oret
quiſquis in ea confixus eſt timore & amore Dei; oret
cum S. Andrea Dominum & Magiſtrum ſuum, ne
Galat. 5. 24. patiatur eum de cruce deponi. *Qui Chriſti ſunt, car-
nem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcen-
S. Aug. Serm. 205. alias de Diverſis 51. *tiis .... In hac cruce, per totam iſtam vitam, quæ in
mediis tentationibus ducitur, perpetuo debet pendere
Chriſtianus.* Non enim eſt in hac vita tempus evellen-
di clavos, de quibus in Pſalmo dicitur: *Confige timo-
re tuo carnes meas ... Carnes ſunt carnales concupiſ-
centiæ: clavi ſunt præcepta juſtitiæ: his illas timor Do-
mini configit, qui nos illi acceptabilem hoſtiam cru-
cifigit.*



## IN FESTO S. NICOLAI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

*Tanquam prodigium factus ſum multis ... In-
troibo in potentias Domini ... Deus, docuiſti
me à juventute mea, & uſque nunc pro-
nuntiabo mirabilia tua.* Pſal. LXX. 7. &c.

DEus qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, in Sancto
Nicolao Myrenſi Epiſcopo ſe maximè admira-
bilem præbuit, ut de ipſo ſingulari quadam & præci-
pua ratione dicere poſſint Concionatores qui ejus Pane-
gyrim adornant: *Scitote quia Dominus Sanctum ſuum* Pſal. 4. 4.
*mirificavit.* Innocentiâ, vocatione, operibus & mi-
raculis admirabilem fecit. Virtutibus, quibus eum à
juventute inſtruxit. *Deus, docuiſti me à juventute mea.*
Vocatione, quâ ipſum ad Epiſcopatum difficillimis
temporibus provexit, & ut dignè tanto munere funge-
retur roboravit. *Tanquam prodigium factus ſum mul-
tis, & tu adjutor fortis.* Miraculis, quibus vivus & mor-
tuus claruit, & etiam nunc celebratur. *Introibo in poten-
tias Domini, & uſque nunc pronunciabo mirabilia tua.*

I. S. Nicolaus eximiæ ſanctitati à Deo deſtinatus,
parentum votis & precibus conceſſus, ſub gratiæ ma-
nu ab infantia ad ultimum uſque inſtans vitæ fuit. *In
te confirmatus ſum ex utero, de ventre matris meæ tu
es protector meus.* A Spiritu Sancto inſtitutus ad vir-
tutem eſt à Deo datus puer, ut *ſobriè, juſtè, & piè*
viveret in ſæculo: piè, per orationis humilitatem, aſ-
ſiduitatem & fervorem; ſobriè, per jejunii auſterita-
tem; juſtè per caritatem, quæ tota eſt hominis Chriſ-
tiani juſtitia. Statim atque loqui cœpit Nicolaus, cœ-
pit orare. Statim atque vivere cœpit Nicolaus, cœpit

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

jejunare. Statim atque poſſidere bona temporalia cœpit
Nicolaus, cœpit erogare. Mentem Deo conſecravit aſ-
ſiduâ, humili & fervente oratione; corpus jejunii
auſteritate; divitias, caritate & larga eleemoſynarum
erogatione. Effudit ſuper eum Deus à teneris annis ſpi-
ritum gratiæ & precum. Aſſiduâ, humili, & ferven-
ti oratione gratiarum incrementum obtinuit. Oratio-
nis enim talis Dei gratia & miſericordia ſemper comes
Pſal. 65. 19. eſt. *Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam
& miſericordiam ſuam à me.* Oratio juſti clavis eſt
cœli; aſcendit oratio, & deſcendit miſeratio. Sine in-
termiſſione orabat Nicolaus: & quid rogabat? Miſeri-
cordiam Dei, beatam vitam, non res temporales, non
perituras divitias, non ſæculi honores & dignitates,
S. Auguſt. Epiſt. 121. alias 130. non terrenam felicitatem. *Sine intermiſſione orare,
quid aliud eſt niſi beatam vitam, quæ nulla niſi æ-
terna eſt, ab eo qui ſolus illam dare poteſt, deſidera-
re?* Oratio Nicolai pro ſigno data eſt Epiſcopis Pro-
vinciæ Lyciæ ad electonem Myrenſis Epiſcopi in Do-
mino congregatis, ut eum ſcilicet eligerent, quem
ſummo mane orantem in Eccleſia, & Solem præve-
nientem ad benedictionem Dei invenirent. Idem ſig-
num electionis Pauli in Gentium Apoſtolum olim A-
Act. 9. v. 11. naniæ à Chriſto datum. *Vade, & quære in domo Ju-
dæ Saulum nomine Tarſenſem: ecce enim orat ....
Quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen
meum coram gentibus & Regibus & filiis Iſraël.* Epiſ-
copus creatus, in oratione perſeveravit & ferventior
fuit, pro ſe, pro populo, pro Gentilium & Hæretico-
rum converſione, pro Catholicorum confirmatione
& ſanctificatione Deo ad ejus Altare, & continuò in
altari cordis orationem offerens de fide pura & anima
innocente profectam. Præceptum enim Domini Epiſ-
copis datum, & ab Apoſtolo promulgatum noverat,
Hebr. 5. 1. & exequi ſatagebat: *Omnis Pontifex ex hominibus
aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt*



*ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis:
Qui condolere poſſit iis qui ignorant & errant: quo-
niam & ipſe circumdatus eſt infirmitate: Et propte-
rea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro
ſemetipſo offerre pro peccatis.*

Orationi jejunium adjunxit, pœnitentiam inno-
centiæ, ut de bonis carnis acceptum Deo ſacrificium
adoleret. Cœpit autem jejunare, ſtatim atque cœpit
vivere. Infans quartâ & ſextâ feriâ ſemel dumtaxat,
& veſpere quidem lac ſugebat, quam jejunii conſue-
tudinem reliquâ vitâ retinuit. Sic in Dei familiarita-
tem admiſſus eſt; ſic ejus corpus angelificatum, (ut
Tertulliani verbis utar) ſeu Angelicas dotes conſecu-
tum, ut Myræ exiſtens, Conſtantino longè agenti
vivens adhuc appareret, illumque ob tres Tribunos
per calumniam damnatos increparet, ac inſontes libe-
raret. *Tanta eſt circumſcripti victûs prærogativa, ut* Tertull. lib. De jejun. c. 6.
*Deum præſtet homini contubernalem, parem revera
pari.*

Sciens denique quia *Bona eſt oratio cum jejunio &
eleemoſyna*, & Apoſtolicam illam ſententiam revol-
vens animo: *Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis* Hebr. 13. v. 15.
*ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium
nomini ejus. Beneficentiæ autem & communionis no-
lite oblivisci: Talibus enim hoſtiis promeretur Deus:*
Divitias cœpit erogare, ut primùm cœpit poſſidere.
Non modicas, ſed copioſas; non parca ſed larga
manu eleemoſynas erogavit; totum piè dilapidavit pa-
trimonium. *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus* Pſal. 111. 9.
*manet in ſæculum ſæculi.* Se divitiarum diſpenſatorem
exiſtimavit, non Dominum; ſe debitum reddere,
non largiri, cùm pauperes juvaret. Divitias congrega-
tas & avaro ſervatas animo, in malum Domini ſui ce-
dere, ſtercoris inſtar nonniſi fœtorem & corruptio-
nem animæ generare: Diſperſas, uberrimam ſegetem
meritorum, fructus juſtitiæ ampliſſimos atque ſuaviſ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Philipp. 3. 8. 2. Cor. 9. 10. mos producere. *Omnia arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam... Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ.*

Non copioſæ ſolùm, ſed humiles fuerunt S. Nicolai eleemoſynæ. Dotem tribus puellis, quas noverca paupertas in peccati periculum conjiciebat, trinis noctibus furtim per feneſtras immiſit. Solis inſtar, aurum in terræ viſceribus virtute ſuâ producentis, beneficus ſentitur, ubi non videtur. Deliteſcere amat, & ignorari, eleemoſynam ſecundùm præceptum Chriſti erogat Matth. 6. 1. 3. & 4. in abſcondito. *Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis... Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater* Eccli. 29. 15. *tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi... Conclude* (ait Sapiens) *eleemoſynam in corde pauperis.*

De his argumentis multa ſuppeditabit Theologia noſtra Dogmatica & Moralis; de Oratione ſcilicet, Lib. 5. Art. 9. Tom. 10. De Jejunio Lib. 4. Cap. 5. Art. 5. §. 1. Tom. 9. De Eleemoſyna, Cap. 3. ejuſdem Libri Art. 11. Regulis 23. 27. 28. 29. 30. 31. & Lib. 3. Cap. 6. Art. 9. Regulis 5. 6. 7. 8. & 9. Tom. 7.

II. Deus S. Nicolaum admirabilem fecit vocatione qua illum ad Epiſcopatum provexit. Dei eſt ſibi ſacerdotes eligere. Indignus eſt ſacerdotio qui abſque Dei vocatione ad ſacri honoris apicem promovetur; indignus qui illud ambit, qui propria ſponte, non Dei electione ſubit *Onus Angelicis humeris formidandum.* Vide Tom. 5. Lib. 2. Tract. de Sacram. Ordinis, Cap. 3. Art. 5. Regulâ 18. & Tom. 7. Lib. 3. Cap. 5. Art. Hebr. 5. 24. Regulis 5. & 6. *Non ſumpſit ſibimet honorem* Nicolaus, ſed *vocatus à Deo tamquam Aaron*, ſicut *Chriſtus non ſemetipſum clarificavit ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quemadmodum & in alio loco dicit: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.*



Non ſecundùm ordinem Aaron, quamvis à Deo ut Aaron vocati eſſe debeant, inſtituti ſunt Epiſcopi & Sacerdotes novæ legis, quemadmodum nec Chriſtus ſecundùm ordinem Aaron, ſed Melchiſedech, ſummus & æternus Sacerdos eſt, quia *Cùm hujus divini* S. Leo Serm. 2. *ſacerdotii Sacramentum etiam ad humanas pervenit functiones, non per generationum tramitem curritur, nec quod caro & ſanguis creavit, eligitur: ſed ceſſante privilegio patrum, & familiarum ordine prætermiſſo, eos Rectores Eccleſia accipit, quos Spiritus Sanctus præparavit: Ut in populo adoptionis Dei, cujus univerſitas Sacerdotalis atque Regalis eſt, non prærogativa terrenæ originis obtineat unctionem, ſed dignatio cœleſtis gratiæ gignat Antiſtitem.* Sic ad Epiſcopatum vocatus Nicolaus, dotes omnes habuit tantæ Dignitati pares, quas Apoſtolus exprimit. *Irreprehenſi-* 1. Tim. 3. 2. *bilem, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſ-* Ad Tit. 1. 8. *pitalem, doctorem, benignum, juſtum,* fecerat Spiritus Sanctus, ut ſanctè regere poſſet Eccleſiam Dei. Gregem ſibi commiſſum paſcere ſategit *verbo prædicationis, exemplo converſationis, fructu orationis.* S. Bernard. Tract. in Evang. Ecce nos reliquimus omnia. * *Erat forma gregis ex animo*, non formarum violentarum inſtar, quæ ſubjectum deſtruunt, nec in eo manent, * 1. Petri 5. 3. ſed naturalium, quæ ſubjectum fovent ac tuentur, in eo manentes & reſidentes. Eccleſiam Myrenſem purgavit ab idololatriæ ſordibus, ab Arianorum erroribus defendit, pro Fide Chriſtiana exilium & carcerem paſſus eſt, Diocletiano & Maximiano perſecutionem moventibus; ſed *Verbum Dei non erat alligatum.* A 2. Tim. 2. 9. Conſtantino Magno Imperatore ab exilio revocatus, Eccleſiæque redditus ſuæ, Nicæno Concilio adfuit, Ariumque & ejus Hæreſim unus ipſe ex trecentis decem & octo Patribus ſuffragio ſuo damnavit. Myram redux, Catholicam de Filii divinitate & conſubſtantialitate

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS [illegible]

doctrinam liberè prædicavit, invictè defendit; ut meritò de illo dici poſſit, quod de S. Athanaſio ſcribit S. Gregorius Nazianzenus: *Collapſam fidei doctrinam erigit, ac liberè rurſus Trinitas prædicatur ſuper candelabrum poſita, ſplendidoque unius Divinitatis lumine Animas colluſtrans.* (Orat. 21.)

III. Sanctum Nicolaum viventem adhuc in mortali corpore, & poſt obitum, ad hanc uſque diem, Deus miraculis celebrem ac glorioſum fecit. *Introibo in potentias Domini.* In Dei nomine imperat mari & fluctibus, tempeſtates ſedat, Nautis ipſum invocantibus adeſt, ipſoſque ex naufragii præſenti periculo ereptos ad portum deducit. (Pſal. 106. 23. &c.) *Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis: ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ, & ſiluerunt fluctus ejus, & lætati ſunt quia ſiluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum... Quis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?* (Matth. 8. 27.) Ex ejus ſepulchro manat oleum ſalutare, quod languidis omnibus cum fide utentibus perenne medicamentum eſt. Ille ſcilicet *ſicut oliva fructifera in domo Domini*, (Pſal. 51. 10.) vir miſericordiæ, oleum fundere non deſinit ad curandos morbos infirmorum. *Et oleum in habitaculo juſti.* (Prov. 21. 20.)

---

## IN FESTO CONCEPTIONIS DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ.

*Jacob genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Jeſus.* Matth. j.

HÆc omnium titulorum, honorum, privilegiorum Deiparæ Virginis ſumma, *De qua natus eſt Jeſus.* Ob id *gratiâ plena, & benedicta in mulieribus*, ut Dei Mater eſſet. Huic dignitati in conceptione ſua



præparatur à Deo per gratiam uberrimam quâ feliciter eam divina Miſericordia prævenit; ut in ipſo inſtanti quo in ſanctæ Annæ ſinu concepta eſt, ipſi accommodari poſſint verba illa Sponſi cæleſtis ad Sponſam, quæ typus ejus erat: *Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te.* (Cant. 4. 7.) Deiparæ Virginis ſumma poſt Deum puritas. Immaculata conceptio, Maria, Chriſto excepto, cunctis ſuperior. Ejus elogia. *(Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4. §. 7. & Lib. 5. Art. 8. n. 3.)*

B. Virgo immunis ab originali peccato, ſecundùm piam maximæ partis Fidelium opinionem, cui favet Eccleſia *(Lib. 3. Cap. 1. Art. 1. n. xi.)* B. Virgo Maria *Adytum & ſacrarium impeccantiæ*, à Proclo Conſtantinopolitano Archiepiſcopo appellatur, Oratione, 6. *Primitiæ noſtræ reformationis; finis promiſſionum nobis à Deo factarum, & prædictionum prænuntiatum divinæ gloriæ ſacrarium; gentium benè exſpectata ſalus*, à S. Germano Conſtantinopolitano Patriarcha: *Magnum Deitatis Templum*, à S. Petro Chryſologo Sermone 144. *Centrum & negotium omnium ſæculorum*, à S. Bernardo Serm. 2. de Pentecoſte. Gratiæ quâ in beata conceptione præventa eſt, & gratiæ quæ cæteris Sanctis collata diſcrimen, his Prophetæ verbis Pſalmo 45. expreſſum videtur: *Adjuvabit eam Deus mane diluculo... Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: Sanctificavit Tabernaculum ſuum Altiſſimus... Deus in medio ejus non commovebitur.* Aliorum enim Sanctorum quidam in utero gratiam ſanctificantem receperunt, ut Jeremias & Joannes Baptiſta: alii in pueritia, alii in ipſa morte, ut S. Latro: At beata Virgo Maria in ipſa conceptione per Chriſti gratiam præventa eſt. Cæteri gratiâ Chriſti Redemptoris mundati ſunt à peccato quod reipſa contraxerant, vel commiſerant; liberati ſunt à captivitate diaboli, cui addicti fuerant: Virgo Maria per gratiam Chriſti Redemptoris præventa eſt, ne peccati origina-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lis labem contraheret, cujus contrahendi debitum, ut Adami filia, & humano more genita, contraxerat; Gratiæ Chriſti medicinalis balſamum Animæ in ipſa creatione infuſum, peccati originalis afflandam ex carnis conjunctione contagionem antevertit, & avertit. Chriſti ſanguini, ex ſubſtantiâ puriſſimæ carnis ſuæ formando, redemptionem ſuam debuit. Ipſa Draconem vicit, contrivit caput ſerpentis, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et quid mirum, cùm de ſanctis Angelis mellifluus Bernardus ſcripſerit, Chriſtum Jeſum ipſis quodam modo fuiſſe redemptionem? *Qui enim erexit hominem lapſum,* inquit, *dedit ſtanti Angelo ne laberetur: ſic illum de captivitate eruens, ſicut hunc à captivitate defendens: ſolvens illum, & ſervans iſtum.* Quod & ante S. Bernardum ſcripſit S. Fulgentius: *Non alia Gratia* (inquit) *ſtantem Angelum à ruina potuit cuſtodire, niſi illa quæ lapſum hominem poſt ruinam potuit reparare. Una eſt in utroque gratia operata: in hoc ut reſurgeret, in illo ne caderet: in illo ne vulneraretur, in iſto ut ſanaretur: ab hoc infirmitatem repulit, iſtum infirmari non ſinit.* Sic medicinalis Chriſti Redemptoris gratia ab aliis Sanctis infirmitatem depulit, Mariam infirmari non ſivit: in aliis operata eſt ut ſanarentur, in Maria ne vulneraretur: alios à captivitate eruit, Mariam à captivitate defendit. Vicit tamen Maria eadem virtute quâ Sancti omnes Draconem antiquum vicerunt, virtute ſcilicet ſanguinis Jeſu Chriſti; qui de illa natus eſt. *Et vicerunt eum propter ſanguinem Agni.* In aliis natura gratiam antevertit: in Maria natura gratiam antevertere minimè auſa eſt. Id in nativitate duorum fratrum geminorum Phares & Zara adumbratum animadverto, qui in Genealogia Chriſti nominantur: *Judas autem genuit Pharez & Zaran de Thamar . . . Inſtante partu apparuerunt gemini in utero: atque in ipſa effuſione infantium unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit*

*S. Bernard. Serm. 22. in Cantica.* *S. Fulgent. Lib. 2. ad Traſamund. c. .* *Apoc. 12.* *Matth. 1.*



*vit coccinum, dicens: Iſte egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egreſſus eſt alter.* Id factum non eſſe vi naturæ, ſed gratiæ diſpenſatione, S. Joannes Chryſoſtomus obſervat. *Non fit lege naſcentium,* inquit, *ſed ex Dei gratia, quæ tunc pueris aderat iſta diſpenſans, & nobis quamdam imaginem futurorum in eorum nativitate depingens.*

*Gen. 38. 27. 28. 29. Hom. 3. in Matth.*

Natura & Gratia velut duæ ſorores; ſeu potius ut duo principia ad conceptionem immaculatæ Virginis in ſinu S. Annæ concurrunt. Natura manum prior exerit, corpus admirabilis infantis producendo & organa diſponendo: Gratia parata eſt ad præoccupandam, ſanctificandam, & ornandam Animam. Humana ratio naturam primas habituram in Mariæ conceptione auguratur, videns ipſam inſignem purpurâ Regum & Sacerdotum ex quibus originem ducit. Iſta, inquit, *Egredietur prior.* Sed falleris, infirma ratio, manum retrahet natura, gratiam reverebitur, primaſque illi cedet in præparatione Tabernaculi quod ſibi Verbum Divinum ab æterno elegit. *Natura Gratiæ cedit ac tremula ſtat, progredi non ſuſtinens.* Et omnibus elementis ſola aqua ab initio perfecta. Aer ſine luce, terra ſine cultu. *Solus liquor ſemper materia perfecta, læta, ſimplex, de ſuo pura.* Rationem affert Tertullianus: quia ſedes erat Spiritus Sancti, qui ferebatur ſuper aquas: *Dignum vehiculum Deo ſubjiciebat.* Alii Sancti in conceptione ſua terræ incompoſitæ, rudi, incultæ, inani, aëri caliginoſo ſimiles: Maria in conceptione ſua aquæductui de paradiſo exeunti. Templum, ſcilicet ſedeſque Dei parabatur. *Dignum vehiculum Deo ſubjiciebat.* Quamobrem hæc illi verba Eccleſia accommodat: *Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Primo igitur ſuæ vitæ momento in ſinu Matris, à Deo præventa eſt in benedictionibus dulcedinis. *Adjuvabit eam Deus mane diluculo.* En primum gratiæ, quæ Deiparæ Virgini in conceptione ſua

*S. Joannes Damaſc. Orat. 1. de Nativ. B. Virg.* *Eccli. 24. 12.* *Ibid. Pſal. 45.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

collata eſt, diſcrimen ab ea quæ cæteris Sanctis collata fuit.

S. Petrus Chryſol. Serm. 142.

II. Diſcrimen alterum, eſt quòd alii Sancti portionem gratiæ; Maria gratiæ plenitudinem receperit. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Singulis ſe gratia largita eſt per partes: Mariæ vero ſimul ſe totam dedit gratiæ plenitudo.* Chriſto ſcilicet Gratiæ fonti & auctori propinquior fuit, ut ejus Mater: & ideo præ cæteris debuit à Chriſto gratiæ plenitudinem obtinere: *Ut eum qui eſt plenus omni gratia in ſe reciperet, & eum pariendo, quodammodo gratiam ad omnes derivaret.* Chriſtus fons gratiæ; Maria aquæductus, qui plenitudinem fontis ipſius de corde Patris accipiens, nobis edidit illum, ſi non prout eſt, ſaltem prout capere poteramus. Ipſi jam tunc dici poteſt: *Ave gratia plena. Deus cæleſti rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit. Redempturus humanum genus, pretium univerſum contulit in Mariam... Altius ergo intueamini quanto devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria: ut proinde ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab ea noverimus redundare.* Totis igitur præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam veneremur, quia ſic eſt voluntas ejus qui *Totum nos voluit habere per Mariam.* Ideo gratiæ plenitudinem recepit, cùm alii ſtillicidia tantùm receperint.

S. Thomas 3. p. q. 27. a. 5. S. Bernard. Serm. in Nativ. B. M. de Aquæductu.

III. Tertium diſcrimen gratiæ, quæ Deiparæ Virgini in ſua conceptione infuſa, ab ea quæ cæteris Sanctis collata eſt, in eo conſiſtit quòd beatæ Virgini inamiſſibili quodam modo collata fuerit: cæteris modo amiſſibili. *Deus in medio ejus non commovebitur.* Scilicet omnis ad malum propenſio, omnis difficultas in bono, ab ea ſingulari privilegio, & gratiâ uberiori ſublatæ ſunt: quod privilegium nemini Sanctorum præter ipſam à Deo conceſſum eſt. *Nam*, ut præclarè diſſerit S. Thomas, *Illos quos Deus ad aliquid eligit, ita*

3. p. q. 27. a. 4.



*præparat ac diſponit, ut ad id ad quod eliguntur, inveniantur idonei, ſecundum illud Apoſtoli:* Idoneos nos fecit Miniſtros novi Teſtamenti. *Beata autem Virgo divinitus electa fuit ut eſſet Mater Dei: & ideo non eſt dubitandum quin Deus per ſuam gratiam ad hoc tam idoneam reddiderit, ſecundum quòd Angelus ad eam dicit:* Inveniſti gratiam apud Deum; ecce concipies, &c. *Non autem fuiſſet idonea Mater Dei, ſi peccaſſet aliquando: tum quia honor parentum redundat in prolem.* Gratia filiorum, patres eorum. *Unde à contrario, ignominia Matris in Filium redundaſſet. Tum etiam quia ſingularem affinitatem habuit ad Chriſtum, qui ab ea carnem accepit. Dicitur autem 2. ad Crinthios 6.* Quæ conventio Chriſti ad Belial? *Tum etiam quia ſingulari modo Dei Filius, qui eſt æterna Sapientia, in ipſa habitavit, non ſolum in anima, ſed etiam in utero. In malevolam* autem *animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Et ideo ſimpliciter cum Eccleſia ſentiendum eſt, quòd beata Virgo per gratiæ ſuæ ſingulare privilegium conſecuta eſt ut nullum peccatum actuale committeret, nec mortale, nec veniale, ut ſic in ea impleretur quod de Sponſa cæleſti in Canticis dictum eſt: *Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te.* Hinc S. Auguſtinus: *Unde enim ſcimus quid ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.*

2. Cor. 3. — Prov. 17. — Sap. 1. — Cant. 4. — Lib. de Natura & Gratia, Cap. 36.

IV. Beatiſſima Virgo Gratiæ ſuæ fideliter cooperata eſt, ſtatim atque ad rationis & liberi arbitrii uſum pervenit. Hancne ſumus imitati, fideliter conſervando baptiſmalem gratiam? In ipſo diluculo rationis, in vitæ moralis initio, an gratiæ nos ad Deum diligendum & ejus mandata ſervanda vocanti fideliter reſpondimus & cooperati ſumus? Poſſumus ne abſque mendacio cum Apoſtolo dicere, *Gratia Dei in me vacua non fuit?* 1. Cor. 15.

Heu! quoties Spiritui Sancto reſtitimus? Quoties gratiam in vacuum recepimus? Quoties inſpirationes ſanctas extinximus? Quoties gratiam amiſimus, quam poteramus conſervare, quamvis theſaurum iſtum portantes in vaſis fictilibus: cum Deus non faciat nobis occaſum niſi ab ipſo fecerimus caſum, & *Neminem deſerat, niſi deſeratur, ut pie ſemper juſteque vivatur?* (*S. Auguſt.*) Gratiæ quidem plenitudinem non accepimus, quod Mariæ privilegium eſt; ſed, quæ Dei miſericordia eſt, ſufficientiam & habuimus, & habemus nobis paratam. Demus operam, ut cum ejus adjutorio in gratia creſcamus. *Creſcite in gratia, & in cognitione Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti ... Coronat in nobis Deus dona miſericordiæ ſuæ; ſed ſi in ea gratia quam primam accepimus perſeveranter ambulemus.* (*2. Petr. 3. 18.* — *S. Auguſt. Tract. 3. in Joan.*)

---

## IN FESTO S. THOMÆ APOSTOLI.

*Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.* Pſal. cxxxviij. 12.

IN Apoſtolo Thoma myſticè impletum eſt, quod Geneſis initio legimus: *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & dixit Deus, Fiat lux: Et facta eſt lux. Et vidit lucem quòd eſſet bona. Appellavitque Deus lucem diem.* (*Geneſ. c. 1. 2. 4.*) Thomas, ſecundùm nominis ſignificationem, abyſſus eſt. Cùm Deus per Filii Unigeniti mortem & reſurrectionem mundum à ſe mirabiliter conditum admirabiliùs repararet, *Tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi.* Incredulitatis & dubitationis caligo quædam Thomæ mentem inumbrabat, quæ nec reſurgente Chriſto, & Apoſtolis quibus ſe conſpicuum præbuerat, ejus Reſurrectionem teſtimonio ſuo confirmantibus, depulſa eſt. *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in*



*locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.* (*Joan. 20. 25.*) Verùm ubi Chriſtus illi etiam ſe conſpicuum præbuit poſt dies octo, dicens: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis:* Mens ejus plena fidei luce illuſtrata eſt. *Et dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux:* Fidei ſuæ plenitudine & firmitate diem exhibuit Eccleſiæ plenum, ſerenum, lætum. *Appellavitque Deus lucem diem.* Fidei ſuæ plenitudine, firmitate, fervore, humilitate, prioris dubitationis & incredulitatis maculam eluit. *Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.* Ex vulneribus ſacratiſſimorum pedum Chriſti hauſit humilitatem & firmitatem fidei. Ex vulnere lateris Chriſti & corde illius ſacratiſſimo hauſit fervorem fidei. Ex vulneribus manuum Chriſti hauſit operationem fidei. Sit fides noſtra, ut fides S. Apoſtoli Thomæ, humilis & firma; fervens & caritate ſuccenſa; operans & bonorum operum effectrix.

Fides humilis, curioſitatem excludit. (*Lib. 1. Theolog. Dogm. & Moral. Cap. 1. Quæſt. 2. Art. 2. §. 1.*) Dei auctoritate, non humana ratione in rebus ſalutis duci debemus. (*Ibid.*) Intelligentia, merces fidei. (*Ibid.*) Pœna curioſitatis in rebus Religionis. (*Ibid.*) Fides ſine caritate & bonis operibus nihil prodeſt ad ſalutem. (*Quæſt. 1. Art. 5.*)

I. Deus qui juſſit de tenebris lumen ſplendeſcere, ex Apoſtoli Thomæ incredulitate maximum ipſius, Eccleſiæque bonum elicuit, fidem ſcilicet Divinitatis, Incarnationis, ac Reſurrectionis ſuæ pleniſſimam ac firmiſſimam. « Egit namque miro modo divina clementia, ut « Diſcipulus ille dubitans, dum in Magiſtro ſuo vulnera « palparet carnis, in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. « Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fi- « des credentium Diſcipulorum profuit, quia dum ille ad « fidem palpando reducitur, noſtra mens omni dubita- (*S. Greg. M. Hom. 26. in Evang.*)



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» tione poſtpoſita in fide ſolidatur. Sic quippe Diſcipu-
» lum Dominus poſt Reſurrectionem ſuam dubitare per-
» miſit, nec tamen in dubitatione deſeruit, ſicut ante
» nativitatem ſuam habere Mariam ſponſum voluit, qui
» tamen ad ejus nuptias non pervenit. Nam ita factus eſt
» Diſcipulus dubitans & palpans teſtis veræ Reſurrectio-
» nis, ſicut Sponſus Matris fuerat cuſtos integerrimæ vir-
» ginitatis. Quàm oculata, quàm humilis, quàm firma

Joan. 20. 28. fides ejus! *Dominus meus, & Deus meus!* Chriſtum Jeſum Deum ſimul & hominem confeſſus eſt. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, in corde Thomæ, antequam ipſi illuceſceret dies quam fecit Dominus. Venit

S. Auguſt. Serm. 1. [illegible] Edit. Pariſ.

caput hujus diei, & dixit: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Quaſi diceret: *Sciebam vulnera tua, ſervavi tibi cicatricem meam. Sed planè mittens manum ſuam, complevit fidem. Quæ eſt enim fidei plenitudo? Ut non credatur Chriſtus tantùm homo, nec credatur Chriſtus tantummodo Deus, ſed homo & Deus. Ipſa eſt fidei ple-*

Joan. 1. 14. *nitudo, quia Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Thomas oblatis ſibi cicatricibus & membris Salvatoris ſui, ubi tetigit, exclamavit: Dominus meus, & Deus meus. Hominem tetigit, Deum cognovit: Tetigit carnem, reſpexit ad Verbum:* quia *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Arii, Neſtoriique hæreſes S. Thomæ confeſſio refellit ac deſtruit; Arii, qui Filium Dei verè Deum, Patrique Æterno conſubſtantialem eſſe negabat; Neſtorii, qui unam Dei hominiſque perſonam eſſe inficiabatur. *Dominus meus, &*

S. Hilarius Lib. 7. de Trinit.

*Deus meus! Veritatem Evangelici Sacramenti Thomas intelligens, Dominum ſuum & Deum ſuum eſſe confeſſus eſt. Non hic honoris eſt nomen, ſed naturæ confeſſio eſt: rebus enim ipſis atque virtutibus Deum credidit. Reſurrexiſſe enim per ſe ex mortuis in vitam, niſi Dei natura non potuit.*



Thomæ fides antea infirma & titubans, in Chriſti Pſal. 39. 3. vulneribus fundata & confirmata eſt. *Statuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum novum, carmen Deo noſtro... Petra autem erat* Chriſtus. De qua dicitur in Cantico 1. Cor. 10. 4. Canticorum: *Columba mea in foraminibus petræ.* Fo- Cant. 2. 14. S. Bernard. Serm. 61. in Cantica. ramina petræ, vulnera Chriſti. *Bona foramina, quæ fidem adſtruunt Reſurrectionis, & Chriſti Divinitatem.* Dominus meus, & Deus meus! *Unde hoc reportatum oraculum, niſi ex foraminibus petræ?*

II. Fervens S. Thomæ fides, ex vulnere lateris Chriſti fervoris ſui & amoris quo ſuccenſa erat, incrementum accepit. Ante Chriſti Paſſionem & Reſurrectionem jam mirum in modum ardens erat cor ejus amore Chriſti. Ad ipſum ubique ſequendum & commoriendum ſe paratiſſimum exhibebat. Chriſto ad Lazarum ſuſcitandum Bethaniam eunte, quæ Hieroſolymis vicina erat, ubi ſe brevi mortem paſſurum Diſcipulis prænunciaverat, dicit Thomas condiſcipulis: *Eamus &* Joan. 11. 16. *nos, ut moriamur cum eo.* Magnanimitatis Thomæ, non minùs quàm dubitationis teſtimonia hæc verba ſunt: *Niſi videro in manibus ejus &c. Puſilla fides* (ait S. Bernardus.) *ſed de magnitudine animi mirò modo deſcendens.*

III. Fides S. Thomæ otioſa & ſegnis non fuit, ſed activa & per caritatem operans. Peregrinationes difficillimas ſuſcipiens, labores immenſos tolerans pro Chriſti gloria in prædicatione Evangelii Parthis, Medis, Bactris, Perſis, Indis, ad finem uſque vitæ, quam martyrio conſummavit Calaminæ ſagittis confoſſus, ut morte ſuâ velut ſigno Chriſtianæ Religionis, quam prædicaverat, veritatem confirmaret. *Poſuit me quaſi ſi-* Thren. 3. 12. *gnum ad ſagittam.* Chriſtum eſſe Veritatem, cui credendum; Viam, per quam tendendum; Vitam ad quam perveniendum, prædicatione ſua tot Gentes docuit, ſanguine confirmavit. Id à Chriſto Jeſu didice-

tat ſanctus ille Apoſtolus. Cùm enim Chriſtus Diſcipulis ſuis dixiſſet: *Vado parare vobis locum: Et ſi abiero, & præparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, ut ubi ſum ego, & vos ſitis. Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quò vadis, & quo modo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Jeſus: Ego ſum via, & veritas & vita. Nemo venit ad Patrem niſi per me.* Quaſi diceret: *Quà vis ire? Ego ſum via. Quò vis ire? Ego ſum veritas. Ubi vis permanere? Ego ſum vita.* Via, Chriſtus eſt humilis. Veritas & vita, Chriſtus excelſus & Deus. Si ambules in humili, pervenies ad excelſum. Si infirmus humilem non aſperneris, in excelſo fortiſſimus permanebis. Quia non habebamus quà iremus ad veritatem, Filius Dei qui ſemper in Patre veritas & vita eſt, aſſumendo hominem factus eſt via. Ambula per hominem, & pervenis ad Deum: Per ipſum vadis, ad ipſum vadis. Noli quærere quà ad illum venias, præter ipſum. Si enim via eſſe ipſe noluiſſet, ſemper erraremus. Factus ergo via eſt quà venias. Non tibi dico, Quære viam. Ipſa via ad te venit: Surge & ambula. Qui bene vivunt, & in Chriſtum non credunt, bene currunt, ſed in via non currunt. Quanto plus currunt, plus errant, quia à via recedunt. Si autem ad Chriſti fidem convertantur, perveniunt ad vitam, tenent viam, bene ambulant, & non errant. Hanc viam cognovit & prædicavit S. Thomas Apoſtolus; hanc teneamus, ut ad Chriſtum ipſum, quatenus apud Patrem Veritas & Vita eſt, perveniamus.

*S. August. Serm. 141. alias 14. de Domini verb. Dum & Serm. [illegible] de Verbis Domini.*



## IN FESTO S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

*Stephanus plenus gratiâ, fortitudine, & Spiritu Sancto.* Act. vij.

PLenitudo gratiæ Stephanum primi Diaconi Miniſterio dignum effecit. Plenitudo fortitudinis Stephanum Protomartyris coronâ decoravit. Plenitudo Spiritus Sancti Stephanum primum ac nobiliſſimum poſt Chriſtum Jeſum caritatis exemplar mundo exhibuit.

I. De S. Stephani electione ad primi Diaconi miniſterium, vide *Act. Cap. 6.* Diaconi electi ad Altaris miniſterium, ad divini etiam verbi, ubi opus eſſet prædicationem; ad Viduarum & pauperum curam. His functionibus obeundis fides plena, ſapientia eximia, caſtitas Angelica, fidelitas ſumma neceſſariæ erant. Fides Myſteriorum & Sacramentorum, quorum electi ſunt Miniſtri per orationem & manuum impoſitionem Apoſtolorum: Sapientia, ad Scripturarum Sacrarum intelligentiam & explicationem: Caſtitas ad curam & conſolationem viduarum; fidelitas ad bonorum Eccleſiaſticorum ſeu eleemoſynarum diſpenſationem. *Quæritur enim inter diſpenſatores ut fidelis quis inveniatur.* His dotibus præ omnibus Chriſti Diſcipulis eminebat Stephanus. *Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu Sancto.* Fide *faciebat prodigia & ſigna magna in populo*, ut Chriſtianæ Religioni conciliaret auctoritatem. Sapientiâ plenus erat ad Scripturam Sacram exponendam, & convincendos Judæos. *Surrexerunt autem quidam de Synagoga quæ appellatur* *Act. 6. 9. 10.*
*Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Aſia diſputantes cum Stephano: & non poterant reſiſtere ſapientiæ & Spiri-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*tui qui loquebatur.* In Stephano ſcilicet impletum eſt illud Chriſti Domini promiſſum : *Ego dabo vobis os &* (Luc. 21. 15.) *ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes adverſarii veſtri.* Eminebat caſtitate, quæ ipſum Angelis coæquabat. Virgines enim *in terris non nubendo, de familia Angelica deputantur.* (Tert. 2. Act. 6.) Ideo *Intuentes eum omnes qui ſedebant in Concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.*

II. Plenitudo fortitudinis Stephanum Protomartyris coronâ decoravit. Fortitudo maximè elucet patiendo mortem, in teſtimonium fidei Chriſtianæ. Stephani fortitudo admirabilis, qui mortem pro defenſione Veritatis & Religionis Chriſtianæ ante Apoſtolos ipſos paſſus eſt, cúmque primus omnium ſanguine ſuo confirmavit. Chriſtus ad hoc venit in mundum ut teſtimonium perhiberet veritati, illamque non ſolùm prædicatione & miraculis, ſed paſſione ac morte ſua confirmaret. Stephanus Dominum Jeſum imitatus, teſtis extitit Evangelicæ Veritatis, non docendo ſolùm, diſputando, ac defendendo naſcentem Religionem contra Judæos in Synagogis, in Concilio, coram Principe Sacerdotum, Scribis & Senatoribus Judæorum, ſed pro ipſa primus omnium poſt Chriſtum moriendo. *Sanguis Martyrum, ſemen Chriſtianorum.* (Tertull.) Stephani ſanguis ſemen Martyrum, quibus exemplum patiendi pro Chriſto, & pro veritate ac juſtitia uſque ad mortem certandi præbuit. *Quando Stephanus pro Chriſto* (S. Auguſt. Serm. 314. aliàs 1. de Diverſis.) *primus ſanguinem fudit, quaſi corona proceſſit de cœlo, ut eam ſumerent ſequentes in præmio, qui præcedentis virtutem imitarentur in prælio. Impleverunt poſtmodum terram crebra martyria.* Falſi teſtes adverſùs Chriſtum inſurrexerunt, falſi teſtes adverſùs Stephanum pariter ſuſcitati ſunt. Dixerunt illi : *Nos audivimus eum dicentem : Ego diſſolvam Templum hoc* (Marc. 14. 58.) *manufactum, & per triduum aliud non manufactum ædificabo.* De Stephano dixerunt : *Audivimus eum dicentem : Quoniam Jeſus Nazarenus hic* (Act. 6. 14.) *deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.* Chriſtus ductus eſt extra civitatem ut crucifigeretur : Stephanus extra civitatem ejectus eſt ut lapidaretur. Chriſtus propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta : Stephanus lapidum undique ingruentium grandinem, quaſi blaſphemiæ reus, pro Chriſto forti & alacri animo ſuſtinuit. Unde verò tanta illi fortitudo, niſi à Chriſto quem in cælo ad dexteram Dei ſtantem intuebatur ? *Intendens in cælum vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à* (Act. 7. 55.) *dextris Dei. Et ait : Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Animos addebant Stephano futura præmia. « Si enim ſub imbre lapidum « conſtitutus futura præmia non cogitaſſet, quomodo il- « lam grandinem pertuliſſet ? Sed illius præceptum geſta- « bat in animo, cujus præſentiam cernebat in cælo ; & « ad eum flagrantiſſimo amore ſuſpenſus, carnem quan- « tocyus relinquere, & ad ipſum cupiebat advolare : nec « mortem jam timebat, quia Chriſtum, quem pro ſe oc- « ciſum ſciebat, viventem videbat ; ac feſtinabat etiam « mori pro illo, ut viveret cum illo. (S. Auguſt. Serm. 314. aliàs 95. de Diverſis.) *Jeſum ſtantem videbat ; ideo ſtabat, & non cadebat, quia ſtans ſurſum, & deorſum certantem deſuper ſpectans, invictas Militi ſuo vires, ne caderet, ſuggerebat.* Vidit cælos apertos, vidit, & ut bonus Miles Chriſti violenter invaſit, ſciens dixiſſe Dominum : *Regnum cælorum vim* (Matt. 11. 12.) *patitur, & violenti rapiunt illud.* In certamine autem Dominum invocabat Martyr ſanctiſſimus, dicens : *Domine Jeſu, accipe ſpiritum meum.* Ita ſtans orabat. *Exigebat* enim *debitum quod Martyribus promiſſum erat*, debitum de quo dicit Apoſtolus : *Ego enim jam* (2. Tim. 4. 6.) *delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi : de reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex.* Protomartyri



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Stephano congruè accommodari poteſt illud Prophetæ oraculum : *Iſte in excelſis habitabit*, corde ſcilicet fixus in cælis : quos videt apertos : *Munimenta ſaxorum ſublimitas ejus* ; lapides ſcilicet quibus obruitur, gradus ſunt quibus ad cælum aſcendit. *Panis ei datus eſt*, panis veritatis, ſapientiæ, panis vitæ & intellectus : *Aquæ ejus fideles ſunt* ; divinæ gratiæ, cæleſtium conſolationum fontes ipſi non deficiunt in agone. *Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus.* Jeſum fortitudinem Martyrum, ſui certaminis agonothetem, *Stantem a dextris Dei.* Quia verò Jeſum in gloria ſua intuenti, terrena omnia bona vileſcunt, ideo oculi ejus *cernent terram de longè.* Quomodo enim de longè non cernet terram morientium, qui propiùs intuetur terram viventium ? Deum timens ſimul & amans, lapides & mortem non timet ; qui enim timet Dominum, nihil trepidabit. *Cor tuum meditabitur timorem.* Judaicæ Gentis Legiſperiti & Sapientes Stephani ſermone convicti & confuſi manent. *Ubi eſt litteratus ? Ubi Legis verba ponderans ? Ubi doctor parvulorum ?* Superbi Doctores, cæleſti ſapientia vacui, linguam eruditam & diſertam Stephani intelligere non poſſunt, quia nolunt. *Populum impudentem non videbis, populum alti ſermonis, ita ut non poſſit intelligere diſertitudinem linguæ ejus, in quo nulla eſt ſapientia.* Aſpides ſurdæ obturant aures ſuas, ut non exaudiant vocem incantantis ſapienter. *Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum.*

Iſai. 33. 16.

Pſal. 57. 5.

Act. 7. 56.

III. Plenitudo Spiritus Sancti Stephanum primum ac nobiliſſimum, poſt Chriſtum Jeſum, caritatis exemplar mundo exhibuit. Pro inimicis oravit mortem ſibi inferentibus : *Poſitis autem genibus clamavit voce magna, dicens : Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Pro ſe orans ſtabat, pro eis genua figebat. Diſcrevit juſtum à peccatoribus : Pro juſto ſtans petebat, quia mercedem exigebat. Pro peccatoribus genua fixit, quia ſciebat*

Act. 7. 59.

S. August. 315. aliàs 93. de Diverſis.



*quàm difficile pro tam ſceleratis poſſet exaudiri.* Quamvis juſtus, quamvis ſub ipſa corona conſtitutus, non præſumſit, ſed genu fixit; non attendens quid ipſe dignus eſſet petendo accipere, ſed quid ipſi digni eſſent, à quibus volebat horrenda ſupplicia removere. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Chriſtus ſedebat in Cathedra Crucis, & docebat Stephanum regulam pietatis. Imitatur iſte ſublimem humilis, Creatorem creatura, Mediatorem victima, Deum & hominem homo : Deum Chriſtum, ſed in Cruce hominem, dicentem : *Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Nemo dicat : Ille oravit pro inimicis ſuis, quia Chriſtus, quia Deus, quia Unicus : Quis ſum ego qui hoc faciam ? Si multùm eſt ad te Dominus tuus, neſcis quia Stephanus eſt conſervus tuus ? Ecce Stephanus fecit : de ſe ? de ſuo fecit ? Si autem de dono Dei fecit, numquid intravit & contra te clauſit ? Numquid pontem tranſivit, & præcidit ? Multum eſt ad te ? Pete & tu. Fons manat, non ſiccavit . . . . *Si multum ad te putas imitari Dominum tuum ; attende Stephanum conſervum tuum. Dominus Chriſtus unicus Dei Filius, numquid hoc Stephanus ? Dominus Chriſtus de incorrupta Virgine natus ; numquid hoc Stephanus ? Dominus Chriſtus venit non in carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati, numquid hoc Stephanus ?* Sic natus eſt ut tu ; inde natus eſt, unde & tu ; ab eo renatus eſt, à quo & tu ; tanti valet, quanti vales. Unum inſtrumentum nobis factum eſt, Evangelium inſtrumentum eſt, ubi omnes empti ſumus : Ubi tu, ibi ille. Quia ſervi ſumus, inſtrumentum eſt : Quia filii ſumus, teſtamentum eſt. Ipſum attende, conſervum attende. Multum eſt ad te, quia infirmos oculos habes, intueri Solem : lucernam vide. Stephani oratio quàm potens, quàm efficax ? Saulum Eccleſiæ peperit, qui lapidantibus conſentiens, eorum veſtimenta ſervabat. Si Stephanus non oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet. *Præceptum eſt nobis ad redun-*

S. August. Serm. 317. aliàs 97. de Diverſis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Apolog. 37. *dantiam benignitatis etiam pro inimicis Deum orare* (inquit Tertullianus.) Si lapides in aquam injicias, quaſi intumeſcit & redundat aqua. Quo majori impetu inimici Stephani & veritatis in ipſum lapides jaciunt, caritas ejus magis efferveſcit, benignitas ejus ita redundat, ut Deum pro ipſis oret. *Ad redundantiam benignitatis.* Chriſtus amare & acerbè arguit Judæos, ſed Matth. 23. 13. amando. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ.* Cùm iſta dicebat, quis non putaret quòd illos oderat? Venit Lucæ 23. 34. ad crucem, & ait: *Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Ita Stephanus Judæos priùs arguit & obS. August. Serm. 311. jurgat dicens: *Dura cervice, & incircumciſi cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos.* Sævire videtur. *Lingua ferox, cor lene. Clamabat, & amabat. Sæviebat, & ſalvos fieri volebat.* Poſitis autem genibus clamavit voce magna dicens: *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.*

Quòd Martyres honoramus, nobis prodeſt, non illis. Solemnitates Martyrum, exhortationes ſunt MarS. August. Serm. 311. tyriorum. *Honorare, & non imitari, nihil eſt aliud quàm mendaciter adulari.* Imitetur S. Stephani fidelitatem unuſquiſque in vocationis ſuæ ſtatuſque ſui officiis fideliter adimplendis, cavens ne deſit gratiæ Dei. S. Stephani fortitudinem imitetur in adverſis patienter ferendis, ut nec deliciæ ſæculi, nec damna, nec perHebr. 12. 4. ſecutiones ipſum à caritate Chriſti ſeparent. *Nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſus peccatum repugnantes.* S. Stephani caritatem imitemur, inimicos diligendo, & pro illis orando. Id ſi difficile videatur, in cœlum convertamus oculos; intueamur Jeſum ſtantem ad dexteram Dei, nobis mercedem æternam, quæ Deus ipſe eſt, parantem.



## IN FESTO S. JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

*Erat recumbens unus ex Diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus.* Joan. xiij. 23.

MAgna S. Joannis dignitas & excellentia, quòd Dilectus Jeſu Diſcipulus appellari & eſſe meruerit. S. Hieron. lib. 1. cont. Jovinian. Omnes ejus prærogativæ hoc uno nomine exprimuntur. Apoſtolum fuiſſe, Evangeliſtam, Prophetam, Virginem, & Martyrem, magnum eſt: ſed hos omnes honorum titulos complectitur dilecti Jeſu Diſcipuli nomen. *Quem diligebat Jeſus.* Hoc ſe nomine ubique deſignat Joannes, proprio ſuo tacito nomine, quaſi ſolum diligeret Jeſus, ut hoc ſigno diſcerneretur à cæteris, quos utique omnes diligebat: *Quid ergo niſi* S. August. Tract. 124. in Joan. *ampliùs ſe dilectum, cùm hoc diceret, volebat intelligi? Quod abſit ut mendaciter diceret. Quod autem majus dare potuit Jeſus majoris erga eum ſuæ dilectionis judicium, quàm ut homo cum cæteris condiſcipulis ſuis ſocius tantæ ſalutis, ſolus tamen diſcubuerit ſuper pectus ipſius Salvatoris?* Quæſtio movetur, Utrum Joannes qui plus à Chriſto dilectus fuit, magis etiam Chriſtum dilexerit, ac proinde melior fuerit Petro? Petrum enim magis dilexiſſe ſignificare videntur hæc Domini verba: *Diligis me plus his?* Aliunde, Joannem fuiſſe magis dilectum, certum eſt. Qui verò dixerit Chriſtum magis dilexiſſe illum à quo minùs diligebatur, injuriam Chriſto facere videtur. *Quantùm ipſe ſapio* (inquit S. Auguſtinus) *meliorem qui plus diligit Chriſtum, feliciorem verò quem plus diligit Chriſtus, facile reſponderem: ſi juſtitiam Liberatoris noſtri minus eum diligentis à quo plus diligitur, & eum plus à quo

*minus diligitur, quemadmodum defenderem, pervide-*
S. Thomas 1. p. q. 20. a. 4. ad 1. *rem. In ambigua quæſtione Sanctus ipſe Auguſtinus ad Myſterium confugit, dicens, Viam activam quæ ſignificatur per Petrum, plus diligere Deum quàm vitam contemplativam, quæ ſignificatur per Joannem, quia magis ſentit præſentis vitæ anguſtias, ab eiſque*
» *liberari, & ad Deum ire vehementius deſiderat.* Vi-
» tam verò contemplativam Deus plus diligit, quia ma-
» gis eam conſervat. Non enim cùm vita corporis finitur,
» ſicut vita activa. Quidam verò dicunt quòd Petrus plus
» dilexit Chriſtum in membris; & ſic etiam à Chriſto
» plus fuit dilectus. Unde ei commendavit Eccleſiam. Jo-
» annes verò plus dilexit Chriſtum in ſe ipſo: & ſic etiam
» plus ab eo fuit dilectus. Unde ei commendavit Matrem.
» Alii verò dicunt, incertum eſſe quis illorum plus Chri-
» ſtum dilexerit amore caritatis: & ſimiliter quem Deus
» plus dilexerit in ordine ad majorem gloriam vitæ æter-
» næ. Sed Petrus dicitur plus dilexiſſe, ſi fervor amoris
» ſpectetur: Joannes verò plus dilectus, ſi ratio habea-
» tur familiaritatis, cujus majora quædam indicia illi
» Chriſtus exhibuit ob juventutem & caſtitatem. Alii ve-
» rò dicunt, quòd Chriſtus plus dilexit Petrum quan-
» tùm ad excellentius donum caritatis: Joannem verò
» plus quantùm ad donum intellectus. Unde ſimpliciter
» Petrus fuit melior & magis dilectus, ſed Joannes ſe-
» cundùm quid. Præſumptuoſum tamen videtur hoc di-
» judicare, ut dicitur Proverb. XVI. *Spirituum pondera-*
» *tor eſt Dominus,* & non alius. Hac igitur quæſtione,
» quæ plus habet curioſitatis, quàm ædificationis, ſepo-
» ſitâ, duo in hoc Sermone expendemus. 1. Quid major
» Chriſti dilectio S. Joanni præſtiterit? 2. Quid Joannes
» Chriſti dilectioni rependerit?

S. Thomas 1. p. q. 20. a. 2. I. Diſcrimen ſtatuit Doctor Angelicus inter voluntatem Dei & noſtram, quòd voluntas noſtra non eſt cauſa bonitatis rerum, ſed ab ea movetur ſicut ab objecto: Unde amor noſter quo bonum alicui volumus, non eſt

cauſa



cauſa bonitatis ipſius; imò bonitas ejus vera vel æſtimata provocat amorem quo ei volumus & bonum conſervari quod habet, & addi quod non habet, & ad hoc operamur: Sed amor Dei eſt infundens & creans bonitatem in rebus. Singularia igitur, magna & excellentia dona Joanni Apoſtolo præſtitiſſe Jeſum, qui ipſum præ cæteris Diſcipulis diligebat, minimè dubium eſt. *Erat recumbens unus ex Diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus.* Chriſtus Jeſus Joannem præ cæteris Diſcipulis conſcium fecit arcanorum ſuorum; participem bonorum ſuorum; conſortem dolorum ſuorum. In ſinu Jeſu recumbens, conſcius effectus eſt arcanorum ejus; à Chriſto Virgini Mariæ in filium datus, particeps factus eſt bonorum ejus: Juxta Crucem Jeſu morienti adſiſtens, conſors fuit dolorum ejus.

I. Sinus quid aliud eſt quàm ſecretum? Filius Dei in ſinu Patris arcana ejus cognoſcit, doctrinam ab eo acceptam hominibus revelat. *Deum nemo vidit un-* Joan. 1. 18.
*quam: Unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris ipſe enarravit.* Joannes in ſinu Jeſu recumbens doctrinam ſuam, altiſſimaque Myſteria, ex illo divino fonte hauſit.
*De illo pectore in ſecreto bibebat: ſed quod in ſecreto* S. August. Tract. 36. in Joan.
*bibit, in manifeſto eructavit, ut perveniret ad omnes Gentes non ſolùm Incarnatio Filii Dei, & Paſſio, & Reſurrectio, ſed etiam quod erat ante Incarnationem, Unicus Patri, Verbum Patris, coæternus generanti, æqualis ei à quo miſſus eſt, ſed in ipſa miſſione minor factus, quò major eſſet Pater.* Enarravit in Evangelio ſuo *quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit... Si in cor hominis non aſcendit, quo-* 1. Cor. 2. 9.
*modo aſcendit in cor Joannis? An non erat homo Joannes? An fortè nec in cor Joannis aſcendit, ſed cor Joannis in illam aſcendit? Quod enim aſcendit in cor hominis, de imo eſt ad hominem: Quò autem aſcendit cor hominis, ſurſum eſt ab homine.* Etiam ſic, Fratres, dici poteſt, quia ſi aſcendunt in cor Joannis, ſi



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aliquo modo poteſt dici, *In tantum aſcendit in cor Joannis, in quantum ipſe Joannes non erat homo. Quid eſt, non erat homo? In quantum cœperat eſſe Angelus.* Erat Joannes de illis montibus de quibus dictum eſt:
Pſal. 71. 3. *Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam.*
» Montes, excelſæ animæ ſunt: Colles, parvulæ animæ
» ſunt. Sed ideo montes excipiunt pacem, ut colles poſ-
» ſint excipere juſtitiam. Quæ eſt juſtititia quam colles
Rom. 1. 17. » excipiunt? Fides, quia *Juſtus ex fide vivit.* Non au-
» tem exciperent minores animæ fidem, niſi majores ani-
» mæ quæ montes dictæ ſunt, ab ipſa Sapientia illuſtra-
» rentur, ut poſſint populis trajicere quod poſſint parvu-
» li capere, & vivere ex fide colles, quia montes pacem
» ſuſcipiunt. De his ergo montibus & Joannes erat, qui
» dixit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud
» Deum, & Deus erat Verbum. Suſceperat pacem Mons
» iſte, contemplabatur Divinitatem Verbi. Qualis iſte
» Mons erat, quàm excelſus? Tranſcenderat omnia ca-
» cumina terrarum, omnes campos aëris, omnes altitu-
» dines ſiderum, omnes Choros & legiones Angelorum.
» Niſi enim tranſcenderet iſta omnia quæ creata ſunt,
» non perveniret ad eum per quem facta ſunt omnia.
S. Auguſt. Lib. 1. de Conſenſu Evang. c. 6. *Hinc Aquila comparatur, quia cùm alii tres Evangeliſtæ in his maximè occupati ſint, quæ Chriſtus in carne operatus eſt, & quæ præcepta mortalis vitæ ex-*
» *ercendæ carnem portantibus tradidit:* Joannes ſuper
» nubila infirmitatis humanæ velut Aquila volat, & lu-
» cem incommutabilis veritatis acutiſſimis atque firmiſ-
» ſimis oculis cordis intuetur. *Job. 39. 27.* Numquid ad
» præceptum tuum elevabitur Aquila, & in arduis po-
» net nidum ſuum: *Ezechiel. 17. 3.* Aquila grandis
» magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medul-
» lam Cedri. De Joanne Evangeliſta hic locus myſticè
explicari poteſt. Medullam Cedri intellige divinitatem Verbi.

S. Joannem divinorum arcanorum conſcium factum



cùm ſupra pectus Jeſu recumberet, probat & ejus Apocalypſis, de qua S. Hieronymus: *Apocalypſis Joannis* (inquit) *tot habet ſacramenta, quot verba.* S. Hieron. Epiſt. ad Paulinum.

2. S. Joannes particeps factus eſt bonorum Jeſu, cùm illi Virginem matrem Virgini commendavit. *Cùm vidiſſet Jeſus Matrem, & Diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit Diſcipulo; Ecce Mater tua.* Joann. 19. 26. Teſtabatur de Cruce Chriſtus (inquit Sanctus Ambroſius) & inter Matrem atque Diſcipulum pietatis officia dividebat. S. Ambroſ. Epiſt. 82. *Condebat Dominus non ſolùm publicum, ſed etiam domeſticum Teſtamentum, & hoc ejus Teſtamentum ſignabat Joannes, dignus tanto Teſtatore teſtis....*
*Et ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſua.* Quæ «
ſua habebat Joannes, qui mundana & ſæcularia non ha- «
bebat, qui & de mundo non erat? Quæ habebat ſua, «
niſi ea quæ à Chriſto acceperat? Bonus verbi ſapientiæ- «
que Poſſeſſor, bonus receptor gratiæ. Audire quæ «
Apoſtoli à Chriſto acceperint: *Accipite,* inquit, *Spi-* «
*ritum Sanctum,* &c. NEQUE *enim Mater Domini*
S. Ambr. in Exhort. ad Virginitatem cap. 2.
*Jeſu niſi ad poſſeſſorem gratiæ demigraret, ubi Chriſtus habebat habitaculum.* Et ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſua. *Cum quo Virgo habitare debebat, quàm cum eo quem Filii hæredem, integritatis ſciret eſſe cuſtodem?* Idem lib. De Inſtit. Virginis, cap. 7. Non mirum ergo Joannem *præ cæteris locutum Myſteria divina, cui præſto erat Aula cœleſtium Sacramentorum.* Minimè dubium eſt quin operatorio Chriſti verbo, *per quem omnia facta ſunt,* Maria Virgo Joannis revera mater; Joannes Mariæ Virginis filius revera extiterit. *Nam ſi nullus eſt Mariæ filius, judicio eorum, qui de ipſa ſanè ſenſerunt, præterquàm* JESUS: *dicitque Jeſus Matri: Mulier, ecce filius tuus, & non, Ecce etiam hic eſt filius tuus: perinde eſt ac ſi dixiſſet, Ecce hic eſt Jeſus quem genuiſti.* Origen. Præfat. Comment. in Joan. Edit. Huet.

3. Joannes juxta Crucem Jeſu morienti adſiſtens, particeps fuit dolorum ejus. Jam tunc bibit calicem

Dominicæ paſſionis, Chriſto Jeſu compatiendo, quem ad mortem uſque ſecutus eſt, cujus Cruci cor ejus confixum erat, nec inde, etiam poſtquam Jeſus mortuus eſt, poterat avelli. Unde cùm latus Chriſti mucrone diro lanceæ confoſſum eſt, transfixa ſunt corda Mariæ & Joannis. *Unus militum lancea latus ejus aperuit: & continuò exivit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium ejus.* Verè amicus Jeſu Joannes Apoſtolus, qui Dominum & Magiſtrum à quo diligebatur, in paſſione & morte non deſeruit, nec ſe palam ejus Diſcipulum & amicum erubuit profiteri, cùm in Cruce in medio latronum moreretur. *Omni tempore diligit qui amicus eſt: & frater in anguſtiis comprobatur.*

*Joan. 19. 34. 35.*

*Proverb. 17. 17.*

II. Joannes dilectioni qua ipſum honoravit Chriſtus amore ardentiſſimo & conſtantiſſimo reſpondit, omnia ſtudia ſua, laboreſque conſecrans ut ad ejus amorem omnes attraheret. Ideo Judæis, Parthis, Aſiaticis Evangelium prædicavit. Ideo verbera, opprobria, carceres, exilium, olei ferventis ſupplicium paſſus eſt. Ideo Evangelium & Epiſtolas ſcripſit caritatem ſpirantes. De quibus S. Gregorius Magnus: *Succendi cor noſtrum igne caritatis quærimus? Joannis verba penſemus, cujus omne quod loquitur, caritatis igne vaporatur?* Quid ad divinum caritatis ignem accendendum potentius his S. Joannis ſententiis: *Qui non diligit, non novit Deum; quoniam Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus in nobis perfecta eſt. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Nos ergo di-*

*Homil. 30. in Evang.*

*1. Joan. 4. 8. &c.*



*ligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.* Quod ſcriptis tradiderat, vivâ voce identidem repetebat mandatum novum, mandatum caritatis. Cùm enim ſenex admodum inter brachia Diſcipulorum ad Eccleſiam deferretur, nihil aliud per ſingulas Collectas ſeu Conventus Fidelium proferre ſolebat quàm hæc verba: *Filioli, diligite alterutrum . . . Præceptum Domini eſt, & ſi ſolum fiat, ſufficit.*

Ferventiſſimam ac ſuaviſſimam ſancti Joannis caritatem probat hiſtoria quam ex ſancto Clemente Alexandrino refert Euſebius. Cùm poſt obitum Domitiani ex Inſula Pathmo Epheſum rediiſſet Joannes, ad finitimas quoque Provincias rogatus ſe contulit, partim ut Epiſcopos conſtitueret, partim ut Eccleſias integras diſponeret ac formaret, partim etiam ut homines ſibi à divino Spiritu indicatos in Clerum ſeponeret. Cùm ergo ad quamdam urbem veniſſet haud longè diſſitam ab Epheſo, cujus etiam nomen à nonnullis refertur, fratreſque ſuis ſermonibus conſolatus fuiſſet, ad extremum viſo juvene quodam ſtaturâ corporis egregio, vultu non invenuſto, & ferventi indole prædito, converſus ad eum quem ordinarat Epiſcopum: Hunc, inquit, coram univerſa Eccleſia, & ſub teſtimonio Chriſti ſtudiosè tibi commendo. Cùm verò Epiſcopus eum juvenem ſuſcepiſſet, & curæ ſibi in poſterum fore polliceretur, iterum Joannes eadem quæ priùs mandare & conteſtari non deſtitit. Poſt hæc, Joannes quidem Epheſum regreſſus eſt. Preſbyter verò adoleſcentem ſibi traditum in domum ſuam ſuſcipiens educavit, fovit, atque continuit: Tandemque Sacramentum Baptiſmi eidem tradidit. Deinceps Sacerdos de priſtina cura atque cuſtodia pau-

*Euſeb. lib. 3. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 23.*

» ſtatim remiſit, quippe cùm perfectiſſimo cuſtode appoſito, Chriſti videlicet ſignaculo, juvenem communiiſſet. Illum ergo præmatura potitum libertate, æquales quidam ſibi adjungunt, deſides ac diſſoluti, & flagitiis omnibus aſſuefacti. Ac primùm quidem magnificis conviviis adoleſcentem illiciunt; noctu deinde ad ſpoliandos obvios egreſſi, ſecum illum abducunt: Inde ad majorum ſcelerum ſocietatem cohortantur. At ille ſenſim aſſueſcebat pravitati, & tamquam generoſus & effrenis equus à recto tramite abreptus ac frænum commordens, quantò majore animi indole præditus erat, tantò acriùs in præceps ferebatur. Poſtremò abjecta ſpe ſalutis quam in Deo poſuerat, nihil jam mediocre animo deſignabat, ſed grandi aliquo ſcelere perpetrato, quandoquidem jam de ſalute ſua penitùs deſperaverat, parem cum cæteris pœnam ſubire dedignabatur. Aſſumptis igitur illis ipſis ſodalibus, & inſtituto latronum collegio, ipſe prompto animo dux eorum effectus, violentia, cædibus atque atrocitate cunctos ſuperabat. Aliquanto poſt tempore, cùm negotii cujuſpiam neceſſitas incidiſſet, iterum in eam urbem accitus eſt Joannes. Qui cùm veniſſet, & & cuncta, quorum gratiâ advenerat, ordinaſſet: Agedum, inquit, Epiſcope, redde nobis depoſitum, quod ego & Chriſtus tibi commendavimus ſub teſtimonio Eccleſiæ cui præſides. Ad hæc Epiſcopus primò quidem mirari, cùm exiſtimaret pecuniam, quam non accepiſſet, à ſe per calumniam repeti. Et ſicut adhibere fidem non poterat repoſcenti ea quæ minimè haberet, ita nec Joanni diffidere audebat. Sed ubi Joannes: Juvenem, inquit, & animam fratris repoſco: Tum Senex demiſſo vultu ſuſpirans atque illacrymans; Is, ait, mortuus eſt. Quomodo, inquit Joannes, & quonam mortis genere? Deo mortuus eſt, ait ille. Malus quippe evaſit & perditus, & ad extremum latro. Itaque nunc pro Eccleſia montem occupavit cum ſuis ſimillimis commilitonibus. His auditis, Apoſtolus ſciſſa veſte, & cum ingenti ge-



mitu caput feriens: Bonum, inquit, animæ fratris cuſtodem reliqui. Sed jam equus mihi præſto ſit, & aliquis ductor itineris. Inde ab Eccleſia, ita ut erat, profectus, conſcenſo equo properavit. Cumque ad locum veniſſet, ab iis qui excubias agebant latronibus capitur: Non ille fugam parans, nec veniam deprecans, ſed vociferans, Ad hoc ipſum veni, deducite me ad Ducem veſtrum. Is verò ut erat armatus, interim expectabat. Sed ubi accedentem propiùs agnovit Joannem, præ pudore in fugam ſe convertit. At Joannes concito curſu hominem perſequi inſtitit, oblitus ætatis ſuæ, identidem clamans: Quid me patrem tuum fugis, fili, inermen & ſenem? Miſerere mei fili: Noli timere: Adhuc ſupereſt tibi ſpes ſalutis. Ego pro te ſatisfaciam Chriſto. Tuâ causâ mortem libenter excipiam, quemadmodum Dominus pro nobis mori ſuſtinuit. Animam meam pro tua vicariam dabo. Sta modò & mihi crede. A Chriſto miſſus ſum. His ille auditis, primùm quidem vultu in terram demiſſo ſubſtitit: Deinde armis abjectis, tremens in lacrymas effuſus eſt. Et accedentem ſenem complexus, gemitu ac lacrymis, quantùm maximè poterat, veniam rogabat, & lacrymis quaſi altero Baptiſmo expiâbatur, ſolam dextram occultans. Tum Apoſtolus ſperans ac dejerans ſe veniam ipſi à Servatore impetraviſſe, oranſque ac in genua provolutus, & dextram ipſam juvenis, utpote pœnitentiâ expurgatam deoſculans, ipſum in Eccleſiam reduxit. Exinde partim crebris orationibus Deum deprecans, partim continuatis unà cum juvene jejuniis ſimul decertans, omnibus denique verborum illecebris animum ejus demulcens, non priùs abſceſſit quàm illum Eccleſiæ reſtituiſſet, magnumque ſinceræ pœnitentiæ exemplum, & iteratæ regenerationis ingens documentum, & conſpicuæ reſurrectionis trophæum omnibus oſtendiſſet.

Chriſtum Jeſum ſequamur, ipſi nos devoveamus, illum diligamus, & ab ipſo diligemur ut S. Joannes.

Joan. 14. 21. *Qui habet mandata mea*, inquit, *& ſervat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos...... Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei*
Joan. 15. 9. 10. & 12. *præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione ... Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos... Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis: Vos dixi amicos: quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Chriſtum Jeſum amemus ut ipſe nos amat, ſincerè, efficaciter, conſtanter. Si Deum ſincerè
1. Joan. 2. 15. diligamus, non diligemus mundum, quia *Si quis diligit mundum, non eſt caritas Patris in eo.* Si Deum ef-
Cap. 5. 3. ficaciter diligamus, mandata ejus ſervabimus: *Hæc eſt enim caritas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus; & mandata ejus gravia non ſunt ... Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, & in*
1. Joan. 2. 5. *hoc veritas non eſt. Qui autem ſervat verbum ejus, verè in hoc caritas Dei perfecta eſt.* Si Deum conſtanter diligamus, mortale peccatum ſummo ſtudio, ſum-
1. Joan. 3. 9. maque vigilantia vitabimus. *Omnis* enim *qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet: & non poteſt peccare: quoniam ex Deo natus eſt.* Si Deum diligamus, diligemus & proximum ſin-
1. Joan. 4. 20. cerè: *Nam ſi quis dixerit, Diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Si Deum diligamus efficaciter, proximum
1. Joan. 3. 17. 18. etiam efficaciter diligemus. *Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli, non diligamus verbo, neque linguâ, ſed opere & veritate.* Si Deum conſtanter diligamus, & proximum conſtanter amabimus, ad mortem uſque, ut ſi neceſſe ſit, pro ejus æterna ſalute vitam



devoveamus. *In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam* 1. Joan. 3. 16.
*ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Hæc ſanctus Joannes verbo & exemplo docuit: Hæc fide tenere, & operibus exercere debemus, ut Chriſtus Jeſus nobiſcum bona ſua communicet, arcana ſua, unctionem ſuam quæ hîc doceat nos de omnibus ad ſalutem noſtram, & officia ſtatus noſtri implenda neceſſariis; ut Virginem Matrem ſuam ſanctiſſimam, noſtram quoque Matrem eſſe concedat; ut nos paſſioni ſuæ ac doloribus compati tribuat, quia ſi ſocii ſimus dolorum ejus, ſocii etiam erimus gloriæ, & vitæ æternæ participes.

---

## IN FESTO S. GENOVEFÆ VIRGINIS, PARISIENSIUM PATRONÆ.

*Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos juxta tabernacula Paſtorum.* Cant. j. 6. & 7.

DEus ſe ipſum Paſtori comparat in Scriptura Sacra. *Sicut Paſtor gregem ſuum paſcet* (inquit Iſai. 40. 11.
Propheta) *in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit, fœtas ipſe portabit.* Chriſtus ſeipſum Paſtorem prædicat. *Ego ſum* (inquit) *Paſtor bonus:* Joan. 10. 14.
*Et cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ... Oves meæ* Ibidem v. 27.
*vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: & ego vitam æternam do eis.* Non mirum igitur quòd ſponſa cœleſtem ſponſum quærat ſub typo Paſtoris. *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam &c.* Spon-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſus verò ſponſam monet ut veſtigia gregum ſequatur, & paſcat hædos ſuos juxta tabernacula Paſtorum, ſi ad meridiem pervenire velit, ubi cubat ſponſus. His verbis, *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie*, vita contemplativa deſignatur. His verbis: *Paſce hædos tuos*, &c. Vita activa. Utriuſque exemplum in Genovefa Virgine admirabiliter elucet. Chriſto ſummo Paſtori cor ſuum conſecrat ab adoleſcentia per amorem caſtiſſimum; corpus per virginitatem; ipſum deſiderat & quærit continuò per ferventem orationem: Illo ſe dignam præſtat per humilitatem: Sanctis exemplis, & miſericordiæ operibus Pariſienſem populum velut gregem paſcit, Epiſcoporum præceptis religioſè obtemperat, & conſilia ſequitur.

S. Bernard. Serm. 51. in Cant.

1. Cor ſuum Chriſto conſecrat amore caſto. *Indica mihi, quem diligit anima mea.* » Adverte quàm eleganter amorem ſpiritûs à carnis diſcernat affectu, dum Dilectum exprimere magis ipſa affectione quàm nomine volens, non ſimpliciter quem diligo, ſed inquit, quem diligit anima mea, ſpiritalem deſignans dilectionem. Illi cor conſecrat abſque diviſione, totum dilectionis impetum ad eum refert, & (S. Auguſt.) *Nullum duci rivulum extra patitur, cujus derivatione minuatur.* In Sponſi diſciplinam ſe tradit, ab eo doceri quærit viam quâ ad ipſum perveniat, ornamenta quibus ipſi placeat. *Indica mihi...* (Pſal. 24. 4.) *Vias tuas, Domine, demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.* Quænam illæ viæ? (Pſal. 22. 3.) *Deduxit me*, inquit, *ſuper ſemitas juſtitiæ.* (S. Bernard. Serm. 27. in Cant.) » Ergo tria iſta Anima Deum amans indeſinenter inquirit, *juſtitiam & judicium*, & *locum habitationis gloriæ* Sponſi tamquam *viam* in qua ambulet, *cautelam* quâ ambulet, & ad quam ambulet *manſionem*. De qua manſione ait Propheta: (Pſal. 26. 4.) *Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Et iterùm: (Pſal. 25. 8.) *Domine, dilexi decorem domûs tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Porrò de reliquis duobus: *Juſtitia & judicium*



(ait) *præparatio ſedis tuæ.* Meritò tria iſta mens devota, requirit, utpote ſedem Dei, & ſedis præparationem. Et pulchrè in Sponſæ prærogativam concurrunt pariter ad conſummationem virtutum, *Ut de forma juſtitiæ ſit formoſa, de judiciorum notitia cauta, de deſiderio præſentiæ ſeu gloriæ Sponſi caſta.* Talem prorſus decet eſſe ſponſam Domini, pulchram, eruditam & caſtam. Talis fuit ſancta Genovefa. Caſtitatem Deo vovet ab adoleſcentiâ, Chriſtum Sponſum eligit, in medio mundi mundo renuncians, & unicè cogitans quæ Domini ſunt, *ut ſit ſancta corpore & ſpiritu.* (1. Cor. 7. 34.) Corpus Genovefæ, Templum Domini eſt. *Hujus Templi æditua eſt virginitas, quæ nihil profanum inferri ſinit.* (Tertull.) Hujus Templi cuſtos abſtinentia & jejunium auſterum cumprimis & perpetuum. *Jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ*, (Judith. 8. 6.) certa quòd aliter pudicitia tuta eſſe non poſſet. Mortificatis membris ſuis quæ ſunt ſuper terram, confidenter ait: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* (Gal. 2. 20.)

Sponſum deſiderat & quærit Genovefa per ferventem & continuam orationem. Non circuit civitatem, non per vicos & plateas Sponſum quærit, falli timet, ſpoliari, percuti, vulnerari. Sponſum in plateis non inveniri certa eſt: Multos dicere, *Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic:* (Matt. 24. 23.) Ideo à Sponſo ipſo quærit locum paſcuorum ejus, & quietis in meridie, ne evagetur & erret extra viam ipſum quærens. *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* (S. Bernard. Serm. 33. in Cant.) Beata æternitas meridies eſt, tota dies, abſque fidei umbris, abſque ignorantiæ tenebris, dies neſciens occaſum, ubi *in lumine* Dei *videbimus lumen*, ubi *ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.* Ibi Sponſum in decore ſuo contemplari deſiderat ſponſa paſcentem uberiùs, quieſcentem ſecuriùs. Nam & hîc paſcit, ſed non in ſaturitate. Paſcit in Lege, in Prophetis, in Evangelicis paſcuis, in Apoſtoli-

ſis litteris. Sed non ſatiatur anima, quamdiu eſurit & *Pſal. 22. 5.* ſitit juſtitiam : Reficitur de menſa Domini. *Paraſti,* (inquit) *in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me :* Sed non impletur niſi in paſcuis æternis, de *Pſal. 64. 5.* quibus ait Propheta : *Replebimur in bonis domus tuæ.* *Pſal. 67. 4.* Et alibi : *Et juſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia.* Hîc paſcitur fidelis ani- *Pſal. 41. 4.* ma, ſed & patitur. *Fuerunt,* inquit, *mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi eſt Deus tuus?* Porro *Paſci ubi timeas pati, jucunditatem habet, ſed non ſecuritatem. Paſci* autem *& pati ſimul, nonne moleſta jucunditas eſt?* Ideo ſponſa indicari ſibi rogat à ſponſo ubi paſcat, ubi cubet in meridie. Id unum cogitat, id unum optat, id unum quærit Genovefa. *Pſal. 26. 4.* *Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ : ut videam voluptatem Domini, & viſitem Templum ejus.* Sic *1. Theſſ. 5. 17.* ejus oratio perpetua eſt ; Quod enim ait Apoſtolus, *Si-* *S. Auguſt. Epiſt. 121. ad Probam.* *ne intermiſſione orate,* QUID *eſt aliud, quam beatam, vitam, quæ nulla niſi æterna eſt, ab eo qui eam ſolus dare poteſt, ſine intermiſſione deſiderare?*

Cæleſti Sponſo dignam ſe præſtat Genovefa per humilitatem. Pulcherrima eſt omnium ornatu virtutum, & tamen ſuam pulchritudinem, ſua merita ignorat hu- *S. Auguſt. Lib. de ſancta Virginit.* milis Virgo : *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres,* &c. Dei quidem dona in ſe agnoſcit, ut gratias illi perpetuas referat, ſed ignorat pulchritudinem ſuam interiorem, ne ſuperbiat. Egreditur, & abit poſt veſtigia gregum innocens ovis. Timet ne cadat, ne Sponſo diſpliceat, quia *Tentatio eſt vita hominis ſuper terram.* A ſe ſibi non eſſe cogitat quòd virgo eſt, ſed hoc donum optimum deſcendere deſuper à Patre luminum. Non putat modicum ſibi eſſe dimiſſum, ut modicùm diligat, ſed cautiùs & veriùs cogitat *Omnia peccata ſic habenda tamquam dimittantur, à quibus Deus cuſtodit ne committantur.* Nemini non tantùm Virgini, ſed nec



conjugatæ mulieri ſe præponit, divinum illud præceptum fideliter adimplens ; *Quantò magnus es, humilia* *Eccli. 3. 20.* *te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Majorem cæterarum charitatem, humilitatem, aliaque dona eſſe putat. Sic Dei Spiritum ſervat, qui nonniſi ſuper humiles requieſcit. *Cuſtos ſcilicet virginitatis ca-* *S. Auguſt.* *ritas : Locus autem hujus cuſtodis humilitas.*

Sanctis exemplis & miſericordiæ operibus Pariſienſem populum velut gregem paſcit Genovefa. Non ſolùm virgines docet ac inſtituit, ſed omnium ordinum & conditionum homines ſanctæ ſuæ converſationis exemplis ad pietatem informat, ad Dei amorem accendit. *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos juxta tabernacula Paſtorum.* Non ſpiritaliter tantùm, ſed corporaliter Pariſienſes paſcit tempore famis. *Paſce hædos tuos.* In pago Nannethodorenſi, in ſua illa ſolitudine ubi Sponſus familiariter loquebatur ad cor ejus, lubentiùs commoratur. *Veni,* inquit, *dilecte* *Cant. 7. 11.* *mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Ibi nihilominus amore Sponſi ſuccenſa, tum erga Virgines quas inſtituebat, tum erga ruſticos homines, & ruſticanas mulieres ſpiritualem exercebat agriculturam, Chriſti gratiâ freta, qui bono ſemini quod in agro ſuo ſeminavit ipſe dat incrementum per occultam ſubminiſtrationem Spiritus & virtutis. *Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica.* Sed à Sponſo monetur, ut, (ſiquidem ſui obliviſcitur præ illius amore, ejuſque gloriam propriæ utilitati anteponit) egrediatur ex pago Nannethodorenſi, Pariſios interdum veniat, ut populum Pariſienſem ſanctis exemplis, auxilioque paſcat ac defendat. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos.* Sponſi voci obſecuta eſt, dicentis : *Pone me ut* *Cant. 8. 6.* *ſignaculum ſuper brachium tuum :* Ipſi omnes cogitationes ſuas, affectus omnes, motuſque cordis, amorem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

omnem conſecrans; actiones omnes ad gloriam nominis ejus dirigens, & ad ejus amorem omnes adducere ſatagit. *Fortis ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Cor Genovefæ Dei amore abſorptum, ad terrena deſideria velut inſenſibile redditur; mundo, ſibique ipſi mortua eſt; *Fortis ut mors dilectio.* Soli Chriſto vivit, nullum alium admittit amatorem, nullum alium amorem. *Ego dilecto meo, & ad me converſio ejus.* Oleum in ejus lampade, caritas in ejus corde non deficit, quia Virgo ſapiens eſt & vigilans, ſponſo ſemper occurrere parata. *Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.* Lampades ignis ſunt, quia in corde ardent per amorem: Lampades verò flammarum, quia exterius lucent per operationem. Ideo abit poſt veſtigia gregum, & paſcit hædos ſuos. Pavit in hoc mundo vivens; paſcit, ſanat, tuetur, in cælis cum Sponſo regnans. Præſentiſſimum ejus experiuntur auxilium, quicumque ipſius implorant ſuffragium in Eccleſiâ Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ubi corpus ejus colitur. *Et paſce hædos tuos juxta Tabernacula Paſtorum.*

Sanctæ Genovefæ virtutes imitemur, ſi patrocinium optamus. Caſtitatem & continentiam diligamus & ſervemus, cùm animi, tum corporis, ut ſimus templum ſanctum Domino. Membra noſtra templum ſunt Spiritus Sancti: Corpora noſtra membra ſunt Chriſti: Ne per immunditiam & libidinem ipſa polluamus. Eccleſiæ filii ſumus, unum cum ipſa corpus, aquâ baptiſmatis emundatum & conſecratum, corpore & ſanguine Chriſti paſtum & ſaginatum. Eccleſia porro etſi in membris ſuis omnibus Virgo non ſit carne, in omnibus tamen quæ viva membra ſunt & Dei Spiritu animata, virgo eſt mente. *Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto* (ait Apoſtolus.) In omnibus membris (ut dixi) viventibus caſta eſt, in nonnullis virginali, in pluribus conjugali, in aliis viduali caſtitate. Putrida igitur membra ſunt, & abſcindi, reſecari, pro-



jici digna ab Eccleſiæ corpore, Chriſtiani impudici. Caſtitati humilitatem conjungamus exemplo Sanctæ Genovefæ; ſequamur Chriſtum per viam humilitatis, quam nos docuit, quia ad gloriam aliter pervenire non poſſumus. *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde.* Sanctæ Genovefæ caritatem erga Deum & proximum imitemur. Niſi enim fides noſtra per dilectionem operetur, lampades quidem habemus, ſed oleum in vaſis noſtris non habemus, & lampades noſtræ extinguuntur. *Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides ſalvare eum? Si autem frater & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini & ſaturamini; non dederitis autem ei quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.* *Jacobi 2. 14.*

---

## IN FESTO PURIFICATIONIS DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ.

*Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm Legem Moyſi, tulerunt Jeſum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in Lege Domini.* Luc. 2. 22.

HAnc Solemnitatem Græci *Hypapante*, hoc eſt, *Feſtum Occurſus* appellant, quòd ſcilicet volente ac dirigente Deo, Simeon & Anna Chriſto Jeſu, & parentibus ejus Templum introeuntibus ut eum Domino ſiſterent & offerrent, occurrerint, Deum laudantes & benedicentes. Occurramus & nos, obviàmque eamus & attento animo conſideremus Chriſtum ſemetipſum in ſacrificium offerentem æterno Patri; Mariam ſe pu-

omnem conſecrans; actiones omnes ad gloriam nominis ejus dirigens, & ad ejus amorem omnes adducere ſatagit. *Fortis ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Cor Genovefæ Dei amore abſorptum, ad terrena deſideria velut inſenſibile redditur; mundo, ſibique ipſi mortua eſt; *Fortis ut mors dilectio.* Soli Chriſto vivit, nullum alium admittit amatorem, nullum alium amorem. *Ego dilecto meo, & ad me converſio ejus.* Oleum in ejus lampade, caritas in ejus corde non deficit, quia Virgo ſapiens eſt & vigilans, ſponſo ſemper occurrere parata. *Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.* Lampades ignis ſunt, quia in corde ardent per amorem: Lampades verò flammarum, quia exteriùs lucent per operationem. Ideo abit poſt veſtigia gregum, & paſcit hædos ſuos. Pavit in hoc mundo vivens; paſcit, ſanat, tuetur, in cælis cum Sponſo regnans. Præſentiſſimum ejus experiuntur auxilium, quicumque ipſius implorant ſuffragium in Eccleſiâ Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ubi corpus ejus colitur. *Et paſce hædos tuos juxta Tabernacula Paſtorum.*

Sanctæ Genovefæ virtutes imitemur, ſi patrocinium optamus. Caſtitatem & continentiam diligamus & ſervemus, cùm animi, tum corporis, ut ſimus templum ſanctum Domino. Membra noſtra templum ſunt Spiritus Sancti: Corpora noſtra membra ſunt Chriſti: Ne per immunditiam & libidinem ipſa polluamus. Eccleſiæ filii ſumus, unum cum ipſa corpus, aquâ baptiſmatis emundatum & conſecratum, corpore & ſanguine Chriſti paſtum & ſaginatum. Eccleſia porro etſi in membris ſuis omnibus Virgo non ſit carne, in omnibus tamen quæ viva membra ſunt & Dei Spiritu animata, virgo eſt mente. *Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto* (ait Apoſtolus.) In omnibus membris (ut dixi) viventibus caſta eſt, in nonnullis virginali, in pluribus conjugali, in aliis viduali caſtitate. Putrida igitur membra ſunt, & abſcindi, reſecari, pro-



jici digna ab Eccleſiæ corpore, Chriſtiani impudici. Caſtitati humilitatem conjungamus exemplo Sanctæ Genovefæ; ſequamur Chriſtum per viam humilitatis, quam nos docuit, quia ad gloriam aliter pervenire non poſſumus. *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde.* Sanctæ Genovefæ caritatem erga Deum & proximum imitemur. Niſi enim fides noſtra per dilectionem operetur, lampades quidem habemus, ſed oleum in vaſis noſtris non habemus, & lampades noſtræ extinguuntur. *Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habe-* Jacobi 2.14.
*re, opera autem non habeat? Numquid poterit fides ſalvare eum? Si autem frater & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem ei quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.*

---

## IN FESTO PURIFICATIONIS DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ.

*Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm Legem Moyſi, tulerunt Jeſum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in Lege Domini.* Luc. 2. 22.

HAnc Solemnitatem Græci *Hypapante*, hoc eſt, *Feſtum Occurſus* appellant, quod ſcilicet volente ac dirigente Deo, Simeon & Anna Chriſto Jeſu, & parentibus ejus Templum introeuntibus ut eum Domino ſiſterent & offerrent, occurrerint, Deum laudantes & benedicentes. Occurramus & nos, obviàmque eamus & attento animo conſideremus Chriſtum ſemetipſum in ſacrificium offerentem æterno Patri; Mariam ſe pu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rificantem ut pareat Legi: Simeonem deſiderantem conſolationem Iſraël & viſionem Chriſti Domini. Diſcamus à Chriſto Jeſu quid offerre & ſacrificare Deo debeamus: à Deipara Virgine, quomodo nos purificare oporteat: à ſancto Simeone, quod eſſe debeat noſtrorum deſideriorum objectum.

I. Chriſtus Patri ſeipſum offert, in Templo, pignus velut oblationis, quâ ſeipſum pro omnium hominum redemptione oblaturus in Cruce eſt. Se offert in locum legalium victimarum, quarum ſanguis peccata delere & purgare non poterat: ſe offert ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis totius Mundi, Mediator Dei & hominum, Deus & homo, quod nullus facere poterat purus homo. Se offert ad Dei voluntatem implendam, in omnibus & ſine mora, ad legem implendam ſe offert Legis Dominus: Galat. 4. 5. *Factus ex muliere, factus ſub Lege, ut eos qui ſub Lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.* Chriſtus Pontifex futurorum bonorum, quorum ſolam umbram Lex habebat, ſe ſiſtit in Templo, ut ſeipſum Deo offerat, idem Sacerdos & victima. *Impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Hebr. 10. 5. 6. 7. *Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi: holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me: Ut* Pſal. 39. 1. *faciam, Deus, voluntatem tuam ... Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Chriſtus voluit ſub lege fieri, *ut eos qui ſub lege erant, redimeret,* & ut juſtificatio legis in ſuis membris ſpiritaliter impleretur, ait Sanctus Thomas. Quibus verbis Doctor Angelicus ſignificat ejus oblationem, & impletionem legis eſſe pro cunctis hominibus, qui in divinorum adimpletione S. Thomas 3. p. quæſt. 37. Art. 1. mandatorum oſcitanter ſe gerere, & remiſſa religione officium ſuum implere ſolent. Pergit ſanctus Doctor:
» *De prole autem nata duplex præceptum* in Lege tradi-
» tur. Unum quidem generale quoad omnes: ut ſcilicet completis



completis diebus purificationis matris offerretur ſacrificium pro filio, ſive pro filia. Et hoc quidem ſacrifi- « Levit. 12.
cium erat ad expiationem peccati, in quo proles erat con- «
cepta & nata, & etiam ad conſecrationem quamdam «
ipſius: quia tunc primò præſentabatur in Templo: & «
ideo aliquid offerebatur in holocauſtum, & aliquid pro «
peccato. Chriſto ſancto ſanctorum opus non erat ſa- «
crificio ad expiationem peccati: nec ei quem *Deus unxit oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis*, id eſt, Divinitatis plenitudine, nova conſecratio neceſſaria erat. Hæc igitur pro ſe voluit offerri Chriſtus, ut juſtificatio legis in ſuis membris impleretur, nobiſque ſacrificii Deo offerendi, & Legis ejus implendæ præberet exemplum. Addit S. Tho- «
mas: Aliud autem præceptum erat ſpeciale in Lege de «
primogenitis, tam in hominibus quàm in jumentis. Sibi «
enim Dominus deputaverat omne primogenitum filio- «
rum Iſraël, pro eo quòd ad liberationem populi Iſraël «
percuſſerat primogenita Ægypti, ab homine uſque ad pe- «
cus, primogenitis filiorum Iſraël reſervatis. In quo etiam « Exod. 13. Rom. 8.
præfigurabatur Chriſtus, qui eſt *primogenitus in multis* «
*fratribus.* Quia igitur Chriſtus ex muliere natus, erat «
quaſi *primogenitus*, & voluit fieri *ſub Lege*, hæc duo «
Evangeliſta Lucas circa eum fuiſſe obſervata oſtendit. «
Primò quidem id quod pertinet ad primogenitos, cùm «
dicit: *Tulerunt illum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum* «
*Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini.* Secundò, quod «
pertinet communiter ad omnes, cùm dicit: *Ut darent* «
*hoſtiam, ſecundum quod dictum erat in lege Domini,* «
*par turturum, aut duos pullos columbarum.* Sicut er- «
go Filius Dei non propter ſeipſum factus eſt homo, & «
circumciſus in carne, ſed ut nos per gratiam faceret «
Deos, & ut ſpiritualiter circumcidamur: ſic propter nos «
ſiſtitur Domino, ut diſcamus Deo præſentare noſmet- «
ipſos. Et hoc poſt Circumciſionem ejus factum eſt, ut «
diſcamus, neminem niſi circumciſum vitiis dignum eſſe «
divino conſpectu. «

Diſcamus à Chriſto Jeſu nos ipſos, ac noſtra Deo in ſacrificium offerre. *(Lib. 4. Cap. 3. Art. 1. §. 7. de ſacrificio.)* Quid ſit ſacrificium, & quotuplex? Sacrificia veteris legis, novæ legis Sacrificium adumbrabant... Sacrificium interius, & ſacrificium exterius bonorum operum... Omne opus virtutis in Dei reverentiam factum, quodammodo ſacrificium eſt. *(Ibidem)* Obtulit ſe Chriſtus ut legem impleret. *Non veni*, inquit, *legem ſolvere, ſed adimplere.* Quanto obedientiæ ſtudio, quanto caritatis ardore Evangelicæ Legis præcepta obſervare debemus? Præcepta legalia, quæ per ſervum dederat, ad amuſſim obſervare voluit Dominus, præcepta legis *quæ ad perfectum nihil adduxit:* & nos ſervi abjectiſſimi obſervare negligemus præcepta legis à Domino Jeſu datæ, & ad perfectum adducentis? Cor noſtrum, velut primogenitum Deo offeramus. Cor mundum & ſimplex, per duos pullos columbarum; cor

Pſal. 50. gemens, per turturum par deſignatum: *Sacrificium Deo*

S. Auguſt. in hunc Pſal. » *ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum,*

» *Deus, non deſpicies.* Noli extrinſecùs pecus quærere quod mactes; habes in te quod occidas. Noli extrinſecùs thura comparare, ſed dic, *In me ſunt, Deus, vota tua, quæ reddam laudationes tibi.* Nos ipſos velut holocauſtum offeramus: Totos nos divinus ignis abſumat. Primogenitum cujuſcumque operis noſtri Deo offeramus, ſanctam ſcilicet intentionem, quâ divinæ ejus majeſtati conſecratur, & ad gloriam refertur. *(Lib. 5. Tract. de Peccatis, Cap. 4. Art. unico, Regulâ 17.)* Debemus nos ſtatim offerre Deo, ſtatim atque prima lux rationis affulget, ſeu quamprimùm ratione uti incipimus. Debent denique parentes filios offerre Deo ſingulari & eximio Religionis ſacrificio, cùm ad ſtatum Eccleſiaſticum aut Religioſum verè ſunt ab eo vocati, dotibuſque neceſſariis inſtructi, eaque occaſione ſibi parentum Jeſu exemplum proponere, qui *Tulerunt illum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino.* Cæterùm ſi à



ſancto illo ſtatu ſint averſi, aut ignavi, ſtupidi, indociles, non ſunt Monaſteriis tradendi, aut Eccleſiaſtico Ordini addicendi. *Primogenitum aſini mutabis ove,* Exod. 13.
(ait Lex.)

Apud Ethnicos olim tam Romanos quàm Græcos, Februario menſe profana quædam & immania Sacrificia Saturno offerebantur, Februa nuncupata, & Saturnalia, ad expiationem ſeu purificationem generalem. In illis immolabantur homines. Itali ſacrificiorum hujuſmodi horrore, mactationi hominum acceſſionem cereorum in Saturni honorem ſubſtituerunt, (teſte Macrobio.) Chriſtum igitur *cum Domina noſtra oblaturi, aut cum Simeone ſuſcepturi,* occurramus *cum cereis & hymnis, puritate mentis, atque lucidis operibus ſplendidi.* Ceréi quos fideles offerunt ad Altare, Chriſtum Jeſum indicant, *Lumen ad revelationem gentium,* quem offerre quiſque debet Deo, ſeque ipſum per illum, ut filium lucis; ſecundùm illud Apoſtoli: *Ut filii lucis ambulate.* Vide *Lib. 2. Tract. de baptiſmo, Cap. 4. Art. 5. n. 3.* myſticas rationes cur cereus ardens recèns baptizatis ab Eccleſia tradatur.

Lib. 1. Saturn. c. 7.
S. Eligius Serm. 2. de Purif. B.V.
Ephes. 5. 8.

II. Beatiſſima Virgo Maria Legi Purificationis obnoxia non erat, latæ pro feminis immundis, cùm Jeſum Chriſtum ex Spiritu Sancto concepiſſet, Virgo puriſſima & inviolata perpetuò manens, ante partum, in partu, & poſt partum. *(Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4. §. 6.)* Legi purificationis nihilominus ſe ſubjecit, à Templi aditu per dies quadraginta abſtinuit; cum immundis mulieribus permixta, ſacrificium obtulit in Lege præſcriptum pauperibus, par turturum, aut duos pullos columbarum, unum in holocauſtum, & alterum pro peccato. Rationem affert Sanctus Thomas, Sicut, inquit, » plenitudo gratiæ à Chriſto derivatur in Matrem, ità decuit ut Mater humilitati Filii conformaretur: *Humilibus enim Deus dat gratiam.* Et ideo ſicut Chriſtus, licèt non eſſet legi obnoxius, voluit tamen Circumciſio-

3. p. quæſt. 37. art. 4. »
»
» Jacob. 4.
»



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» nem & alia legis onera ſubire, ad demonſtrandum hu-
» militatis & obedientiæ exemplum, & ut approbaret le-
» gem, & ut calumniæ occaſionem Judæis tolleret: pro-
» pter eaſdem rationes voluit & Matrem ſuam implere
legis obſervantias, quibus non erat obnoxia. *Verè, ô*
*beata Virgo, verè non habes cauſam, nec tibi opus eſt*
*purificatione. Sed numquid Filio tuo opus erat Cir-*
*cumciſione? Eſto inter mulieres tanquam una earum;*
*nam & Filius tuus ſic eſt in numero puerorum. Cir-*
*cumcidi voluit, & non multo magis velit offerri?*

*S. Bernard. Serm. 3. de Purific. B. Mariæ.*

Humilitatem à Chriſto & Maria ejus Matre diſca-
mus. Puriſſima Virgo non renuit immunda videri:
peccatrices & immundas inter feminas in Templo ſe
ſiſtit, à cujus aditu ex humilitate abſtinuerat per quadra-
ginta dies, quæ templum erat Spiritus Sancti, & Do-
minum templi pepererat. Nos verò miſeri peccatores,
ſuperbi ſumus, juſti videri volumus, nec apud homines,
nec apud Deum nos reos & immundos confitemur.
Diſcamus à beata Virgine modum purificationis noſtræ.
*Poſtquam impleti eſſent dies purgationis ejus.* Non
unum aut alterum diem præſcribit Deus ad purificatio-
nem, ſed quadraginta, cùm maſculum; octoginta, cùm
feminam mulier pepererit. Ne igitur exiſtimemus tam
facilè, aut una hora vel die nos à peccatis mortalibus
eſſe purgatos; ſed dies multos in purgatione immundi-
tiæ noſtræ per humillimam pœnitentiam & ſatisfactio-
nis opera impendamus. Naaman leproſus venit ad Eli-
ſæum ut mundaretur à lepra. Sanctus autem Prophe-
ta illi præcepit ut ſepties in Jordane ſe lavaret ad lepræ
purgationem. Nonne ſatis erat lavare ſemel? quorſum
ſepties? quia purificationem poſt peccatum mortale,
momento fieri, aut una hora vel uno die, quantùm ex
parte noſtra eſt, exiſtimare non debemus, ſed multos
humilis & ſeveræ pœnitentiæ dies requirere. Statim
igitur ſancta contingere, ad menſam Domini accedere
non debemus, ſed expectare donec purgationis noſtræ

*4. Reg. 5.*



tempus à prudenti conſcientiæ Moderatore ſecundùm
Dei legem & Eccleſiæ diſciplinam præſcriptum, com-
pletum fuerit. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis*
*ejus.* Conſtituto in corde judicio, *adſit accuſatrix co-*
*gitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor. Inde qui-*
*dam ſanguis animi confitentis per lacrymas profluat.*
*Poſtremò ab ipſa mente talis ſententia proferatur, ſe ut*
*indignum homo judicet participatione corporis & ſan-*
*guinis Domini: utqui ſeparari a regno cælorum timet per*
*ultimam ſententiam ſummi Judicis, per Eccleſiaſticam*
*Diſciplinam à Sacramento cæleſtis panis interim ſepa-*
*retur . . . . . . Qui enim noluit humiliari, ut exalta-*
*retur; cùm exaltari voluerit, dejicietur: & in æter-*
*num ſejungetur ab æternis ſanctis, quiſquis hoc tempo-*
*re per merita obedientiæ & per ſatisfactionem pœniten-*
*tiæ non ſibi providit locum in corpore Sacerdotis.* Diu-
turna certè & operoſâ purgatione indiget mortalis pec-
cati macula. *Væ civitati ſanguinum*, ait Propheta, *ollæ*
*cujus rubigo in ea eſt, & rubigo ejus non exivit de ea:*
*per partes & per partes ſuas ejice eam . . . . Pone eam*
*ſuper prunas vacuam, ut incaleſcat & liqueſiat æs ejus:*
*& confletur in medio ejus inquinamentum ejus, & con-*
*ſumatur rubigo ejus: Multo labore ſudatum eſt, &*
*non exivit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem.*
*Immunditia tua execrabilis: Quia mundare te volui,*
*& non es mundata a ſordibus tuis.* Multæ ſunt purifi-
cationis noſtræ partes, & officia, quæ Propheta deſcri-
bit alter. *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum co-*
*gitationum veſtrarum ab oculis meis: Quieſcite agere*
*perversè, diſcite benefacere, quærite judicium, ſubve-*
*nite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam . . .*
*Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix deal-*
*babuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut la-*
*na alba erunt.*

*S. Auguſt. Serm. 111. aliàs 50. inter Homilias 50.*

*Ezech. 24. 6.*

*Iſai. 1. 16.*

III. Cùm inducerent Jeſum parentes ejus, ut face- «
rent ſecundùm conſuetudinem legis pro eo; & ipſe «



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» *Simeon* accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit Deum,
» & dixit: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* A ſancto illo Sene diſcamus quid deſiderare debeamus. Solum Deum, Chriſtumque deſiderare debemus; non temporalia & peritura bona, niſi quatenus ad vitæ hujus ſuſtentationem neceſſaria, & ad ſalutem æternam utilia eſſe poſſunt: *Ut viaticum itineris, non ut illecebram manſionis*, (ut S. Ambroſius.) Quod ſi ſenſibilia animum delectant, agere debemus ut non delectent, quod aſſequemur *Conſuetudine iis carendi, appetendique meliora.* Nolite diligere mundum, ſed in eo vos ut peregrinos & advenas conſiderate; ſic vivite, ut emigrare ad cæleſtem patriam ſuſpiretis & parati ſitis, ut cupiatis diſſolvi & eſſe cum Chriſto, Deumque benedicere cùm hora mortis advenerit, dicendo: *Nunc dimittis Domine, ſervum tuum in pace.* Sancta hæc diſpoſitio non eſt niſi eorum qui juſti ſunt & timorati, & in quibus eſt Spiritus Sanctus, qualis erat Simeon. *Homo iſte juſtus & timoratus.* Recedite à malo, bonum facite, Deum timete, non ut ſervi, ſed filii: Non timore pœnæ: ſed amore juſtitiæ à peccato abſtinete. Sequimini ductum & impulſum Spiritus Sancti: *Qui enim Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei*: non propriam duntaxat conſolationem, etiam ſpiritualem deſiderate, quia *Caritas non quærit quæ ſua ſunt*: Qua ſuccenſus Simeon, non propriam tantùm conſolationem optabat, ſed *exſpectabat conſolationem Iſrael.* Templum frequentate *in Spiritu* pietatis & fervoris: Fidei & caritatis brachiis Jeſum complectimini, Deum benedicite, gratias per ipſum Chriſtum Jeſum agentes; nec dimittite donec vobis benedixerit: Immò nuſquam dimittite, ſed dicite cum Sponſa: *Tenui eum, nec dimittam... Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.*

S. Auguſt. [illegible] (margin)

Cantic. 3. 4.
Cantic. 1. 12.

---



## IN FESTO S. THOMÆ AQUINATIS.

*Sapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia ſuper terram.* II. Reg. XIV. 20.

VErba Thecuitis mulieris Davidem Regem alloquentis & laudantis, uſurpare poſſunt Oratores Chriſtiani S. Thomæ Panegyricum Eccleſiæ nomine dicentes, quæ Doctoris Angelici glorioſum nomen illi dedit: *Sapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, &c.* Sive enim ſcientiæ ejus originem, ſive extenſionem & amplitudinem, ſive ſublimitatem conſideremus, Angelica meritò prædicatur. Scientiam S. Thomæ caſtitas parit, humilitas ſanctificat, caritas perficit; qua triplici ratione ſimilis eſt ſapientiæ Angelorum.

I. Ad rerum divinarum ſcientiam, nulla melior diſpoſitio eſt mentis corporiſque caſtitate, & morum innocentia. Eo perfectior eſt rerum intelligentium ſcientia, quò magis à materiæ concretione, corporiſque commercio ſegregatæ ſunt. Angeli perfectior cognitio eſt quam hominis: ſuperiores Angeli ſapientia præeminent Angelis inferiorum ordinum: ſcientia Dei infinita eſt, quia purus actus, purus & increatus Spiritus eſt. *Deus eſt in ſummo cognitionis, quia eſt in ſummo immaterialitatis*, ait S. Thomas. Vitæ innocentiam & caſtimoniam gradum eſſe ad cæleſtium cognitionem veritatum, & ad veram ſapientiam, adeo certum eſt, ut dicere non dubitaverit S. Auguſtinus: *Errat, quiſquis putat veritatem ſe poſſe cognoſcere, cum adhuc nequiter vivat.* Quid mirum ergo ſi angelica fuerit ſcientia S. Thomæ, cujus caſtitas angelica fuit; Hanc virtutem dilexit ab infantia; eam ut illiba-

S. Thomas 1. p. q. 14. a. 1.

Lib. de Agone Chriſtiano, c. 13.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tam conſervaret, mundo renuntiavit, Vitam Religioſam amplexus eſt. Mundum fugienti bellum apertum indixit diabolus, domeſticos hoſtes adjunxit, extraneos ſuſcitavit ad Sancti Adoleſcentis expugnandam conſtantiam. Sorores, fratres, Mater nihil non egerunt, ut blanditiis, minis, terroribus, artibus eum à Sancto propoſito revocarent. Verùm gratiæ vocem audivit magis quàm vocem naturæ. *Rapit militem Chriſti tuba cæleſtis ad prælium, & retinet Mater. Non planè talis, qualis Machabæorum, nec ſaltem ſimilis Lacedemoniis Matribus, de quibus memoriæ proditum eſt, quod filios ſuos, ut pro terrena patria ſanguinem funderent, multò ampliùs atque ardentiùs in certamina bellica, quàm ſignorum ſonitus excitabant.* Thomas Evam cavet in Matre, impietatis genus eſſe novit erga genitricem talia ſuadentem eſſe pium. Factis exprimit, quod Auguſtinus verbis & ſententiis. *Quid intereſt utrum in uxore, an in matre, dum tamen Eva in qualibet muliere caveatur? Nam iſta umbra pietatis de foliis illius arboris venit, quibus ſe primùm parentes noſtri in illa damnabili nuditate texerunt.* S. August. Epist. 38. ad Laet.

Aliam matrem intuetur, ſcilicet Religionem, quæ cariora viſcera, & cæleſtia ubera oſtentat. Vocibus carnis cum Domino reſpondet: *Quæ eſt Mater mea? & qui ſunt fratres mei? Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Maternis blanditiis ſuccedit vis fratrum, qui Thomam comprehenſum, cùm Pariſios à Dominicani Ordinis Generali Magiſtro miſſus iter ageret, in caſtro recluſerunt, & captivitatis faſtidio, triſti ſolitudine, variiſque moleſtiis frangere conati ſunt Sancti Adoleſcentis animum: ſed fruſtra. Id enim carcer fuit Thomæ, quod eremus Prophetis. *Auferamus carceris nomen, ſeceſſum vocemus.* Ibi Spiritus ejus loquebatur cum carne de communi ſalute. Fratres

Matth. 12.

Tertull.



Joſeph cogitate, qui in ciſternam illum detrudunt, & Iſmaëlitis vendunt ex invidia. Thomæ fratres illum in caſtro captivum detinent, & mundo vendere meditantur ex perverſa benevolentia, quæ odio ſæpe magis noxia eſt animæ ſaluti. Et ne quid de Joſeph victoria illi deſit, mulierem immittunt, quæ formæ elegantis lenociniis, omnibuſque artibus, illius animum emollire & irretire conetur. Viris nobilibus, Chriſtianis, aliàs honeſtis & generoſis, tam fœdum, tam indignum, tam impium conſilium adverſùs fratrem Deo conſecratum venire in mentem potuiſſe, quis crederet? Quid agat his in anguſtiis nobilis & religioſus adoleſcens? Fugâ conſulet ſaluti, quæ tentationes adeo periculoſas vincendi ſecurios eſt ratio? Joſephum imitabitur, qui in ſimili diſcrimine *Libidinis effugit anſas, fugâ uſus pro armis*: & pallium dimiſit, periculum judicans ſi diutiùs moraretur, *Ne per manus adulteræ libidinis incentiva tranſirent?* Sed clauſi ſunt omnes caſtri exitus. Quibus igitur armis utetur? Titione ardente, quo, velut Cherubim olim flammeo gladio, novam Evam ab aditu terreſtris paradiſi, & à contactu ligni vitæ arceat. Memor eſt Dei, quem ignem conſumentem Scriptura ſacra vocat, ne amoris impudici igne conſumatur. *Caſtus adoleſcens mentem ſuam velut rore quodam recordationis Dei perfundebat, ne impii amoris igne ureretur.* Fugato dæmone femineo, ſeu femina dæmonis adjutrice, Thomas mundi, carnis & diaboli victor evadit, Angelos habet victoriæ ſuæ teſtes ac præcones, Angelorum candidatus. *Acceſſerunt Angeli & miniſtrabant ei.* Myſtica zona præcingunt victorem, nullum ut deinceps patiatur libidinis ſenſum, Deo continentiæ donum illi concedente, cujus zona ſymbolum eſt. Unde Chriſtus ait: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Quæ verba S. Petrus Chryſologus expendens: *Conſtringenda eſt ergo caro continentiæ cingulo* (inquit) *ne effuſa vitiis, & toto peccatorum gravata pondere,*

Genes. 37.

S. Basil. Seleuc.

Deut. 4. 24.

S. Ephrem. Lib. de recta vivendi ratione.

Serm. 24.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*ſupernis inſiſtere non poſſit inceſſibus.* Victrix caſtitas Thomæ animum purgat, evehit, contemplationi veritatis idoneum reddit, *Deo docibilem* efficit. Oratione magis proficit in doctrina ſacra, quàm ſtudio: non loquentes, qui perſonant foris, (*S. Auguſt. Lib. de Magiſtro, c. 11.*) eruditos viros, ſed *intus ipſi menti præſidentem conſulit veritatem. Ille autem qui conſulitur, docet, qui in interiori homine habitat Chriſtus.* Doctrina S. Thomæ infuſa magis, quàm acquiſita. *Calamum quaſi ex Spiritu Sancti pixide movit*, quod de Baſilio magno ſcripſit S. Gregorius Nazianzenus. (*S. Gregor. Nazian. Orat. de laudibus Baſilii.*) Ideo *abſque omni prorſus errore ſcripſit*: Clementis VIII. Pontificis Maximi oraculum eſt. Doctrina S. Thomæ ſublimis, perſpicua, firma, ſuavis, invicta; omnes vincens errores adverſus dogmata fidei inſurgentes; omnes corruptelas opinionum laxiorum adverſus Moralis Chriſtianæ puritatem ſerpentes; omne genus illuſionum, tenebras offundentium cæleſti Theologiæ Myſticæ lumini. (*Geneſ. 16. 12.*) *Manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum.* Doctrina S. Thomæ, caractcres Scripturæ ſacræ imitatur, quam ille animo imbiberat. (*S. Greg. M. Lib. 20. Moral. c. 1.*) *Dictis obſcurioribus exercet fortes, & parvulis humili ſermone blanditur... Uſu faſtidium tollit, & tantò amplius diligitur, quantò amplius meditatur: Legentis animum humilibus verbis adjuvat, ſublimibus ſenſibus levat. Aliquo modo cum legentibus creſcit. A rudibus lectoribus quaſi recognoſcitur, & tamen doctis ſemper nova reperitur... Uno eodemque ſermone dum narrat textum, prodit myſterium.* Quot Articuli, tot miracula: quot verba, tot ſententiæ: quot ſenſus, tot victoriæ.

II. *Scientia inflat*, (*1. Cor. 8.*) niſi comitem habeat, quâ ſanctificetur, humilitatem. Scientia cum humilitate, dos eſt Sanctorum Angelorum: ſine humilitate, laqueus eſt dæmonum. Immo ſine humilitate nullam eſſe veri nominis ſcientiam, confidenter dixerim. (*S. Auguſt. Lib. 4. de Trinit. c. 1.*) *Qui jam evigilavit in Deum, Spiritus Sancti calore excitatus,*



*atque in ejus amore coram ſe viluit, ad eumque intrare volens, nec valens, eoque ſibi lucente attendit in ſe, invenitque ſe, ſuamque ægritudinem illius munditiæ contemperari non poſſe cognovit: flere dulce habet, eumque deprecari, ut etiam atque etiam miſereatur, donec exuat totam miſeriam, & precari cum fiducia, jam accepto gratuito pignore ſalutis per unicum Salvatorem hominis & illuminatorem... Ita agentem ſcientia non inflat. Hanc apponendo ſcientiam, appoſuit dolorem: dolorem peregrinationis ſuæ ex deſiderio patriæ ſuæ, & conditoris ejus beati Dei ſui.* Qui non ita ſunt affecti, ſcientiam Dei non habent. Satiat enim illos phantaſma eorum, non veritas Dei, quam repellendo reſiliunt, & in ſuam vanitatem cadunt. S. Thomas ſcientiâ ſuâ non extollitur, ſed humilior evadit; quia ſui ipſius cognitioni continuò vacat; ſéque ipſum cùm Deo comparans, ſe nihil eſſe profitetur. *Tametſi nihil ſum.* (*2. Cor. 12.*) Quantò major eſt, humiliat ſe in omnibus. Nec generis claritate; nec eruditionis ſuæ immenſitate & profunditate, nec doctoralium inſularum ſplendore, nec victoriis de erroribus reportatis, nec gratia qua valebat apud ſanctiſſimum Regem Ludovicum Nonum, ſummoſque Pontifices Urbanum IV. Clementem IV. Gregorium X. nec celebritas nominis, quam ipſi doctrina, librique admirabiles ab eo editi pepererant, non publici & univerſales applauſus, non Dignitates Eccleſiaſticæ illi oblatæ, humilitatem in ejus animo altis defixam radicibus convellere, aut concutere potuerunt. Dignitates Eccleſiæ non ſolùm non quæſivit; non optavit; ſed declinavit, ac modeſtè recuſavit, id à Deo perſeveranter poſtulans, ut in ſtatu Religioſæ humilitatis & vivere & mori ſibi concederet. Veram ſcilicet ad obtinendam & capiendam veritatem viam eſſe intellexit eam, quæ munita eſt ab illo qui greſſuum noſtrorum tamquam Deus vidit infirmitatem. *Ea eſt autem prima humilitas, ſecunda*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*S. Auguſt. Epiſt. 118. alias 56.*

*humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerem: non quò alia non ſint precepta, quæ dicantur, ſed niſi humilitas omnia quæcumque benè facimus & præceſſerit & comitetur & conſecuta fuerit, & propoſita quam intuemur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet de manu ſuperbia.* Hanc, cæteraſque virtutes excoluit exemplo ſanctorum Aſcetarum, quorum Collationes, tot licèt ſtudiis & laboribus pro Eccleſiæ utilitate occupatus, ad componendam vitam ſuum aſſiduè legebat: hanc à Chriſto didicit, cujus Evangelium continuò meditabatur. *Diſcite à me* (inquit Salvator noſter) *quia mitis ſum & humilis corde.* Id præcipuum Thomæ ſtudium. Nova doctrinæ ſyſtemata non excogitavit ut famam ſibi pareret, gloriamque humanam aucuparetur: ſed Sanctorum Patrum veſtigiis inſiſtere, eorum ſententiam ſequi, officii loco duxit; cuſtodire depoſitum, vitare profanas vocum novitates, traditionem ſectari. Ut ſpiritalis Tabernaculi Beſeleel, pretioſas divini dogmatis gemmas exſculpſit, fideliter coaptavit, adornavit ſapienter, adjecit ſplendorem, gratiam, venuſtatem. Intelligitur eo exponente illuſtriùs, quod antea obſcuriùs credebatur. Per illum poſteritas intellectum gratulatur, quod ante vetuſtas non intellectum venerabatur: eadem tamen quæ didicit, docet: & *cum dicat novè, non dicit nova.* Ita ſapientiam omnium antiquorum ſapiens Thomas exquiſivit. *Et vox ſermonum ejus ut vox multitudinis,* Sancti Patres Thomæ ore loquuntur. Illorum ſententiis confert *evidentiam, lucem, diſtinctionem:* ſed eorum doctrina nova methodo à ſancto Thoma explicata, retinet *plenitudinem, integritatem, proprietatem.*

*Vincentius Lirin.* — *Daniel 10. 6.* — *Vincentius Lirin.*

III. Scientia non ſolùm inutilis, ſed prorſus pernicioſa eſt, quæ caritati non ſervit. *Scientia inflat, caritas ædificat.* Sic itaque adhibeatur ſcientia, inquit

*1. Cor. 8.*



S. Auguſtinus, *Tamquam machina quædam, per quam ſtructura caritatis aſſurgat, quæ manet in æternum cum ſcientia deſtruetur, quæ ad finem caritatis adhibita multùm eſt utilis, per ſe autem ipſa ſine tali fine non modò ſuperflua eſt, ſed etiam pernicioſa probata eſt.* S. Thomæ ſcientia uni ſervit caritati: uni Dei gloriæ, Eccleſiæ ædificationi & utilitati, animarum ſaluti promovendæ ſtudet. Docet, ſcribit, diſputat, concionatur, propter ſolum finem caritatis. Religioſos Ordines ab Eccleſia nuper approbatos defendit contra eorum impugnatores, non privatis ductus commodis, ſed ob unum Eccleſiæ bonum, cujus columnæ ſunt; ob *Chriſti* gloriam, cujus *gregis* ſunt *illuſtrior portio.* Philoſophiam conſecrat ad Eccleſiæ defenſionem contrà Philoſophos Hæreticorum patriarchas, & contra omnium ſæculorum Hæreticos. Angelus eſt, ſuperbam ancillam humilians ſub imperio dominæ, à qua expulſa fuerat. *Revertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.* Thomas in vita ſua *ſuffulſit domum, & corroboravit templum.* Non ſibi ſoli laboravit, ſed omnibus exquirentibus veritatem. Sapientiam *ſine fictione didicit* in divina Scriptura, in SS. Patrum operibus, in ſacris Conciliis: *Sine invidia communicavit,* gloriam ſuam non quærens: *Et honeſtatem illius non abſcondit,* quia caritas non quærit quæ ſua ſunt. Totum ejus animum occupat caritas, quia omnis abeſt ab ipſo rerum terrenarum cupiditas. Nec ſibi, nec propinquis, nec fratribus aliud optat præter caritatem, Deique fruitionem. Scripta ejus approbat Chriſtus è cruce pendens, quæ Thomæ laus eſt omni laude major. *Ille* enim *probatus eſt, quem Deus commendat.* Optionem dat illi Dominus mercedis quam pro laboribus recipiat. *Thoma, benè ſcripſiſti de me, quam recipies à me pro tuo labore mercedem?* Ille verò caſto flagrans amore, illi ſimili quo Angeli ſancti Deo adhæſerunt, reſpondit: *Domine, non niſi te.* Hæc amo-

*S. Auguſt. Epiſt. 55. alias 119.* — *Geneſ. 16.* — *Eccli. 50.* — *2. Cor. 10. 18.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ris caſti perfectio, nihil aliud à Deo quærere niſi ip-
*Pſ. 72. 25. 26.* ſum Deum. *Quid enim mihi eſt in cælo, & a te quid
volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum,
Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* En
*S. Auguſt. in Pſal. 72.* caſti cordis caracterem. Gratis amatur Deus, cùm ab
illo non petitur aliud præmium. *Qui aliud præmium
petit à Deo, & propterea vult ſervire Deo; carius fa-
cit quod vult accipere, quàm ipſum à quo vult accipe-
re. Quid ergo? nullum præmium Dei? Nullum præter
ipſum. Præmium Dei, ipſe Deus eſt. Hoc amat, hoc
diligit: ſi aliud dilexerit, non erit caſtus amor.*

Deo gratias agamus, quòd Sancti Thomæ doctrinâ
Eccleſiam ſuam illuſtraverit: & dum Concilia Oecume-
nica illam in quæſtionibus controverſis conſulunt; dum
celeberrimæ Academiæ illam commendant, dum Or-
dines Religioſi in Eccleſia florentiſſimi ſe illius eſſe
Diſcipulos profitentur; dum ſinceri quique veritatis
amatores, ac Fidei Moraliſque Chriſtianæ vindices,
*Rom. 2. 20.* *Habentes formam ſcientiæ & veritatis in lege*, S. Tho-
mæ doctrinam ſectantur; omnes quotquot Panegyri-
cum ejus audituri, & memoriam ejus honoraturi con-
veniſtis, ſancti Doctoris caſtitatem, humilitatem,
caritatem imitamini. Quicumque verò ſcientiæ talen-
*S. Auguſt. Tract. 2. in Epiſt. 1. S. Joan.* tum à Deo accepimus, id ad finem caritatis ordinemus.
*Cognovimus, amemus: nam cognitio ſine caritate non
ſalvos facit.*

---

## IN FESTO S. JOSEPH.

*Cùm eſſet deſponſata Mater Jeſu Maria Jo-
ſeph, &c.* Matth. 1. 18.

DEus qui dives eſt in miſericordia, non ſolùm gra-
tias, virtutes, & dona communia Sanctis ſuis
diſtribuit; ſed quibuſdam gratias ita ſingulares dona-



que ita peculiaria largitur, ut his velut caracteribus à
cæteris diſtincti in Regno cælorum, id eſt in Eccleſia,
effulgeant, adeo ut de ipſis dicere liceat: *Non eſt in-* *Eccli. 44. 20.*
*ventus ſimilis illi.* Id in S. Joſeph perſpicuum eſt,
quem Deus elegit ut Incarnationis œconomiæ ſerviret
ut Mariæ Sponſus, Pater nutritius Chriſti Jeſu, & ſa-
cræ Familiæ caput. Præter juſtitiam, prudentiam, fi-
dem, ſpem, caritatem, paupertatis amorem, virgini-
tatem, obedientiam, aliaſque virtutes, quibus ut ſy-
dus ſplendidiſſimum coruſcavit, gratiam ſingularem
accepit à Deo, in qua nemo Sanctorum illi ſimilis eſt.
1. Cæterorum gratia Sanctorum facit illos filios Dei,
& Chriſti Jeſu fratres per adoptionem: Gratia S. Jo-
ſeph illum fecit Filii Dei patrem. 2. Cæterorum gra-
tia ſanctorum illos facit Deiparæ Virginis Mariæ clien-
tes: Gratia S. Joſeph illum fecit Mariæ Virginis Ma-
tris Dei Sponſum. 3. Gratia reliquorum Sanctorum
illos fecit Eccleſiæ membra: Gratia S. Joſeph illum
fecit capitis Eccleſiæ œconomicum caput.

I. Pater Æternus, qui paternitatem ſuam cum divi-
nis perſonis non communicat, eam cum Sancto Joſeph
communicavit per gratiam ſingularem, ut Filii ſui uni-
geniti Pater vocaretur, non generatione quidem & natu-
râ, ſed jure caſti matrimonii, quatenus in Mariæ Vir-
ginis uxoris ejus utero, Spiritus Sancti operante virtute,
conceptus, & ex eadem inviolata Virgine natus eſt. *Si-* *S. Auguſt. Serm. 51. Edit. noviſſ. PP. Bened.*
*cut caſtè conjux illa, ſic ille caſtè maritus: & ſicut illa
caſtè Mater, ſic ille caſtè Pater. Melius ille quod alius
carne implere deſiderat, animo implebat. Nam & qui
adoptant filios, caſtiùs eos corde gignunt, quos carne
non poſſunt.* Hinc auctore Spiritu Sancto ſeries genera-
tionis Jeſu Chriſti ad Joſeph deſcendit virum Mariæ,
de qua natus eſt. Nam *Quod Spiritus Sanctus opera-
tus eſt, utriſque operatus eſt. Spiritus Sanctus in am-
borum juſtitia requieſcens, ambobus Filium dedit, ſed
in eo ſexu quem parere decebat, operatus eſt hoc, quod*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*etiam marito naſceretur.* In Chriſti generatione nihil operatus eſt Joſeph: ſed ad ejus educationem concurrit cum Virgine Maria. Joſephi laboribus & ſudoribus illi miniſtrata ſunt alimenta, quibus nutriretur & creſceret ſecundùm carnem. Aluit Joſeph eum, qui dat eſcam omni carni; aluit Panem Angelorum factum panem hominum in Bethleem domo panis. Priſcus ille Patriarcha Joſeph frumenta ſervavit, non ſibi, ſed omni populo: *Iſte panem vivum è cœlo ſervandum accepit, tam ſibi, quam toti mundo.* Hunc ſolum Dominus elegit *ſuæ Matris ſolatium, ſuæ carnis nutritium, ſolum in terris magni conſilii coadjutorem fideliſſimum.*

S. Bernard. Hom. 2. in Evang. Miſſus eſt.

Munus imponendi nomen Chriſto Domino à Deo demandatum eſt S. Joſeph, quâ in re paterna ejus auctoritas demonſtrata eſt. *Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jeſum.* Deum cum Adamo creationis rerum omnium viſibilium gloriam quodammodo communicaſſe ait Baſilius Seleucienſis, quia etſi naturarum auctor eſſe non potuerit Adamus, nominum tamen artifex fuit. Sic enim Deum loquentem inducit antiquus ille Pater: *Eſto Adam nominum artifex, quandò rerum eſſe non potes. Formentur à me, nominentur à te: partiamur fictricis hujus ſolertiæ gloriam: Me agnoſcant artificem naturæ lege, te Dominum intelligant appellationis nomine.* Quidni dicere pari jure poſſimus, Spiritum Sanctum operationis ſuæ circa Chriſtum gloriam cum S. Joſeph quadam ratione communicaſſe? Spiritus Sanctus virtute ſua formavit Chriſti corpus ex puriſſimo Virginis Mariæ ſanguine; ſolus artifex fuit corporis à Filio Dei aſſumpti: ſed nominis impoſitionem Joſepho demandavit. *Formetur à me, nominetur à te: partiamur fictricis hujus ſolertiæ gloriam.*

Baſil. Seleuc. Orat. 1.

II. Gratia ſingularis S. Joſeph fecit Mariæ Virginis Matris Dei Sponſum. *Joſeph fili David, noli timere ac-*



*accipere Mariam conjugem tuam.* Verum fuit Joſeph cum Maria Virgine Matrimonium, in quo omne nuptiarum bonum impletum eſt, *Fides, Proles, Sacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Jeſum: Fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum divortium.* Juſtitia, fide, virginitate par fuit tam ſanctis nuptiis, dignus Mariæ Sponſus, *Ut ex virginali conjugio virgo Filius naſceretur.* Maria palma eſt: *Quaſi palma exaltata ſum:* & Joſeph palma eſt: *Juſtus ut palma florebit.* Quamvis ſe non contingant, eò majore quò caſtiore animorum inclinatione in ſe mutuò propendent: quæ palmarum interfluentibus etiam aquarum rivis disjunctarum proprietas eſt. Oritur quidem in animo Joſephi nondum ſcientis divinum Myſterium in Maria peractum, quædam ſuſpicionis nebula, ſed caſtum amorem erga Mariam conjugem non minuit, quia ex æmulatione ſive zelotypia non oritur, ſed ex juſtitia. Ab illa clam recedere cogitat, ne fortè fiat conſcius peccati, ſi quod eſſet; quod viri juſti eſt: *Joſeph autem vir ejus cum eſſet juſtus, &c.* Ab accuſatione Virginis temperat, ne caritatem violet, quæ vera hominis juſtitia eſt. Suam ipſi ſuſpicionem non aperit, ut ejus pudori parcat. Uni Deo ſuſpicionem, perturbationemque ſuam exponit, judicium interim ſuſpendens. Malevola non erat ſuſpicio. *Malevolæ ſunt ſuſpiciones calumniantium: benevolæ ſunt ſuſpiciones gubernantium. Optat invenire bonum, qui benevolè ſuſpicatur: cupit vinci: tunc enim lætatur, quando falſum inventum fuerit quod malè ſuſpicabatur.* Sic affectus erat Joſeph erga Mariam Virginem. Ideo ſuſpicionem ab ejus animo diſpulit Deus, facta illi per Angelum revelatione cœleſtis Myſterii. *Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt.* Ipſi revelata eſt Myſterii à ſæculis in Deo abſconditi veritas, quia in illius corde regna-

S. Auguſt. Serm. 51.

S. Hieron. advers. Helvid.

Eccli. 24. 18.

Pſal. 91. 13.

S. Auguſt. Serm. 161. aliàs 1. inter editos ex MS. montis Caſſinenſ.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bat caritas. *Ablata ſuſpicio eſt, quia inventa redemptio eſt.*

III. S. Joſeph gratiâ ſingulari factus eſt capitis Eccleſiæ, ſcilicet Jeſu Chriſti, œconomicum caput, rector,
Matth. 24. 45. & tutor, ſicut & Virginis matris cuſtos. *Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Illi, ut ſacræ familiæ capiti, Dei mandatum ſignificat Angelus, ut accipiat Puerum, & Matrem ejus, & fugiat in Ægyptum; & defuncto Herode jubet Dei nomine ut in terram Iſraël revertatur. Salvatorem mundi ſervat à furore Herodis. Major ejus quam Abrahæ fides, promptior obedientia. Magnificis promiſſis illum non conſolatur Angelus; Chriſtum enim poſſidet, in quo impleta ſunt promiſſa Abrahamo facta, benedictionem bonorúmque omnium fontem, mundi theſaurum, deſideratum cunctis gentibus. Pauper eſt Joſeph, terrenis bonis deſtitutus, ſed Deo dives. Patriam relinquit, ſed fert ſecum melioris patriæ largitorem. *Accipe Puerum, & Matrem ejus.* Credit ſine diffidentia & hæſitatione, obedit ſine cunctatione: fidelique & prompta obedientia meretur
Luc. 2. 51. ſubditum habere Chriſtum Jeſum. *Et erat ſubditus illis.*

Potentiſſimum apud Deum interceſſorem habent fideles cujuſcumque ſtatus & conditionis. S. Joſephum, Virgines, conjugati, Eccleſiæ Miniſtri, adoleſcentes, & puellæ de vitæ ſtatu eligendo deliberantes; quicumque res adverſas patiuntur, quicumque Deo ſervientes interioribus perturbationibus, anxietatibus, difficultatibus affliguntur & probantur, ad Sancti Joſeph
Genes. 41. 55. patrocinium confugiant. *Ite ad Joſeph, & quicquid vobis dixerit, facite.* Et ut ejus patrocinium obtineatis, virtutum ejus imitatores eſtote, fidei, caſtitatis, caritatis, obedientiæ, patientiæ, juſtitiæ, quæ virtutes omnes complectitur.



## IN FESTO ANNUNCIATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

*Ne timeas, Maria, inveniſti gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, & paries Filium: & vocabis nomen ejus Jeſum. Hic erit Magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur.* Luc. j.

QUamvis Chriſtus in omnibus Myſteriis ſuis Magnus ſit, in Myſterio præſertim Incarnationis ſuæ Magnus vocatur: tum quia Incarnatio cæterorum hominis Dei Myſteriorum origo eſt; adeoque omnis ejus magnitudo in vita, morte, reſurrectione, aſcenſione, & ultimo adventu ad judicandum vivos & mortuos, ejus exinanitionem in Incarnatione ſupponit & conſequitur: tum quia Verbi Incarnati magnitudo in ejus perſonâ non ſiſtit, ſed & in ipſum, quod colimus, Myſterium hodie B. Virgini annunciatum derivatur; & in beatam Virginem, cui annunciatur; & in homines, propter quos annunciatur. 1. Magnum Myſterium eſt, in quo divinæ perfectiones ſplendidiùs eluceſcunt quàm in cæteris Incarnati Verbi Myſteriis: & Divinæ Perſonæ nova quodam modo ſine ſui mutatione attributa & denominationes acquirunt. 2. Magna Virgo cui Myſterium iſtud annunciatur, & in cujus utero conſummatur, quia recipit gratiæ plenitudinem: *Ave gratiâ plena:* quia ſine diſpendio virginitatis obtinet fœcunditatem: *Benedicta tu in mulieribus . . . Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:* quia denique provehitur ad incomparabilem Matris Dei dignitatem. *Quod enim ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei.* 3. Sed & in homines



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

propter quos annunciatur hoc Myſterium, magnitudinis ſuæ radios derivat Dei Filius, qui in utero Virginis fit homo, ut homines filios Dei faciat: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Servi formam aſſumit, ut faciat liberos. Similitudinem carnis peccati induit, ut faciat ſanctos.

I. Divinæ perfectiones & attributa in myſterio incarnationis ſplendidiùs elucefcunt: Divina in primis bonitas. Bonum eſt ſui diffuſivum. Summum bonum ſummo modo ſe communicare decet. Nobiliore verò ſeque digniore modo communicare ſe extra ſe ipſum Deus non poterat, quàm per myſterium incarnationis. Tribus modis bonitas divina ſe in creaturas diffudit: 1. In ordine naturæ, 2. In ordine gratiæ, 3. In ordine unionis hypoſtaticæ ſive perſonalis. Hæc verò poſtrema communicatio duabus prioribus longo antecellit intervallo. Primâ enim communicatione creaturas ad imaginem ſuam Deus condidit: Alterâ Dei filios per adoptionem fecit: Tertiâ homini Dei Filium naturâ in Verbi incarnati perſonâ eſſe dedit, omniumque divinarum perfectionum, modo ineffabili, & qui myſterii hujus proprius eſt, participem. In æternis emanationibus, ſolius eſſentiæ, non perſonarum communicationem credimus & adoramus. Pater æternus eſſentiam ſuam Filio communicat, non paternitatem, quæ perſonalis ipſius caracter eſt. Filius eamdem eſſentiam Spiritui Sancto cum Patre communicat, non filiationem, quæ perſonalis ipſius proprietas eſt. In myſterio verò incarnationis Filius Dei & naturam ſuam & perſonam communicat humanæ naturæ, Hinc S. Auguſtinus ait: *Cùm Filius ſit & Deus & homo, alia ſubſtantia homo potius in Filio, quàm Filius in Patre.* Nec verò homo ſolus ad unionem ineffabilem cum Verbo provectus eſt, ſed omnes quodam modo creaturæ, ſi quidem omnis creatura eſt homo. *Naturam omnem interjectâ humanitatis beneficio*, Deus *in melius com-*

*Lib. 1. de Trinit. c. 10.*

*S. Joan. Damaſc.*



*mutavit.* Atque inde etiam magnum diſcrimen incarnationem & creationem inter apparet, quòd per iſtam creaturæ à Deo quodam modo exierint & ſeparatæ ſint: per illam verò ad Deum redierint, & in hominis naturâ perſonæ Verbi divini unitæ ſint.

In hoc myſterio Dei ſapientia maximè ſplendeſcit fallendo diabolum, qui peccatum ſuaſerat primis parentibus ad incarnationem impediendam, ut ſcilicet Deus naturam peccato ſordidam & contaminatam peccato faſtidiret, averſaretur, nec ipſi dignaretur conjungi. At exſpectatione ſua fruſtratus eſt inimicus: Ipſum enim peccatum Filium Dei quodam modo movit ut ad hominem liberandum incarnaretur, adeo ut *Si homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factus, in ſuæ naturæ honore manſiſſet, nec diaboli fraude deceptus, à lege ſibi poſita per concupiſcentiam deviaſſet, Creator mundi creatura non fieret.* Chriſtus Jeſus venit in mundum peccatores ſalvos facere. *Non enim de cælo ad terram merita noſtra bona, ſed peccata duxerunt. Venit Filius hominis quærere & ſalvare quod perierat. Si homo non periiſſet, Filius hominis non veniſſet. Perierat homo, venit Deus homo, & inventus eſt homo. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Jeſus venit in mundum peccatores ſalvos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt cauſa Medicinæ. Si venit de cælo magnus Medicus, magnus per totum orbem terræ jacebat ægrotus. Ipſe ægrotus genus humanum eſt.* Denique *Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt.* Sic ars divinæ ſapientiæ artem diaboli fefellit.

*S. Leo M. Serm. 1. de Pentec.*

*S. Auguſt.*

*Serm. 7. 8. & 9. de Verbis Apoſt.*

*Symbol.*

Omnipotentia Dei in hoc myſterio maximè ſplendeſcit. Quod enim infinitæ potentiæ majus argumentum, quàm rerum infinitè diſtantium, Dei & hominis perſonalis unio? Hinc Propheta Deum orans ut hoc myſterium adimpleret, ejus præſertim potentiam



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Pſal. 79. 3.* invocat : *Excita potentiam tuam, & veni, ut ſalvos faciat nos.* Hinc Spiritus Sanctus qui *cælos opera digitorum* Dei, & hominem *opus manuum* ejus vocat, myſterium incarnationis brachii ejus miraculum appellat : *Luc. 1. 51.* *Fecit potentiam in brachio ſuo.* Et revera *S. Paulinus Epiſt. 2.* *Neque niſi artifex operis ſui potens eſt ; & ſigulo tantum in argillam ſuam jus eſt. Ita Dominus omnium, qui omnes fecerat, dignatus eſt ad noſtra deſcendere, noſque ſuſcipere in corpore ſuo, ut reficeret eadem arte vel poteſtate quâ fecerat.* In reparando, quàm in condendo homine divina potentia magis eluxit. Hìc enim in creatæ naturæ anguſtias, ibi in ſe ipſum Deus vim ſuam quodam modo expertus eſt, ſeipſum humiliando ad nihilum noſtrum. *S. Gregorius Nyſſ. Orat. Catechet. Cap. 24.* *Quòd omnipotens natura potuerit deſcendere ad humilitatem humanitatis, id poteſtatem magis oſtendit, quàm magna & quæ naturam ſuperant miracula. Nam quod magnum quippiam & excelſum effectum ſit à divina virtute, eſt quodammodo ſecundùm naturam & conſentaneum. Ad id autem quod eſt humile & abjectum deſcenſus, eſt quædam inſignis & redundans copia poteſtatis.* Atque hæc eſt mens Eccleſiæ hunc in modum orantis : *Deus, qui humanæ naturæ ſubſtantiam mirabiliter condidiſti, & mirabilius reparaſti.*

Juſtitia denique Dei maximè claruit in myſterio incarnationis ; ſiquidem Filius Dei factus eſt homo, ut *S. Anſelm. Lib. Cur Deus homo?* accuratam, copioſam, ſuperabundantem ſatisfactionem ob infinitam peccati enormitatem & injuriam Deo præberet, quam exhibere non poterat niſi Deus, nec debebat niſi homo ; quam proinde neceſſe erat ut pro nobis perſolveret Deus homo. *Pſal. 48. 8.* *Frater non redimit, redimet homo : non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ.* Quamobrem *S. Paulus Epiſt. Conſtan. temp. orat. 1. & Auctor Vitæ Epiſt. Epiſt. 28.* *Ex Virgine natus eſt Deus & Homo, non ſolùm id pretium habens quod reorum multitudini ad juſtitiam redimenda par eſſet, ſed & quod multis partibus excelleret.* Ita



*Creaturæ ſuæ pretium Deus extitit.*

In hoc etiam myſterio divinæ Perſonæ nova quodammodo attributa ſine ſui mutatione, novaſque denominationes acquirunt. Deus ab æterno Pater erat, ſed Pater Filii ſui Deus non erat. Nulla enim in ſanctiſſima Trinitate dependentia, nulla ſervitus eſt. Sed per incarnationem Pater æternus Filii ſui, ſecundùm naturam aſſumptam, Deus eſt & Dominus. *De ventre* *Pſal. 21. 11.* *Matris meæ Deus meus es tu ;* (ait per Prophetam) *S. Auguſt. in hunc Pſalm.* *Nam ante ſecula Pater meus, ab uberibus Matris meæ Deus meus. Non de te Deus meus : nam de te Pater meus : Sed de ventre matris meæ Deus meus.* Patres olim jus habebant in filiorum bona, libertatem, ac vitam : poterant ipſos exheredare & ſpoliare, ſervituti addicere, immolare, ut Abrahami & Jephte exempla probant. Pater Æternus hæc jura in Filium ſuum ab æterno non habuit, ſed per ejus incarnationem acquiſivit. Jus in illius bona exercet in præſepi, illum ad extremam egeſtatem redigendo, ut illius inopiâ divites nos faciat. Jus in illius vitam exercebit in cruce, ipſum immolando ut victimam pro noſtra expiatione. Interim verò jus exercet in ejus libertatem, ſtatim atque homo factus eſt. *Tunc dixi, Ecce venio* (inquit) *ſacrificium & oblationem noluiſti : aures autem perfeciſti mihi,* ut mandata tua excipiam, illiſque paream, ſeu (ut habet alia Verſio) *Aures autem perforaſti mihi* in ſignum utique ſervitutis.

Filius Dei in ſinu Patris per cognitionem generatur ut Verbum ejus & Sapientia, non verò per voluntatem, quæ Spiritus Sancti origo eſt. In incarnatione verò *per voluntatem Patris* homo factus eſt. Intellectus Patris principium eſt Verbi increati, amor Patris principium eſt Verbi incarnati. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* *Joan. 3. 16.* Principium & finis incarnationis amor eſt. Filius Dei homo factus eſt, quia nos diligebat, & ut à nobis diligeretur. *Qui dilexit* *Galat. 2. 20.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Igitur *ſi amare pigebat, ſaltem nunc redamare non pigat. Nulla eſt enim major ad amorem invitatio, quàm prævenire amando: & nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, nolit rependere.* Filius paternæ dilectionis ſe ipſum naturæ noſtræ inſerit, ut à nobis diligatur.

*S. Aug. lib. de Catechizan. di rudibus. Cap. 4.*

Spiritus Sanctus in æternitate ſterilis eſt; quamvis hæc ſterilitas imperfectionis non ſit ac impotentiæ. Divinarum ſcilicet emanationum terminus eſt: Exhauſtis igitur divinæ fœcunditatis fontibus in Filii generatione, ſuique Proceſſione, aliam Perſonam divinam producere non poteſt. Verùm in myſterio incarnationis fœcundus eſt, & novum eſſe dat Filio Dei in utero Virginis. *Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto.* Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio per voluntatem: Filius in utero Mariæ de Spiritu Sancto concipitur per ejuſdem Virginis voluntatem, conſenſum & obedientiam. *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Spiritus Sanctus ex Patre Filioque procedens non eſt eorum filius: Chriſtus ex Spiritu Sancto conceptus, non eſt propterea filius Spiritûs Sancti. Spiritus Sanctus ex Patre Filioque procedit ut nexus amborum: Chriſtus de Spiritu Sancto in utero Virginis Mariæ conceptus eſt, ut nexus Dei & hominum. *Qui fecit utraque unum* ... Tota Trinitas myſterium incarnationis operata eſt. Multiplex tamen ratio eſt cur Chriſti conceptio Spiritui Sancto tribuatur. *(Lib. 1. Quæſt. 2. Art. 4. §. 2.)* Cur Spiritus Sanctus non ſit Pater Chriſti, cùm Chriſtus ex Spiritu Sancto ſit conceptus? *(Ibid. §. 3.)*

*Luc. 1.*

*Epheſ. 2. 14.*

II. Non ſolùm magnum eſt incarnationis myſterium, quod beatæ Virgini annunciatur; ſed & ipſa cui annunciatur Virgo magna eſt. Ad tria porro capita omnis ejus celſitudo ac dignitas revocatur, quæ Angelus in ſalutatione ſua exprimit: Primum eſt plenitudo gratiæ; *Ave gratia plena.* Alterum eſt dignitas Matris



Dei, quâ fit ut Dominus ſingulari & admirabili modo cum ipſa ſit. *Dominus tecum.* Tertium eſt conjunctio fœcunditatis cum virginitate, quâ fit ut benedicta inter omnes mulieres prædicetur: *Benedicta tu in mulieribus*... Beata Virgo Maria verè propriéque Dei mater credenda eſt... Cur Filius Dei ex muliere concipi & naſci voluerit. *(Lib. 1. Quæſt 2. Art. 4. §. 6.)* Præclarè Tertullianus Lib. de Carne Chriſti, Cap. 17. *Deus* (inquit) *imaginem & ſimilitudinem ſuam à diabolo captam æmula operatione recuperavit. In virginem enim adhuc Evam irrepſerat verbum ædificatorium mortis. In Virginem æquè introducendum erat Dei Verbum extructorium vitæ: Ut quod per ejuſmodi ſexum abierat in perditionem, per eumdem ſexum redigeretur in ſalutem. Crediderat Eva ſerpenti, credidit Maria Gabrieli. Quod illa credendo deliquit, hæc credendo delevit. Sed Eva nihil tunc concepit in utero ex diaboli verbo. Immò concepit. Nam exinde ut abjecta pareret, & in doloribus pareret, verbum diaboli illi ſemen fuit. Enixa eſt denique diabolum fratricidam. Contrà, Maria eum edidit, qui carnalem fratrem Iſraël, interemptorem ſuum, ſalvum quandoque præſtaret. In vulvam ergo Deus Verbum ſuum detulit bonum fratrem, ut memoriam mali fratris eraderet.*

Angelicæ Salutationis explicationem, ibique præclara ad hujus ſecundæ partis probationem, habes *(Lib. 5. Cap. 1. Art. 8. n. 3.)*

*Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Non dixit ſimpliciter Angelus, *Veniet in te,* ſed, *ſuperveniet,* quia & priùs quidem in ea fuit per multam gratiam, ſed nunc ſupervenire nunciatur, propter abundantioris gratiæ plenitudinem, quam effuſurus eſt ſuper illam. Prior quidem gratia ejus tantùm repleverat mentem, ſequens verò etiam uterum perfudit, ut plenitudo divinitatis, quæ

*S. Bernard. Hom. 4. ſuper Miſſus eſt.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ante in illa, ſicut in multis Sanctorum ſpiritualiter habitabat, etiam ſicut in nullo Sanctorum corporaliter in ipſa habitare inciperet. *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te*, qui ſuâ potentiâ fœcundabit te. *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*: Hoc eſt, illum modum quo de Spiritu Sancto concipies, Dei virtus & Dei ſapientia Chriſtus, ſic in ſuo ſecretiſſimo conſilio obumbrando conteget & occultabit, quatenus ſibi tantùm notus habeatur & tibi. Quid à me requiris, quod in te mox experieris? Scies, & feliciter ſcies, ſed illo doctore, quo & auctore. *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*. Triplicem, ſecundùm noſtrum concipiendi modum, in Patre æterno virtutem diſtinguere poſſumus, tametſi revera una ſit virtus, unaque ſumma res. 1. Virtutem creatoris, illi communem cum Filio & Spiritu Sancto. Omnes enim creaturæ trium Perſonarum divinarum opera ſunt, quamvis creatio Patri ſingularim tribuatur. 2. Virtutem principii, quæ ipſi cum Filio reſpectu Spiritus Sancti communis eſt. 3. Virtutem Patris, quæ ipſi ita propria eſt, ut eam nec Filio, nec Spiritui Sancto communicet. Hanc tamen communicat B. Virgini Mariæ. *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*... (S. Bernard.) *Sic & quod natum eſt ex ipſo Patre erit tuus; & quod naſcetur ex te erit ejus: Ut tamen non ſint duo Filii, ſed unus.* Divinæ virtutis obumbratio efficit ut Maria Filium Dei concipiat quodam modo ſimili ei quo à Patre Æterno in ſplendoribus Sanctorum generatur. Pater Æternus virgo eſt & fœcundus; Maria virgo fœcunditate donatur inviolatâ virginitate; conchæ ſimilis, quæ cœli rore fœcundata, infiniti pretii gemmam reſpiciente ſole concipit. (S. Bernard.) *Cui diſtillantibus cœlis, tota ſe infudit plenitudo divinitatis.* Pater Æternus magnitudinis ſuæ ac perfectionum ſuarum cognitione Filium generat: Maria Virgo humilitatis ſuæ ac vilitatis cognitione & confeſſione eumdem concipit. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecun-*



*dum verbum tuum.* Exinanivit ſemetipſum Dei Filius formam ſervi accipiens, & habitu inventus ut homo: Ad nihilum uſque deſcendit Maria per humilitatem, ut centrum Filii Dei fiat, illumque humilitate concipiat. *Virginitate placuit, humilitate concepit.* Pater Æternus interiùs loquendo generat Filium: Virgo Maria eumdem concipit, obedientiam ſuam, fidem, deſiderium ac devotionem his verbis exprimendo: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Virgo ſanctiſſima, (S. Bernard.) *Reſponde verbum, & ſuſcipe Verbum: Profer tuum, & concipe divinum: emitte tranſitorium, & amplectere ſempiternum.*

III. Per incarnationis myſterium homines fiunt magni, cùm ad dignitatem filiorum Dei per gratiam adoptionis promoveantur. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*... (Joan. 1.) *Ut homines naſcerentur ex Deo, primò ex ipſis natus eſt Deus. Natus ex Deo, per quem efficeremur: & natus ex femina, per quem reficeremur. Noli ergo mirari, ô homo, quia efficeris filius per gratiam, quia naſceris ex Deo ſecundum Verbum ejus. Prius ipſum Verbum naſci voluit ex homine, ut tu ſecurus naſcereris ex Deo, & diceres tibi: Non ſine cauſa Deus naſci ex homine voluit, niſi quia alicujus momenti me exiſtimavit, ut immortalem me faceret, & pro me mortaliter naſceretur.* (S. Auguſt. Tract. 2. in Joan.) Ideo cùm dixiſſet, *Ex Deo nati ſunt*, quaſi ſecurum te faciens, ait: *Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*... *Quid ergo miraris, quia homines ex Deo naſcuntur? Attende ipſum Deum natum ex hominibus. Agnoſce, Chriſtiane, dignitatem tuam, & divinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri converſatione redire.* (S. Leo.) Chriſtus conceptus eſt de Spiritu Sancto in utero S. Virginis, ideòque ſemper motum atque ductum Spiritus Sancti ſecutus eſt: Sequamur & nos, ſiquidem eodem Spiritu regenerati ſumus. *Omni Chriſtiano aqua Baptiſmatis inſtar eſt uteri virginalis, eodem* (S. Leo.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Speritu replente fontem, qui replevit & Virginem.* Dei matrem honoremus, laudemus, imitemur. Virgo humilis erat, ideo Dei mater electa eſt. *Si non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem Virginis. Laudabilis virtus virginitas, ſed magis neceſſaria humilitas. Illa conſulitur, iſta præcipitur.* De illa dicitur; *Qui poteſt capere, capiat:* De iſta dicitur: *Niſi quis efficiatur ſicut parvulus iſte, non intrabit in Regnum cælorum. Illa ergo remuneratur, iſta exigitur. Potes ſine virginitate ſalvari, ſine humilitate non potes. Poteſt, inquam, placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amiſſam: Sine humilitate autem nec virginitas Mariæ placuiſſet ... Non omnium quidem eſt virginitas: multò tamen pauciorum eſt cum virginitate humilitas. Si igitur virginitatem in Maria non potes niſi mirari, ſtude humilitatem imitari, & ſufficit tibi. Quòd ſi & virgo, & humilis es: Quiſquis es, magnus es.*

---

## IN FESTO S. JOANNIS BAPTISTÆ.

*Amen dico vobis, Non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta.* Matth. xj. 11.

CHriſtus Jeſus omnium electorum ſuorum probatas virtutes & ſancta opera in extremi judicii die laudabit, ut ait Apoſtolus: *Tunc laus erit unicuique à Deo.* (1. Cor. 4. 5.) Tempus illud non exſpectat ut S. Joannis laudes prædicet: Illum in Evangelio paſſim commendat. Nunc *Eliam*, nunc *Prophetam & plus quàm Prophetam*, aliàs Angelum, aliàs *Lucernam ardentem & lucentem*, omnium tandem hominum ex muliere natorum maximum prædicat. Hujc laudi quid addi poteſt: In hoc elogium nulla cadit falſitatis, adulationiſve ſuſpicio. Veritas aſſir-



mat, & quidem præmiſſo juramento, neminem inter natos mulierum extitiſſe Joanne majorem. *Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta.* Solus ille Joanne major, qui de Spiritu Sancto conceptus, ex Virgine natus eſt Filius Dei, Jeſus Chriſtus. Quòd Concionatoribus vulgò imminet periculum ne Sanctos nimis extollant, quibus Panegyricum dicunt, Joannis laudatoribus minimè timendum eſt. Verè enim *Non eſt inventus ſimilis illi.* Omnes ſuperat ille homo, non enim illum vincit niſi Deus homo.

Inter natos mulierum Joannes Baptiſta maximus eſt 1. Nativitatis privilegiis. 2. Amplitudine Muneris. 3. Merito fidelitatis.

I. Nativitas S. Joannis Zachariæ ab Angelo nunciata, & eodem quidem quo Chriſti conceptio, imò *in loco digniori*, ſcilicet in Templo, *Tempore ſacratiori*, ſcilicet ſacrificii, cùm thus adoleret Domino; *Apertiore miraculo*, non ſolùm quia Patri ſeni, cujus corpus erat emortuum, ut quondam Abrahæ, matri ſterili ac vetulæ promiſſus, ſed quia Zachariæ linguâ divinitus impeditâ & obmuteſcente, poſtea verò ſoluta, ejus conceptio ac nativitas celebrata eſt. (B. Petrus Damiani Serm. de S. Joan Bapt.) *Factum eſt cùm ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundùm conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit ut incenſum poneret, ingreſſus in Templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris horâ incenſi. Apparuit autem illi Angelus Domini ſtans à dextris Altaris incenſi ... Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt: Erit enim Magnus coram Domino ... Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & uxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens Angelus dixit ei:* (Luc. 1. 8.)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
UANL ®

*Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum : & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui uſque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur tempore ſuo.* Cùm verò natus eſt puer, & nomen ejus declaravit, dicens, *Joannes eſt nomen ejus, apertum eſt illico os ejus, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum.* Joannes fructus orationis, non voluptatis; gratiæ magis quàm naturæ. *Ecce exaudita eſt deprecatio tua, & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium.* Hinc præclarè antiquus Pater : *Contra impoſſibilitatem corporis, contra ſterilitatem viſcerum, Zachariæ precibus Eliſabeth uterus intumeſcit, & concepit Joannem non naturâ, ſed gratiâ. Unde neceſſe erat ſanctum naſci filium, qui non tam complexibus quàm orationibus gigneretur.* Orationes autem fundebat ſanctus Sacerdos non pro familiæ ſuæ privata proſperitate, aut pro fœcunditate vetulæ uxori impetranda, ſed pro Meſſiæ adventu, & totius humani generis ſalute : ideo facta ipſi promiſſio *Non Iſraelis* duntaxit, *ſed univerſi terrarum orbis donum ac pignus erat* (ait antiquus Pater.) Dubitare permittitur, ut hac ipſa incredulitate ad fidem exerceatur. *Idcirco enim præſens ſuper ſterili punitur incredulitas, ut neque futurum in Virgine miraculum in dubium revocetur* (inquit S. Joannes Chryſoſt.) *Eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem quo hæc fiant.* Silentium expectat vocem naſcituram, Zacharias Joannem, Senex puerum, Sacerdos Prophetam. Zacharias ſacerdos obmuteſcit, ut legalium ſacrificiorum proximè futura conſummatio ſignificetur. *Omnes enim Prophetæ & Lex uſque ad Joannem prophetaverunt . . . Silentium Zachariæ, Prophetia latens, quodammodo occulta & clauſa. Hoc eſt apertio vocis Zachariæ in nativitate Joannis, quod eſt diſciſſio veli in cruce Chriſti.*

*Inter Serm. S. Ambroſ. adſcriptos 1. in Nat. S. Joan. Bapt.*

*Incerti Auctoris Encomium S. Joan. Bapt. ex Græco Regis Chriſtian. Cod. editum & Latinè redditum à P. Combefis.*

*Matth. 11. 13.*

*S. Auguſt. Serm. 291.*



II. Alterum Nativitatis S. Joannis privilegium, eſt ſanctificatio illius in utero Matris. Sanctificatus in matris utero creditur Jeremias, ſed longè minor illius ſanctificatio quàm Joannis, de quo prædixit Angelus : *Et Spiritu Sancto replebitur adhuc, ex utero matris ſuæ.* Multò ſanè excellentius eſt Spiritu Sancto repleri, quàm ſanctificari. Sanctificatio enim emundationem ab originalis peccati labe ſignificat, repletio Spiritus Sancti gratiæ mundationem. Apoſtoli cùm Spiritum Sanctum de Salvatoris redivivi accepiſſent afflatu, vix quinquageſimo à Reſurrectione illius die ad illum gradum pervenerunt, ut de illis diceretur : *Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto.* Joannes verò id conſecutus eſt in utero matris. *Spiritus Sanctus Jeremiam ſanctificat, replet Joannem, ſupervenit in Mariam.*

*Luc. 1. 15. S. Petrus Damiani.*

*Act. 2. 4.*

III. Accedit & aliud privilegium admirabile, exultatio pueri in utero Matris. *Et factum eſt ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit in gaudio infans in utero ejus.* Ex utero matris in utero Mariæ Virginis Chriſtum agnoſcit Infantem, Mundi Redemptorem. Quid mirum ſi exultat gaudio incredibili. *Quaſi per experientiæ ſenſum ſciebat quæ Iſrael ignorabat* (inquit Origenes) *Unde exilivit in gaudio. Senſerat enim veniſſe Dominum ſuum, ut ſanctificaret ſervum ſuum . . . Ut Maria locuta eſt verbum quod Filius Dei in ventre Matris ſuggeſſerat, exultavit infans in gaudio, & tunc primùm Præcurſorem ſuum Prophetam fecit Jeſus :* Et propter ipſum Spiritu Sancto replevit & matrem Eliſabetham. *Et repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabeth . . . Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus,* nunc dulciori colloquio, nunc amplexu fœliciore Joannem conſectans, admoto gratiarum omnium Fonte Dei Filio in utero ejus incarnato, *De cujus plenitudine omnes accepimus.* Chriſti dono, Virginis præſentia ac patrocinio Joannes virginitatis gratiam accepit. *Nec immeritò* (inquit S. Am-

*Luc. 1. 41.*

*Origenes Hom. 7. in Lucam.*

*Luc. 1. 41.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

S. Ambroſ. Lib. de inſtit. Virginis, c. 7. broſius) *manſit integer corpore, quem tribus menſi-
*bus oleo quodam ſuæ præſentiæ & integritatis unguen-
*to Domini Mater exercuit.*

IV. Quartum Nativitatis S. Joannis privilegium,
Luc. 1. 14. gaudium eſt univerſale. *Et multi in Nativitate ejus
gaudebunt.* Gaudium parentum, cognatorum, ami-
corum & vicinorum in ſancti Præcurſoris Nativitate
Propheticum fuit, lætitiam præfigurans ex Eccleſiæ
fœcunditate in Gentibus univerſis proximè orituram,
Iſai. 54. 1. ut vaticinatus eſt Iſaias: *Lauda ſterilis quæ non paris:
Decanta laudem & hinni quæ non pariebas: Quoniam
multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum.*
Nullius Sancti nativitatem celebrat Eccleſia, niſi San-
cti Sanctorum Chriſti Jeſu Domini noſtri, Deiparæ
Eccleſ. 7. 2. Virginis, & S. Joannis. Novit enim meliorem eſſe
diem mortis die nativitatis. Ideo Martyrum mortes ce-
lebrat, atque Natalia vocat, quia morte nati ſunt ad
vitam ſempiternam & glorioſam. At Joannis nativi-
tas celebratur, ut impleatur quod de illa prænunciatum
ab Angelo eſt: *Et in nativitate ejus multi gaudebunt.*
Joannis nativitas Chriſtum Dominum prophetavit,
quem conceptum ex utero ſalutavit; ideo lætitiam at-
Ordo Rom. Alcuin. Amalar. tulit Mundo: Hanc lætitiam olim teſtatæ ſunt quæ-
dam Eccleſiæ trium celebratione Miſſarum ab unoquo-
que ſacerdote, ut in Natali Domini. Exultandum in
hac feſtivitate, non gaudio ſæculari, ſed ſancto, qui
fructus eſt Spiritus Sancti, caritatis comes, bonæ con-
ſcientiæ indicium. Erat Joannes *lucerna ardens & lu-
cens.* Lux gaudium parit, ſed frigeſcentibus cordibus
modicum ac breve gaudium eſt. Gaviſi ſunt Judæi ad
lucem Joannis, ſed ejus ardore non ſunt ſuccenſi, quia
veritatem quam annunciabat, prædicabat, indigita-
Joan. 5. 35. bat, Chriſtum Jeſum non dilexerunt. *Vos autem vo-
luiſtis ad horam exultare in luce ejus.* Non ita Chriſ-
tiani gaudere debent, ſed gaudio pleno & perpetuo,
Deum amantes, & ipſum laudantes omnibus diebus
vitæ



vitæ ſuæ. *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum* Pſal. 83. 3.
*vivum.*

II. Inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne
Baptiſta amplitudine muneris. Chriſti ſcilicet Præcur-
ſor fuit, Propheta & plus quàm Propheta, Elias alter,
Baptizator, Salvatoris, amicus ſponſi ſponſæ para-
nymphus, primus Regni cœlorum Prædicator. *Erit
magnus coram Domino* (ait Angelus)... *& multos* Luc. 1. 15. 16. 17.
*filiorum Iſrael convertet ad Dominum Deum ipſorum:
& ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ:
Ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad
prudentiam juſtorum parare Domino plebem perfectam.*
Erit magnus coram Domino, officio ac miniſterio:
Et efficaciſſima pœnitentiæ, & Regni cœlorum jam
proximi prædicatione Judæorum plurimos ad Chriſ-
tum convertet, ut illum eſſe verum Deum, ut Domi-
num Jeſum eſſe Meſſiam à Deo promiſſum; ut hunc
quem digito oſtendit, à Prophetis prædictum Mundi
Redemptorem credant, illum audiant, ejuſque man-
datis obediant. *Vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe,* Joan. 1. 29. 30. 31.
*& ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum
Mundi. Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir qui an-
te me factus eſt, quia prior me erat. Et ego neſciebam
eum, ſed ut manifeſtetur in Iſraël, propterea veni ego
in aqua baptizans.* Et ipſe ante illum, ceu præco ante
Regem mox adfuturum proximè præcurret, non mino-
ri zelo, fervore, efficaciâ prædicans adventum Re-
demptoris, quàm Eliàs adventum prædicaturus eſt Ju-
dicis. *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute
Eliæ.* Quàm fervens fuit Eliæ zelus, quàm invicta vir-
tus & animi fortitudo adverſùs Achab, Jezabel, Pſeu-
do-Prophetas Baal, & quàm fervens erit, vehemens,
invictus adverſùs Antichriſtum & ejus Miniſtros;
tam fervens fuit zelus Joannis, tam invicta fortitudo
animi in arguenda incredulitate, vitiis, impœnitentia
Phariſæorum, Herodis, Herodiadis. *Dicebat* enim *ad*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

S. Auguſt. Serm. 291. in Natali S. Ioan. Bapt. 7.
S. Petrus Damiani.

tribus prædicatur. Arcana cœleſtia Joanni revelantur Chriſtum baptizanti: Trinitatis Myſterium in Veteri Teſtamento obſcuriùs expreſſum, ſancto Præcurſori manifeſtiùs revelatur. *Pater auditur in voce, Filius baptizatur in flumine, Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie demonſtratur. Adeſt Joannes totius medius Trinitatis.* Quamquam interiùs edoctus ſit à Spiritu Sancto antequam ſenſibilibus ſignis adumbrata Myſteria Mundo revelarentur. *Joannes in ſpiritu tanquam Angelus eruditur* (ait S. Bernardus.) *Nimirum tantò propinquior Deo, quantò vox Verbo vicina: cui nulla voce alia media quod foris ſonet oporteat intimari. Neque enim Joannem prædicatio, ſed inſpiratio docuit.*

S. Bernard. Serm in Nativ. S. Ioan. Bapt.

III. Inter natos mulierum nemo major Joanne Baptiſta merito fidelitatis. Tanta erat ejus gratia, tanta virtus, tanta apud homines celebritas nominis ob pœnitentiæ auſteritatem cum innocentiâ conjunctam; tanta auctoritas, ut Chriſtus facilè crederetur, ſi vellet abuti errore hominum. Laborandum non fuiſſet ut perſuaderet ſe eſſe Chriſtum, quia hoc jam illi qui eum audiebant & videbant, illo non dicente putaverant. Non erat ei opus ſeminare errorem, ſed confirmare. At ille Sponſi amicus humilis, Sponſo zelans, non ſe pro Sponſo adulterum ſupponens, perhibet teſtimonium amico ſuo, & eum qui verè Sponſus erat, Sponſæ commendat. Interrogatus an eſſet Chriſtus, an Elias, an Propheta, reſpondit: *Non ſum.* Urgentibus Sacerdotibus & Levitis Judæorum Hieroſolymitanorum Legatis, & interrogantibus, *Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?* reſpondit: *Ego baptizo in aqua: Medius autem veſtrûm ſtetit quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cujus ego non ſum dignus ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti.* Joannes tantus homo ideo ſe humiliat Chriſto, ut eum plus

Joan. 1. 26. 27.



Ioan. 1. 7. 8.

quàm hominem eſſe oſtendat. *Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine.* Quomodo dicis, Evangeliſta ſancte, *Non erat ille lux,* de quo Chriſtus ait, *Erat lucerna ardens & lucens?* Joannes quidem lucerna erat, ſed in comparatione veræ lucis quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, lux non erat. Ideo teſtimonium perhibuit de lumine, teſtimonium fidele, ſe lucernam eſſe agnoſcens ne vento ſuperbiæ extingueretur. Lucerna & accendi & extingui poteſt. *Verbum Dei extingui non poteſt, lucerna ſemper poteſt.* Sed & meram vocem ſe eſſe profitetur: *Ego vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta.* Vox ſine verbo ſonus inanis. Verbum corde conceptum prius eſt voce, cujus miniſterio audientibus innoteſcit. Antequam ſonet vox in ore meo, jam tenetur verbum in corde meo; ſed ut intelligas, prior venit vox ad aurem tuam, ut verbum inſinuetur menti tuæ. Noſſe enim non poſſes quod in me fuerat ante vocem, niſi in te fuerit poſt vocem. Ergo ſi vox Joannes, Verbum Chriſtus, ante Joannem Chriſtus, ſed apud Deum: poſt Joannem Chriſtus, ſed apud nos. *Ego vox clamantis in deſerto.* Perſonam gerebat Joannes vocis in ſacramento (inquit S. Auguſtinus) Non enim ipſe ſolus vox erat, *Omnis homo annuntiator Verbi, vox Verbi eſt.* Quod enim eſt ſonus oris noſtri ad verbum quod mente concipimus, hoc omnis Anima pia prædicatrix ad illud Verbum de quo dictum eſt: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum... Quanta verba, immo quantas voces facit verbum corde conceptum! Quantos Prædicatores fecit Verbum apud Patrem manens! Miſit Patriarchas, miſit Prophetas, miſit tot & tantos prænuntiatores ſuos. Verbum manens voces miſit, & poſt*

S. Auguſt. Serm. 222. in Natali S. Ioan. Bapt. 3.
Ioan. 1. 23.
S. Auguſt. Serm. 310. 6.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*multas præmiſſas voces, unum ipſum Verbum venit tanquam in vehiculo ſuo, in voce ſua, in carne ſua. Collige ergo tanquam in unum omnes voces quæ præceſſerunt Verbum, & eas omnes conſtitue in perſona Joannis. Harum omnium ſacramentum ille geſtabat, harum omnium perſona ſacrata & myſtica ille unus erat. Ideo propriè dictus eſt vox, tanquam omnium vocum ſignaculum atque myſterium. Ego vox clamantis in deſerto.*

Præclarum illud ac fidele de Chriſto teſtimonium Joannes Baptiſta confirmat, cùm orta Judæos inter & ejus diſcipulos quæſtione de purificatione, hi ipſum conveniſſent æmulatione ducti, hiſque verbis interpellaſſent: *Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.* Hac enim occaſione Chriſtum Eccleſiæ Sponſum eſſe docuit, ſe amicum Sponſi; illum verum Deum eſſe, in quem credendum ſit: Qui verò in ipſum non crediderint, vitam æternam non habituros, ſed æternum iræ Dei futuros objectum. Se quæcumque haberet ſpiritualis magnitudinis inſignia, Dei dona eſſe, ſponſi munera collata amico: Chriſto verò Spiritum non ad menſuram datum, utpote qui Dei Filius ſit, Patri conſubſtantialis, coæqualis, æternus. *Non poteſt homo accipere quidquam, niſi fuerit ei datum de cœlo. Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis, quod dixerim: Non ſum ego Chriſtus, ſed quia miſſus ſum ante illum. Qui habet Sponſam, Sponſus eſt: Amicus autem Sponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. Illum oportet creſcere, me autem minui. Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Et quod vidit, & audivit, hoc teſtatur: & teſtimonium ejus nemo accipit. Qui accepit ejus teſtimonium, ſignavit quia Deus verax eſt.*

Joan. 3. 27. & ſeqq.



*Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad menſuram dat Deus Spiritum. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: Qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.*

Hæc verba, *Illum oportet creſcere, me autem minui,* ſummam Joannis humilitatem oſtendunt; nec myſtica ſignificatione vacant. Joannem vocem eſſe cogitate. *Omnium vocum perſona Joannes, Verbi perſona Chriſtus. Omnes voces neceſſe eſt minuantur, quando ad Chriſtum videndum proficimus. Quantò enim proficis ad videndam ſapientiam, tantò minus tibi vox eſt neceſſaria. Vox in Prophetis, vox in Apoſtolis, vox in Pſalmis, vox in Evangelio. Veniat illud, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Cùm eum viderimus ſicuti eſt, numquid recitabitur Evangelium? Numquid Prophetias audituri ſumus? Numquid Epiſtolas Apoſtolorum lecturi ſumus? Quare? Quia deficiunt voces creſcente verbo: quia illum creſcere oportet, me autem minui. Et Verbum quidem per ſe ipſum nec creſcit, nec deficit in ſe. In nobis autem creſcere dicitur, cùm proficiendo in illum creſcimus: ſicut creſcit in oculis lux, cùm acie convaleſcente videtur ampliùs, quæ acie languente minus utique videbatur. Et minor erat oculis ægris, major eſt oculis ſanis: cùm ipſa per ſe ipſam nec ante imminuta ſit, nec poſtmodum creverit. Minuitur ergo miniſterium vocis, cùm ſit mentis profectus ad Verbum. Ita oportet Chriſtum creſcere, Joannem autem minui. In homine minuamur, in Deo creſcamus. In nobis humiliemur, ut in illo exaltemur. Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur. Ad hoc miſſus eſt Joannes ut eum imitemur, & ad Verbum nos teneamus. Quantumcumque ſe jactet humana ſuperbia, de quavis excellentia ſanctitatis, quis erit quod Joannes? Quiſquis es qui te magnum putas, non eris quod Joannes.*

S. Auguſt. Serm. 2[illegible]. in Natali S. Joann. 1.

Idem Serm. 2[illegible]. Luc. 14. 11.

Joannis fidelitatem imitemur, gratiæ fideles ſimus, ſtatus noſtri, conditionis, miniſterii officia fideliter impleamus. Lucernæ ſimus ardentes & lucentes. *Eſt enim tantùm lucere, vanum: tantùm ardere, parum; ardere, & lucere, perfectum.* Joannis ardorem triplicem imitemur. *Ardens* enim *erat in ſeipſo vehementi auſteritate converſationis: erga Chriſtum intimo quodam & pleno fervore devotionis: erga peccantes proximos conſtantiâ liberæ increpationis.* Ardebat ſibi Joannes, nobis autem lucebat. Gaudeamus in fervore ejus ad imitationem; gaudeamus in lumine, non tamen ibi manentes, ſed ut in lumine ejus videamus lumen. S. Joannis pœnitentia ſit nobis incentivum fervoris, & humilitatis.

S. Bernard. Serm. in Nativ. S. Joan. Bapt.

---

## IN FESTO S. PETRI PRINCIPIS APOSTOLORUM.

*Judicabit in nationibus, implebit ruinas: de torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Pſal. cix. 6. & 7.

1. Cor. 1. 27.

DEus qui infirma mundi elegit ut confunderet fortia, & quæ ſtulta ſunt mundi, ut confunderet ſapientes, & ignobilia mundi & contemptibilia, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus, ignobiles, rudes, pauperes piſcatores elegit, ut novum Eccleſiæ ſuæ Imperium fundarent, ac per orbem univerſum propagarent: ut debellarent nominis ſui ac Filii ſui inimicos ſine ullo armorum apparatu, ſine ullis copiis, ſine opibus, ſine ullo humano præſidio: Illiſque à Chriſto Jeſu Filio dilectionis ſuæ electis ac miſſis per mundum univerſum ad prædicandum Evangelium Apoſtolis victoriam præſtitit, triumphos decrevit, gloriam contu-



lit immortalem, celebritatem nominis ac reverentiam tantam, ut ad memorias Piſcatorum jam ipſi procidant Imperatores. Verè mirabilis Deus in omnibus Apoſtolis ſuis: Veruntamen in S. Petro admirabilior, cui dona contulit ampliora. Primus ille in donis, major imperio, Senatus Apoſtolici Princeps ac vertex, Eccleſiæ viſibile caput, ac fundamentum, crepido fidei, Chriſti Jeſu in terris Vicarius, cœli Janitor, omnium Chriſti ovium agnorumque Paſtor, unitatis Eccleſiaſticæ centrum & cuſtos, Nationum Judex.

1. S. Petrus primatus dignitatem ſupra cæteros Apoſtolos & univerſos Chriſti Fideles, ſeu regimen Eccleſiæ univerſæ, promeritus eſt excellentiâ Fidei & fervore caritatis. *Judicabit in nationibus.* 2. S. Petrus Dei & Filii ejus inimicos debellavit, ejuſque imperio ſubjecit prædicationis ſuæ & miraculorum virtute. *Implebit ruinas.* 3. S. Petrus præcipuam gloriam, reverentiam, cultumque in Eccleſia conſecutus eſt ob labores pro Eccleſia toleratos, ob paſſionem ac martyrium. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

I. S. Petrus fide ſua promeritus eſt primatum & principatum Eccleſiæ. Non alibi quæramus impræſentiarum Catholici hujus dogmatis probationem, quàm in hodiernæ Solemnitatis Evangelio. *Venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat Diſcipulos ſuos: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptiſtam, alii Eliam, alii verò Jeremiam, aut unum ex Prophetis. Vos verò,* inquit Jeſus, *quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Chriſti Jeſu Divinitatem primus omnium agnoſcit & confitetur. Dixerant quidem qui in navi erant cum Jeſu, ſedatam ab illo tempeſtatem videntes: *Verè Dei Filius es.* Dixerat Nathanaël, *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſraël.* At Filium Dei profeſſi non erant ut Petrus,

Matth. 16. 13. & c.

Joan. Chryſ. Hom. 55. in Matth.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Joannis fidelitatem imitemur, gratiæ fideles ſimus, ſtatus noſtri, conditionis, miniſterii officia fideliter impleamus. Lucernæ ſimus ardentes & lucentes. *Eſt enim tantùm lucere, vanum: tantùm ardere, parum; ardere, & lucere, perfectum.* Joannis ardorem triplicem imitemur. *Ardens* enim *erat in ſeipſo vehementi auſteritate converſationis: erga Chriſtum intimo quodam & pleno fervore devotionis: erga peccantes proximos conſtantiâ liberæ increpationis.* Ardebat ſibi Joannes, nobis autem lucebat. Gaudeamus in fervore ejus ad imitationem; gaudeamus in lumine, non tamen ibi manentes, ſed ut in lumine ejus videamus lumen. S. Joannis pœnitentia ſit nobis incentivum fervoris, & humilitatis.

S. Bernard. Serm. in Natali S. Joan. Bapt.

---

## IN FESTO S. PETRI PRINCIPIS APOSTOLORUM.

*Judicabit in nationibus, implebit ruinas: de torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Pſal. cix. 6. & 7.

1. Cor. 1. 27.

DEus qui infirma mundi elegit ut confunderet fortia, & quæ ſtulta ſunt mundi, ut confunderet ſapientes, & ignobilia mundi & contemptibilia, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus, ignobiles, rudes, pauperes piſcatores elegit, ut novum Eccleſiæ ſuæ Imperium fundarent, ac per orbem univerſum propagarent: ut debellarent nominis ſui ac Filii ſui inimicos ſine ullo armorum apparatu, ſine ullis copiis, ſine opibus, ſine ullo humano præſidio: Illiſque à Chriſto Jeſu Filio dilectionis ſuæ electis ac miſſis per mundum univerſum ad prædicandum Evangelium Apoſtolis victoriam præſtitit, triumphos decrevit, gloriam contu-



lit immortalem, celebritatem nominis ac reverentiam tantam, ut ad memorias Piſcatorum jam ipſi procidant Imperatores. Verè mirabilis Deus in omnibus Apoſtolis ſuis: Veruntamen in S. Petro admirabilior, cui dona contulit ampliora. Primus ille in donis, major imperio, Senatus Apoſtolici Princeps ac vertex, Eccleſiæ viſibile caput, ac fundamentum, crepido fidei, Chriſti Jeſu in terris Vicarius, cœli Janitor, omnium Chriſti ovium agnorumque Paſtor, unitatis Eccleſiaſticæ centrum & cuſtos, Nationum Judex.

1. S. Petrus primatus dignitatem ſupra cæteros Apoſtolos & univerſos Chriſti Fideles, ſeu regimen Eccleſiæ univerſæ, promeritus eſt excellentiâ Fidei & fervore caritatis. *Judicabit in nationibus.* 2. S. Petrus Dei & Filii ejus inimicos debellavit, ejuſque imperio ſubjecit prædicationis ſuæ & miraculorum virtute. *Implebit ruinas.* 3. S. Petrus præcipuam gloriam, reverentiam, cultumque in Eccleſia conſecutus eſt ob labores pro Eccleſia toleratos, ob paſſionem ac martyrium. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

I. S. Petrus fide ſua promeritus eſt primatum & principatum Eccleſiæ. Non alibi quæramus impræſentiarum Catholici hujus dogmatis probationem, quàm in hodiernæ Solemnitatis Evangelio. *Venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat Diſcipulos ſuos: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptiſtam, alii Eliam, alii verò Jeremiam, aut unum ex Prophetis. Vos verò,* inquit Jeſus, *quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Chriſti Jeſu Divinitatem primus omnium agnoſcit & confitetur. Dixerant quidem qui in navi erant cum Jeſu, ſedatam ab illo tempeſtatem videntes: *Verè Dei Filius es.* Dixerat Nathanaël, *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſraël.* At Filium Dei profeſſi non erant ut Petrus,

Matth. 16. 13. & c.

Joan. Chryſ. Hom. 55. in Matth.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Nondum plenè illuminati, Jeſum unum è multis eſſe
opinabantur, juſtitia quidem ac ſanctitate eximium, Deo
imprimis acceptum, non tamen Deum verum ex Dei
ſubſtantia genitum, Patri in omnibus ſimilem, æqua-
lem, coæternum. Petrus verò Filium Dei verum, pro-
prium, unigenitum, conſubſtantialem æterno Patri con-
fitetur ac prædicat: Non eo modo ac eo ſenſu quo Elias,
Jeremias, Prophetæ cæteri, Joannes Baptiſta, cæterique
eximiæ ſanctitatis homines filii Dei appellari potuerunt:
Qua ratione ut Jeſus Dei Filius agnoſceretur, ſingulari
Patris cæleſtis revelatione opus non fuiſſet. Sic de Chri-
ſto vulgus hominum loquebatur, ſanctitatem, doctrinam,
& miracula illius ſuſpiciens. *Quem dicunt homines eſſe
Filium hominis?* Melius, verius, ſublimius ſenſit ac lo-
*Pſal. 16. 4.* cutus eſt Petrus. *Ut non loquatur os meum opera ho-
minum*, Chriſtum Deum pariter & hominem confeſſus
*S. Ambroſ. De Incarnat. Dom. Sacram. cap. 4.* eſt. *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Confeſſio iſta hæ-
reſes omnes Chriſti Jeſu Divinitatem, & Incarnatio-
nis Myſterium oppugnantes evertit, Cerinthi, Ebionis,
Pauli Samoſateni, Arii, Eunomii, Photini, Bonoſi, Ne-
ſtorii, Eutychetis. *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*:
*S. Leo Epiſtol. 13.* » Hoc eſt: Tu qui verè Filius hominis, idem verè es
» Filius Dei vivi. Tu verus in Deitate, verus in carne,
» & ſalva geminæ proprietate naturæ utrimque unus.
Petrus locutus eſt ut homo, & ex carnis infirmitate,
cùm Chriſtum Jeſum à paſſione & morte ſubeunda de-
*S. Auguſt. in Pſal. 111.* terrere voluit: Humano & carnali affectu locutus eſt;
ideo ſeverè à Domino reprehenſus & Satanas appel-
latus, Verùm cùm Chriſtum Filium Dei vivi confite-
tur, beatus appellatur. Hæc enim dixit non humano
ſenſu aut affectu, ut amico, præceptori ac domino gra-
*Matth. 16. 17.* tificaretur, ſed ex Patris cæleſtis revelatione, *Beatus es,
Simon Bar-Jona, quia caro & ſanguis non revelavit ti-
bi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.* Confeſſionis tam
egregiæ merces, Apoſtolici Collegii Principatus, & re-
gendæ Eccleſiæ univerſæ demandata à Chriſto Jeſu



Provincia. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper
hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ infe-
ri non prævalebunt adverſus eam: & tibi dabo claves
regni cælorum. Et quodcumque ligaveris ſuper terram,
erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper
terram, erit ſolutum & in cælis*, S. Petri fides, Eccleſiæ
fundamentum eſt: & ſuper ipſum merito fidei fundata
& ædificata eſt à Chriſto Eccleſia. *Apoſtolicæ dignitatis* *S. Leo Epiſt. 3.*
*beatiſſimo Apoſtolo Petro primatum fidei ſuæ remune-
ratione commiſit, univerſalem Eccleſiam in fundamen-
ti ipſius ſoliditate conſtituens.* TU ES *Petrus, & ſu-* *Idem Serm. 3. in anniverſ. diei Aſſumptionis ſuæ.*
*per hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* O digni-
tatem incomparabilem! *De toto mundo unus Petrus
eligitur, qui & univerſarum gentium vocationi, &
omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præ-
ponatur: Ut quamvis in populo Dei multi Sacerdotes
ſint, omnes tamen propriè regat Petrus, quos princi-
paliter regit & Chriſtus. Magnum huic viro conſor-
tium potentiæ ſuæ tribuit divina dignatio: & ſi quid
cum eo commune cæteris voluit eſſe Principibus, num-
quam niſi per ipſum dedit quidquid aliis non negavit.*
Et ego dico tibi: *Hoc eſt, ſicut Pater meus tibi mani-
feſtavit divinitatem meam: ita & ego tibi notam facio
excellentiam tuam.* Quia tu es Petrus, *id eſt, cùm ego
ſim inviolabilis Petra, ego* lapis angularis qui facio *Epheſ. 14. & 20.*
utraque unum: *ego fundamentum præter quod nemo
poteſt aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia
mea virtute ſolidaris, ut quæ mihi poteſtate ſunt pro-* «
*pria, ſint tibi mecum participatione communia.* Et ſuper «
hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi «
non prævalebunt adverſùs eam. *Super hanc fortitudi-
nem æternum extruam Templum: & Eccleſiæ meæ cælo
inferenda ſublimitas, in hujus fidei firmitate conſurget.*

*Et tibi dabo claves Regni cælorum, &c.* Supremam *S. Bernard. lib. 2. De Conſiderat.*
Eccleſiæ regendæ poteſtatem. In typum Primatus ipſi
uni datum eſt ambulare ſuper aquas inſtar Domini, ut

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſignificaretur Petrum *unicum* eſſe *Chriſti Vicarium, qui non uni populo, ſed cunctis præeſſe deberet.* Nam *Aquæ, populi.* Aliàs cæteris Diſcipulis in navicula venientibus ad Dominum qui in littore exſpectabat, Petrus ſe miſit in mare, & natando venit. Scilicet *Non navem unam, ut cæteri quiſque ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſcepit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt, naves Eccleſiæ.*

Apocal. 17.15. Joan. 21.

Non ſolùm fidei, ſed amoris ferventioris merces fuit Apoſtolo Petro collatus à Chriſto Domino Apoſtolici Collegii & Eccleſiæ Principatus. Jeſus poſt Reſurrectionem ſuam tertiò ſe Diſcipulis conſpicuum præbens, dixit Petro: *Simon Joannis, diligis me plus his?* Reſpondit Petrus: *Etiam, Domine, tu ſcis quia amo te.* Dixit ei Jeſus: *Paſce agnos meos.* Ait iterum Jeſus: *Simon Joannes, diligis me?* Reſpondit Petrus: *Etiam Domine, tu ſcis quia amo te.* Dixit ei Jeſus: *Paſce agnos meos.* Ait tertiò Jeſus: *Simon Joannis, amas me?* Contriſtatus Petrus reſpondit: *Domine, tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te.* Dixit ei Jeſus: *Paſce oves meas.* Tertiò interrogatur, *Ut ter confiteretur amor, quod ter negaverat timor.* Non aliud quàm, *Amas?* interrogatur: Non aliud quàm, *Amo,* reſpondetur. Et reſpondenti ſtatim paſſionem Dominus prænuntiat. Magis idoneo Paſtori dubio procul commendat oves pretioſas, non auro, non argento, ſed ſanguine ſuo emptas. Si Dominus homo commendaret ſervo ſuo oves ſuas, cogitaret certè utrum peculium ſervi illius idoneum eſſet pretium ovium ſuarum, & diceret: Si perdiderit, ſi diſſipaverit, ſi conſumpſerit, habet unde reddat. Commendaret ergo ſervo idoneo oves ſuas, & ſervi facultates in pecunia quæreret, pro ovibus quas pecunia comparavit. Nunc verò Dominus Jeſus Chriſtus, quia ſervo commendat oves quas ſanguine comparavit, idoneitatem ſervi in paſſione ſanguinis quærit. Tanquam diceret: *Paſce oves meas. Quas oves? Quas*

Joan. 21. 15. 16. 17.

S. August. Serm. 149. Alias De Diversis 101.



*emi ſanguine meo. Mortuus ſum pro eis. Amas me? Morere pro eis.* Igitur *Hoc pertinet ad paſcendas oves Domini, ut non recuſetur mors pro ovibus Domini.* Paſtor ſervus hominis pecuniam redderet pro conſumptis ovibus: Petrus ſanguinem reddidit pro ovibus conſervatis. Omnibus Eccleſiæ Paſtoribus Petri forma præponitur. Dominicis ovibus paſcendis idoneus non eſt, qui pro ipſis mori non poteſt, *aut effectu, aut affectu.* Quid eſt aliud, *Diligis me? Paſce oves meas:* quàm ſi diceretur, Si me diligis, non te paſcere cogita: Sed oves meas ſicut meas paſce, non ſicut tuas; gloriam meam in eis quære, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua, ne ſis ex eis de quibus dictum eſt, *Erunt homines ſeipſos amantes, &c.* 2. Tim 3. 2.

S. Petri Primatus reverendus & colendus, imitanda confeſſio & amor. Chriſtum Jeſum Filium Dei vivi non verbis ſolùm confiteamur, ſed operibus. Nam & *Dæmones credunt, & contremiſcunt,* & illis clamantibus Jeſum eſſe Filium Dei, ſilentium Dominus impoſuit. Fide viva credamus ut Petrus, ne ſimus ex iis qui Deum & Chriſtum Filium Dei vivi ſe noſſe *verbis confitentur, factis autem negant.* Fidem bonis operibus oſtendamus. Certa merces nos manet: Erimus Eccleſiæ, non caput quidem (ut Petrus) ſed membra viventia, filii Dei per adoptionem, fratres & cohæredes Chriſti, cum S. Petro Regni cælorum compoſſeſſores. Ne igitur erubeſcamus Chriſtum confiteri coram hominibus, ut nos tanquam ſuos agnoſcat & recipiat cum Patre ſuo, coram Angelis ſuis. Sed & S. Petri ferventiſſimam caritatem imitemur. Chriſto corda noſtra interroganti frequentibus amoris actibus reſpondeamus: *Tu ſcis Domine, quia amo te.* Ne nos ipſos amemus præ Deo. Non ea quæ noſtra ſunt quæramus ſed quæ Dei. *Neſcio quo enim inexplicabili modo, quiſquis ſe ipſum, non Deum amat, non ſe amat: & quiſquis Deum, non ſe ipſum amat, ipſe ſe amat. Qui enim*

S. August. Tract. 123. in Joannem.

*non poteſt vivere de ſe, moritur utique amando ſe: non ergo ſe amat, qui ne vivat, ſe amat. Cum vero ille diligitur de quo vivitur, non ſe diligendo magis diligit, qui propterea non ſe diligit, ut eum diligat de quo vivit.* Si Chriſtum amamus, oves ejus, id eſt, pauperes ejus paſcamus. Ter ait Petro; *paſce*; bis, *paſce agnos*, ſemel, *paſce oves*, ut ipſorum Apoſtolorum & Paſtorum Paſtor ſignificetur: (Hi enim ovium nomine, quæ ſunt matres agnorum intelligendi ſunt) & fidelium omnium ex utroque populo, Judæo & Gentili in unum ovile Chriſti coëuntium. (Hi enim agnorum nomine reperito ſignificantur) Vel ut incipientium, proficientium & perfectorum, ex quibus Eccleſia conſtat, Paſtor & Rector S. Petrus agnoſcatur. Et nos omnes Chriſtianos ad noſtram paſcendi curam pro modulo noſtro pertinere intelligamus. *Unicuique* enim *mandavit Deus de proximo ſuo.* Omnes paſcamus bonis exemplis, errantes & ignaros verbo inſtructionis & doctrinæ, peccantes verbo fraternæ correptionis, afflictos verbo conſolationis. Pro fratribus nos animas ponere debere certi ſimus, ſi Chriſtum verè diligimus. An verò illi parati ſunt ad vitam pro fratribus ponendam, qui pauperibus egentibus non erogant terrenam ſubſtantiam ſuam?

II. Sanctus Petrus Dei & Filii ejus Jeſu Chriſti inimicos debellavit, ejuſque imperio ſubjecit, prædicationis ſuæ & miraculorum virtute. Judæos primùm, deinde Gentiles. Primus omnium poſt deſcenſum Spiritus Sancti, ipſa die Pentecoſtes Evangelium Judæis prædicat Petrus. Jam homines capit admirabilis piſcator, & uno retis jactu tria circiter millia concludit & ad Chriſtum convertit. *Stans Petrus cum undecim levavit vocem ſuam, & locutus eſt eis: Viri Judæi, & qui habitatis Jeruſalem univerſi, &c.* Stabant undecim Apoſtoli, unus Petrus loquebatur. *Petrus omnium erat os* (ait S. Joannes Chryſoſtomus) *ſed adſtabant illi undecim, comprobantes ſuo teſtimonio quæ ab ipſo dicebantur.*

*Act. 2. 14.*

*Hom. 4. in Act. Apoſtol.*



Annunciat Judæis Jeſum colendum quem crucifixerant: Ut ejus jam ſanguinem bibant credentes, quem fuderunt ſævientes. Annuntiato autem illis Domino noſtro Jeſu Chriſto, & agnoſcentibus reatum ſuum, ut impleretur in eis quod Propheta ante prædixerat, *Converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina*: compuncti ſunt. Nihil enim mali ſe feciſſe putaverant, nondum infixa erat ſpina. *Petro autem loquente*, dixerunt ei & reliquis Apoſtolis: *Quid faciemus?* Tum Petrus: *Pœnitentiam* (inquit) *agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum & accipietis donum Spiritus Sancti.* Amor Petri infirmus fuerat & anguſtus, donec eum roboraret & dilataret Spiritus Sanctus. Qui poſteaquàm illi eſt abundantiâ gratiæ largioris infuſus, ſic ad perhibendum de Chriſto teſtimonium quondam ejus frigidum pectus accendit, atque illa priùs trepida quæ veritatem ſuppreſſerant, ora reſeravit, ut cùm omnes in quos venerat Spiritus Sanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Judæorum circumſtantibus turbis, ſolus ad teſtimonium de Chriſto perhibendum præ cæteris promptiùs emicaret, ejuſque interfectores de illius reſurrectione confunderet. Si quem delectat tam ſuaviter ſanctum tale ſpectaculum intueri, Actus Apoſtolorum legat: Ibi beatum Petrum, quem negantem doluerat, ſtupeat prædicantem: ibi linguam illam videat ad fiduciam à diffidentia, & ad libertatem à ſervitute tranſlatam, tot linguas inimicorum convertere ad Chriſti confeſſionem, quarum non valendo unam ferre, verſa fuerat in negationem. Quid plura? Tantus in illo fulgor gratiæ, tanta Spiritus Sancti plenitudo apparebat, tanta de ore prædicantis pretioſiſſimæ veritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis adverſarios interfectores Chriſti Judæos faceret pro illo paratos mori, à quibus cum illo formidabat occidi.

*S. Auguſt. Serm. 111. 1.*

*Pſal. 31. 4.*

*S. Auguſt. Tract. 91. in Joann.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Act. 3. & 4. Prædicationem confirmat miraculis. Claudum ex utero matris ad ſpecioſam portam Templi eleemoſynam petentem ſanat, in nomine Jeſu Chriſti ſurgere & & ambulare præcipit; ſtupentem populum & ad porticum Salomonis concurrentem alloquitur, Jeſum prædicat, verumque Meſſiam eſſe docet, injuſtè ab ipſis interfectum, à Deo ſuſcitatum, cujus nominis virtute tam inſigne miraculum operatus eſt. Prophetias in Chriſto impletas probat, ad pœnitentiam illos hortatur. Quinque millia virorum Chriſto nomen dedere. A Principibus, Senatoribus & Scribis in judicium vocatus cum Apoſtolis reliquis, Jeſum Chriſtum intrepidè prædicat: *Principes populi, & Seniores, audite. Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt, notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſraël, quia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, & non eſt in alio aliquo ſalus: Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri.* Petro fruſtra prohibent Principes Sacerdotum & Senatores ne doceat in nomine Jeſu: nec minis, nec carcere, nec contumeliis & flagellis deterreri poteſt. Obediendum Deo magis quàm hominibus conteſtatur. Petri prædicatione infidelitas in mentibus Judæorum, cupiditas radix vitiorum in cordibus deſtruitur. *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una: nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. .. Neque quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis prout cuique opus erat.* Interim Petrus Eccleſiaſticam Diſciplinam juſta ſeveritate ſancit, Ananiam & Saphi-

ram



ram voti infractores, Spiritui Sancto mentientes, avaritiæ ſacrilegæ reos, ut qui pecuniæ Deo dicatæ partem retinuiſſent, morte mulctat ad exemplum. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas.* Samariam, Lyddam, Joppen, aliaſque civitates, in quibus diſperſi Fideles habitant, luſtrat ſanctus Petrus, Ducis inſtar, ut illos in fide confirmet, Chriſtique imperium augeat. Impetrato & dato novis Samariæ Fidelibus per manus impoſitionem & orationem Spiritu Sancto, Simonem Magum dandi Spiritus Sancti poteſtatem pecuniâ emere volentem, durè corripit, ut par erat his verbis: *Pecunia tua tecum ſit* Act. c. 8. *in perditionem: Quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* &c. Lyddæ Æneam paralyticum ſanat, Ioppe Tabitam ſuſcitat; Jeroſolymis omnis generis infirmos in lectulis ac grabatis expoſitos in plateis per quas tranſibat, umbrâ corporis ſui in priſtinam ac perfectam reſtituit ſanitatem. Quo miraculo illud Salvatoris promiſſum impletur: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet.* Quid mirum ſi prædicatione tot ac tantis prodigiis confirmatâ Judæorum incredulitatem ac duritiam vincebat, ac tantam populi, necnon ſacerdotum multitudinem Chriſti Jeſu ſubjiciebat imperio:

Nec verò Judæos tantùm ſed & Gentiles in fidei congregat unitatem. Divina viſione admonitus, & Cæ- Act. 10. ſaream à Cornelio Centurione accerſitus, Cornelium, ejuſque familiam, cognatos & amicos fide Chriſti Jeſu imbuit, & Spiritu Sancto, dum adhuc loqueretur, ſuper eos viſibiliter effuſo donatos baptizavit. Hæ Gentium primitiæ Chriſto Jeſu à ſancto Petro dedicatæ & oblatæ. Antiochenam exinde fundat Eccleſiam, in qua primùm cognominati ſunt Diſcipuli Chriſtiani; diſperſis in Ponto, Galatia, Bythynia, Cappadocia & Aſia Judæis Chriſtum prædicat, Romam tandem ſe confert ſecundo Claudii Imperatoris anno, quæ civitas *cùm penè* S. Leo Serm. 1. *omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſervit-*

S ſ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*bat erroribus ; & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe*
» *Religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem.* Petrus
» ad arcem Romani deſtinatur Imperii, ut lux veritatis,
» quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficacius
» ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet.
Quot ibi labores Petro ſubeundi? Quot certamina? Quot
errorum monſtra debellanda? Quot eradicandæ ſuper-
» ſtitiones! Hîc colluctantes Philoſophiæ opiniones, hîc
» diſſolvendæ erant terrenæ ſapientiæ vanitates, hîc con-
» futandus dæmonum cultus, hîc omnium ſacrificiorum
» impietas deſtruenda, ubi diligentiſſima ſuperſtitione ha-
» bebatur collectum, quicquid uſquam fuerat variis errori-
» bus inſtitutum. In hac Urbe trophæum Crucis Chriſti S.
Petrus erigit ſuper idololatriæ ruinis ; Simonem Magum falſis prodigiis & præſtigiis Romanos ſeducentem & adverſus Chriſti nomen fidemque bellum gerentem vincit, ex aëre quo ſublimis efferebatur à familiaribus dæmonibus, in terram Dei omnipotentis, virtute deturbat, colliſiſque membris interficit. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum.*

*Hiſt. Eccl. Eſ. S. Epiphan. Philaſt. Auguſt. de Hæreſ. Theodoret. Lib. 1. Hæret. Fab. & alii.*

Ut Chriſti inimicos prædicatione nominis ejus debelleris, Eccleſiamque fundetis, vobis non eſt datum, Auditores, hac in re S. Petrum ut imitemini, ſi vos adhortaremur, inſipientes eſſemus ; ſed hortamur ut vivatis ſecundùm Evangelium quod Petrus prædicavit, ut pareatis Eccleſiæ quam fundavit : ut mores veſtros conformetis moribus primorum Chriſtianorum quos convertit. Nonne eodem Chriſti ſanguine redempti eſtis? Nonne eodem Baptiſmo regenerati, eodem Spiritu ſanctificati? An aliud Evangelium cui creditis? Multitudinis credentium erat cor unum & anima una: Nunc, heu! inter Chriſtianos diſſenſiones, diſcordiæ, invidiæ, odia pertinacia. Eorum quæ poſſidebat nemo aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant omnia communia, ſic regnabat in illis caritas. Apud vos plures aliena malis artibus, injuſtis lucris & fraudibus acquirere & retinere non me-



tuunt. Sic vobis dominatur cupiditas! Nullus egens erat inter illos, quia divitum abundantia pauperum ſupplebat inopiam, egere non patiebantur quos ut fratres diligebant. Pauperum innumera eſt apud nos multitudo, & illos non ſolùm egere, & eſurire, ſed fame perire patimini, immiſericordes & crudeles! Agrorum pretia vendebant, & ponebant ad pedes Apoſtolorum, divitias contemnentes: Vos nec decimam bonorum veſtrorum pauperibus erogare vultis, quod divitibus præceptum eſt, non merum perfectionis conſilium. Quotidie perdurabant in Templo & in oratione perſeverabant: Vix Chriſtiani Dominicis Feſtiſque diebus Eccleſiam frequentant, verbum Dei faſtidiunt, Sacramenta negligunt.

III. S. Petrus præcipuam gloriam, reverentiam, cultumque in Eccleſia conſecutus eſt, ob labores pro Eccleſia toleratos, ob paſſionem ac martyrium. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Perſecutiones ſuſtinuit, carcerum moleſtiam & ſqualorem toleravit, contumelias, opprobria, flagella, varia & gravia pericula Evangelii causâ pertulit, ac demum à Nerone comprehenſus, & affixus cruci, martyrii coronam adeptus eſt. Verſo ad terram capite ut crucifigeretur, à tortoribus obtinuit, cum ut acerbius ſupplicium eſſet, tum ne eodem corporis habitu quo Chriſtus crucifixus, Domino ſimilis in morte videretur. Quam in Apoſtolicæ dignitatis apice ſemper exercuit humilitatem, cujus ſpecimen dederat, à Paulo inferiore ſuo reprehendi & emendari non ægrè ferens, in morte conſummavit, ad exemplum Domini Jeſu, qui *ſemetipſum humiliavit uſque ad mortem Crucis.* Martyrium ipſi prædixerat Dominus, poſtquam trinam amoris profeſſionem ab illo exegiſſet. *Amen, amen dico tibi, quia cum eſſes junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas : cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte*

*Euſeb. S. Aſter. S. Chryſoſt. S. Ambroſ.*

*Joan. 21. 18. 19.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*clarificaturus eſſet Deum.* Quid ſignificant hæc verba,
*Alius te cinget, & ducet quo tu non vis?* Nonne volens
crucem & mortem pertulit Petrus? Volens utique, ſi de-
votionem & amorem Chriſti in eo ſpectemus: Nolens, ſi
S. Auguſt. Sermo. 197. & 197. 6. naturam conſideremus. Natura mortem refugit. Am-
ari mors non poteſt, tolerari poteſt. Si enim amaretur,
non magna fuiſſet opus fortitudine & patientia Marty-
ribus ad eam tolerandam. Ideo magni Martyres, quia
quod valde durum eſt & amarum pro Regno cælorum
Joan. 15. 13. fortiter ſubierunt ac ſuſtinuerunt. *Majorem hac di-
lectionem nemo habet* (inquit Chriſtus) *ut animam
ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Si hoc durum non
eſſet, quid magnum faceret caritas pro Chriſto delicias
amans? *Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodivi
vias duras*: Id eſt, propter monita & promiſſa tua.
Martyrum vox eſt. Ergo quantum ad naturæ modum
& vim conſuetudinis recuſatur mors, ſed *dum amatur
quod erit poſt mortem, ſuſcipitur quod nolumus, ut per-
veniatur quò volumus.* Hinc Petro dixit Jeſus: *Alius
te cinget, & ducet quò tu non vis.* Naturam expreſſit,
» non devotionem. Hanc noſtræ infirmitatis naturam in
» ſe ipſe Dominus transfiguravit, cùm paſſurus ait Patri,
Matt. 26. 39. » *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.* Mors
» noſtra de pœna eſt. A radice hanc accepimus. Adam
» primus hanc peccando meruit. Inde culpam contraxi-
» mus & pœnam. In noſtra igitur natura, & culpa &
» pœna: In Jeſu carne, pœna ſine culpa, ut & culpa ſa-
» naretur & pœna. *Alius te cinget, & ducet quo tu non
» vis.* Pœna eſt hæc, ſed per pœnam tenditur ad coro-
» nam. S. Paulus Apoſtolus, cujus etiam glorioſo trium-
pho hæc dies conſecrata eſt, contemnebat pœnam, at-
2. Tim. 4. 6. tendens ad coronam. *Ego enim jam delibor,* inquit,
*& tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen cer-
tavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: in reliquo re-
poſita eſt mihi corona juſtitiæ.* Durum eſt quâ tranſitur,
» ſed magnum eſt quò tranſitur. Et Petrus noverat quò



tendebat: Ideo & ipſe paſſionem plena de ratione ſuſce- «
pit, ſed toleravit, non amavit paſſionem. Toleravit paſ- «
ſionem, quod ſequebatur amavit: quò ibat amavit, & «
quâ ibat toleravit. Paulus, ſi fieri poſſet, noluiſſet mor- 2. Cor. 5. 4.
tem. *Ingemiſcimus gravati,* inquit, *eo quod nolumus ex-* «
*ſpoliari, ſed ſupervestiri.* O vocem naturæ, confeſſionem «
pœnæ! exclamat S. Auguſtinus. Sic & Petrus ductus «
eſt quò nolebat. Mori nolebat etiam ſenex, ſed Chri- «
ſtum ſequi malebat, quàm non mori. Si via lata eſſet, «
quâ ſine morte Chriſtum ſequeretur, quis dubitet quòd «
hanc arriperet, hanc eligeret? Sed non erat quâ ſequi «
Chriſtum quò ire volebat, niſi per viam quam pati no- «
lebat. Non igitur crucifixus, ſed crucifigendus quò nol- « S. Auguſt. Tract. 23. in Joan.
let ductus eſt S. Petrus: Nam crucifixus non quò nole- «
bat, ſed potiùs quò volebat. Solutus quippe à corpore «
volebat eſſe cum Chriſto, ſed ſi fieri poſſet, præter mor- «
tis moleſtiam vitam concupiſcebat æternam: Ad quam «
moleſtiam nolens ductus eſt, ſed ab ea volens eductus «
eſt: Nolens ad eam venit, ſed volens eam vicit. *Mo-* «
*leſtiæ quantacumque ſit mortis, debet eam vincere vis
amoris, quo amatur ille qui cùm ſit vita noſtra, etiam
mortem voluit perferre pro nobis.* Sic mortem vicit A-
poſtolus Petrus. *De torrente in via bibet, propterea
exaltabit caput.* Per illam mortis aſperitatem arietibus «
tranſeuntibus, ſecuræ ſunt oves. Arietes ovium ſancti «
Apoſtoli. Aſpera via mortis, ſpinis plena: Sed illæ ſpi- «
næ Petra & Petro tranſeunte, petreis pedibus tritæ ſunt. «

Vitam amate, Auditores, per me licet: Sic tamen vi-
ta iſta ametur, ne in ejus amore peccetur. Ametur vita,
ſed eligatur vita. *Quis eſt homo qui vult vitam, diligit
dies videre bonos?* Ecce merces. *Prohibe linguam tuam
à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à
malo, & fac bonum.* Ecce opus quo ad mercedem per-
venitur. Eligamus vitam, primò hîc bonam, poſt hanc
æternam. Primò hîc bonam, ſed nondum beatam.
Bona modò agatur, cui poſtea beata ſervetur. Bona vi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ta opus eſt, beata vita merces. Ordinis perverſio eſt velle hîc beatam. Per multas tribulationes ad regnum Dei pervenitur. De torrente tribulationis in via bibendum, ut caput exaltemus in gloria. Adverſa omnia & mala conſtanter perferenda ſunt, potiùs quàm juſtitia deſeratur, quàm caritas amittatur. Id exemplo ſuo docuit S. Apoſtolus Petrus, quod & ſcriptis commendatum ad memoriam ſempiternam reliquit. *Chariſſimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi novi aliquid vobis contingat: Sed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes . . . . Hæc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſtè. Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes ſufferitis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum . . . . Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt ejus Spiritus, ſuper vos requieſcet. Nemo autem veſtrûm patiatur ut homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine.*

1. Petri 4. 12.

& cap. 2. 19. &c.

---

## IN FESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ.

*Dilexit multùm.* Lucæ vij 47.

VEteris novique Teſtamenti Sancti, quos in Scripturis ſacris commendat Spiritus Sanctus, diſpari longè modo commendantur. Laudationis illorum fundamentum timor; illorum amor. Diſcriminis hujus radix eſt ipſa utriuſque Teſtamenti differentia. Vetus nempe Teſtamentum lex timoris eſt: novum Teſtamentum lex amoris. *Hæc breviſſima & aperiſſima differentia duorum Teſtamentorum, timor & amor* (inquit

S. Auguſt. contra Adimantum cap. 17.



S. Auguſtinus) Timor itaque caracter erat Sanctorum veteris Teſtamenti. Job & Tobiæ elogium his verbis conceptum legimus: *Vir rectus & timens Deum.* Sancti Petri elogium in amore fundatur: *Simon, diligis me plus his?* Prophetæ timorem prædicant, Apoſtoli caritatem. Illa plenitudo eſt Legis ſcriptæ quæ data eſt hominibus *in pœna timoris*: Hæc plenitudo Legis Evangelicæ, quæ data eſt *in plenitudine amoris.* Quid mirum igitur ſi Chriſtus Mariæ Magdalenæ elogium his verbis complexus eſt, *Dilexit multum?*

S. Auguſt. in Pſal. 9a.

Totus homo ad cor reduci poteſt: *Abſconditus cordis homo*: cor totum ad amorem revocari. Omnes enim cordis affectus variæ ſunt amoris ad objectum amatum habitudines. *Amor inhians habere quod amatur, cupiditas eſt: id autem habens eoque fruens, lætitia: fugiens quod ei adverſatur, timor eſt: idque ſi acciderit ſentiens, triſtitia eſt* (ait S. Auguſtinus) Quod de animi affectionibus hic ait, de virtutibus alibi docet. *Virtus* (inquit) *eſt caritas, qua id quod diligendum eſt diligitur.* Et alibi: *Nihil omnino eſſe virtutem affirmaverim, niſi ſummum amorem Dei. Namque illud quod quadripartita dicitur virtus, ex ipſius amoris vario quodam affectu dicitur . . . Ut Temperantia ſit amor integrum ſe præbens ei quod amatur: Fortitudo, amor facilè tolerans omnia propter quod amatur: Juſtitia, amor ſoli amato ſerviens, & propterea rectè dominans: Prudentia, amor ea quibus adjuvatur, ab eis quibus impeditur, ſagaciter ſeligens.* Summa Religionis, amor Dei eſt. *Hæc vera Religio, hæc recta pietas, hæc tantum Deo debita ſervitus . . . Non colitur ille niſi amando.* Denique *Recta voluntas eſt bonus amor, & voluntas perverſa malus amor.* Magdalena igitur peccatrix fuit in civitate, quia *Dilexit.* Magdalena ſancta eſt, quia *Dilexit.* Amoris inordinatio, quâ ſeipſam; mundum, peccatumque ſuum dilexit, ipſam coram Deo & hominibus peccatricem fecit. Ordo & elevatio amo-

S. Auguſt. lib. 14. de Civit. Dei c. 7.

Epiſt. 167.

Idem lib. De Moribus Eccleſ. Cathol c. 15.

Lib. 14. de Civit. Dei, c. 4.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ris, quo à ſe ipſa, à creaturis, & à peccato ſeparata eſt, & Chriſto Jeſu tota, ubique, & perſeveranter adhæſit, illam ſanctam effecit. Mariæ Magdalenæ amor omnes vitæ illius ſtatus complectitur; 1. Statum peccati: *Mulier erat in civitate peccatrix.* 2. Statum pœnitentiæ: *Lacrymis rigavit pedes ejus,* &c. 3. Statum contemplationis: *Maria optimam partem elegit.* Peccatrix in civitate, pœnitens in domo Simonis Phariſæi, contemplatrix reliquo vitæ tempore, præſertim in ſolitudine. 1. Maria Magdalena divini quondam Amoris inimica. 2. Maria Magdalena ab Amore divino debellata. 3. Maria Magdalena divini Amoris Diſcipula. Divini Amoris inimica in civitate: Ab Amore divino debellata in domo Simonis: Divini Amoris diſcipula in contemplatione & ſolitudine.

1. Amor nuſquam ſine armis, nunquam ſine hoſtibus. Sponſa cæleſtis à Sponſo dicitur *Terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* De amore profano cecinit Poëta: *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra cupido.* Divini amoris hoſtis juratus eſt creaturarum amor.
S. Auguſt. Hic cupiditas, ille caritas appellatur. *Duo amores duas fecerunt civitates:* Amor Dei uſque ad contemptum ſui, civitatem Jeruſalem: Amor ſui uſque ad contemptum Dei, civitatem Babylonis. Magdalena peccatrix, ſerva eſt amoris profani; conſequenter divini Amoris inimica. Hunc armis fortiſſimis impugnat. Cum omnibus ejus hoſtibus fœdus init, commercium habet. Victrix videtur & fortunata in hoc bello, innumeros illi ſubditos eripiens.

Arma ſua habet juſtitia, ſua pariter habet iniquitas. Juſtitia armata eſt ſcuto fidei, galeâ ſpei, caritatis loricâ. Iniquitas paſſionibus & ſenſibus hominis carnalis velut gladiis & ſagittis armata eſt, excuſationibus ut clypeo defenſa, obſtinatione velut lorica munita, quæ cor hominis peccatoris adverſus gratiæ tela impenetrabile efficiunt. Omnes Magdalenæ affectus, ſenſus omnes, ar-



ma ſunt quibus contra divinum Amorem præliatur, ſuperbia, vitæ delicatæ & otioſæ amor, propenſio in voluptatem ac delicias. Sibi complacebat in ſe ipſa ſuperba mulier, ſuæ pulchritudinis, ingenii ſui, aliorumque donorum naturalium admiratrix. *Se autem in ſe diligere, & ſibi placere, non eſt juſtitiæ caritas, ſed ſuperbiæ vanitas.* (ait S. Auguſtinus) Hæc vanitas amorem profanum in corde illius parit, divinoque amori opponit. Quòd ut intelligatur, obſervandum eſt, nullum nos opus facere, cujus exercendi conſilium ſeu decretum ante non ediderimus, quod quidem conſilium ſeu decretum interiori verbo, quod vocatur verbum cordis, exprimitur & continetur. *Verbum* illud interius *amo-* S. Auguſt.
*re concipitur, ſive creaturæ, ſive Creatoris; id eſt, naturæ mutabilis, aut incommutabilis veritatis: ergo aut cupiditate, aut caritate.* Magdalena ſui ipſius plena verbum vanitatis producit: amoris proprii partum, & omnium illius vitiorum fontem. *Teſtimonium formæ* Tertull.
*putat, ſi rogetur.* Profanum amorem fovet vita mollis & otioſa. Hominem in paradiſo otioſum eſſe noluit Deus, ſed operari, ne ab amore Creatoris deficeret, ac creaturæ amore corrumperetur. *Poſuit hominem in Pa-* Geneſ. 2. 15.
*radiſo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum.* Caritas ſemper operatur, numquam inveniri poteſt otioſa. *Da mihi vacantem amorem* (ait S. Auguſtinus) Quid ergo mirum ſi Magdalena mollis & otioſæ vitæ amans, inimica ſancti Amoris fuerit? Occupabant illam nugæ nugarum, mundus muliebris, capillorum compoſitio, pigmenta vultûs, cura carnis, variæ veſtimentorum formæ, gemmarum fulgor, auri & argenti ornatus, *ſtudium placendi per decorem, quem natura-* Tertullian. de cultu Femin.
*liter invitatorem libidinis ſcimus.* Amor denique voluptatis & deliciarum Magdalenam divini Amoris inimicam reddidit. Non amatur niſi quod delectat. Gratiæ ſuavitas & victrix delectatio facit ut juſtitiam amemus. *Inſpirata gratiæ ſuavitate per Spiritum Sanctum, fa-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. Auguſt. Lib. de Spir. & Lit. c. 21.

*cit plus delectare quod præcipit, quàm delectat quod impedit.* Contra verò amatur peccatum, quia temporalis voluptas præponitur delectationibus quæ in dextera Dei ſunt uſque in finem. *Si enim nihil delectaret illicitum, nemo peccaret.* Contrariæ illæ delectationes in corde hominis ſæpe decertant: At in corde Magdalenæ peccatricis nullum certamen eſt, ſiquidem ſæculi delectationibus, ludis, ſpectaculis, choræis, pompis totam ſe tradit ac devovet, amatorum adulatoriis ſermonibus delectatur, quemadmodum Eva ſerpentis allocutione; fructûs vetiti ſuavitatem incredibilem eſſe ſibi fingit, nec lethiferam eſſe cogitat. *Dulcius putat omne quod neſcit.* Cum omnibus divini Amoris hoſtibus fœderata eſt, præſertim cum mundo, de quo S. Joannes ait: *Si quis diligit mundum, caritas Patris non eſt in eo.* Tota huic ſæculo conformata eſt, ejuſque legibus, moribus, vanitati; nec Dei Legem, nec Lazari fratris, & Marthæ ſororis ſalutares monitiones & correptiones audit, nec ad Judithæ, Eſtheris, aliarumque ſanctarum mulierum propoſita in Scripturis attendit exempla. Hæc ſpiritualem Magdalenam movere potuiſſent: *Dies diei eructat verbum*, id eſt, *Spiritales Spiritalibus.* Sed Magdalenam ſæcularem non movent niſi ſæculi blandimenta, lenocinia, pompæ, ſæcularium ejuſdem cum ipſa nobilitatis, ætatis, opum, ſpeciei, mulierum verba & exempla. *Nox nocti indicat ſcientiam*: id eſt, *carnales carnalibus. Venite*, inquiunt, *fruamur bonis quæ ſunt, & utamur creaturâ tanquam in juventute celeriter. Coronemus nos roſis antequam marceſcant.* Pulchra eſt & ſuperba ut Angelus rebellis, qui adversùs Deum elatus, & in ſua pulchritudine ſibi complacens, à Dei amore defecit, cælum evacuans, trahens ſecum tertiam partem ſtellarum, inferos implens. Peccatrix erat in civitate, imò civitatis ipſa peccatum videbatur; quia plurimis cauſa erat ruinæ. Dei Iſraëlis æmulam eſſe geſtit, adoratores innumeros ad ſe trahens, qui

Idem Lib. cont. Fauſt. cap. 21.

S. Hieron. Epiſt. 47.

Pſal. 18. 3. S. Auguſt.

Sap. 2. 6.



corda illi offerant, qui ſalutem ſuam illi immolent. Sed Amor divinus illam tandem gladio Spiritûs ex ore Chriſti procedente aggreditur, vincit, debellat, ad ejus pedes proſternit, & arma quibus ad illum impugnandum uſa eſt, in ſuum obſequium convertere compellit. Prophetæ oraculum in domo Phariſæi impletum eſt: *In ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.* Magdalena navis eſt in ſæculo nequam velut in mari fluctuans, affectuum ſuorum fluctibus agitata, Tharſim versùs expanſis velis navigans, mundi gaudia & delectationes exquirens. Tharſis nempe ſignificat *explorationem gaudii*, ut S. Gregorius Magnus obſervat: Sed Spiritus Dei, Spiritus vehemens ſuperbam illam navim confringit, Amor divinus cor Magdalenæ conterit, *In ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.* Ad Chriſti pedes proſtrata pœnitentiam ſuam auſpicatur, non clam ac ſecretò, ſed publicè, ut ſcandalum tollat. *Stans retrò ſecus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, &c.*

Pſal. 47. 8.

Tertullianus Apoſtoli verba explicans de Chriſto dicentis: *De peccato damnavit peccatum*, ait hoc eſſe divinæ omnipotentiæ argumentum, quòd opus ſalutis noſtræ Dei Filius conſummaverit humanâ carne indutus, quæ lapſûs noſtri & perditionis cauſa fuit. *Hæc eſt* (inquit) *Dei virtus, in ſubſtantia pari perficere ſalutem.* Oculis, capillis, ore, oſculis, unguentis pretioſis, ad pœnitentiam utitur Magdalena, hæc omnia convertit ad amoris divini obſequium, quibus ad eum impugnandum uſa fuerat. Sicut exhibuit membra ſua *arma iniquitatis peccato*, ſic exhibet membra ſua *arma juſtitiæ Deo.* De Magdalena igitur dicere liceat: *Hæc eſt Magdalenæ virtus, in ſubſtantia pari perficere ſalutem.* Ab amore divino debellata, arma omnia quibus adversùs illum pugnaverat, victori ac triumphatori ſuo conſecrat. *Quot in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe invenit holocauſta. Convertit ad virtutum numerum, numerum criminum, ut totum ſerviret Deo in pœniten-*

Rom. 8. 3.

Rom. 6. 13.

S. Gregor. M. Homil. 33. in Evang.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa.*

Divini Amoris triumphos in corde Magdalenæ deſcripſiſſe videtur Propheta his verbis: *Deus noſter*
Pſal. 67. 21. *Deus ſalvos faciendi, & Domini, Domini exitus mortis.* Id operibus ſuis demonſtravit & comprobavit Chriſtus Jeſus, Lazarum à morte corporis ſuſcitans in Bethania, Magdalenam à morte peccati in Jeruſalem, hunc ad vitam naturalem, iſtam ad vitam gratiæ revocans. *Veruntamen confringet capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.* Divinus amor Magdalenæ debellatæ caput humiliat ad pedes Jeſu, capillos ejus ſacris pedibus extergendis devovet. *Dixit Dominus, Ex Baſan convertam, convertam in profundum maris.* Baſan ſiccitatem ſignificat, ut obſervat S. Auguſtinus. Anima peccatrix Magdalenæ ſicca priùs & arida erat reſpectu Dei, ita ut nec la-
Pſal. 142. 6. crymulam pro ipſo fundere valeret. *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Sed ſtatim atque per amorem pœnitentem ad Deum converſa eſt, non fontes tantùm lacrymarum fundit, ſed mare. *Ex Baſan convertam, convertam in profundum maris.* Lacrymarum ejus initium legimus: *Lacrymis cœpit rigare pedes ejus:* Finem non legimus. Non defecerunt, donec ipſa in terris defecit, ac in cœlum recepta eſt, ubi Deus abſtergit omnem lacrymam ab oculis ſanctorum ſuorum. Ex Magdalenæ oculis fulgurum inſtar olim coruſcantibus & penetrantibus corda infelicium amatorum, divinus amor lacrymarum imbres elicit. *Fulgura in pluviam fecit:* Pluviam quæ
S. Petrus Chryſolog. cœlum rigat, non terram. *Mutatur ordo rerum. Cœlum terræ dat pluviam ſemper, nunc terra cœlum rigat.* Inſtar ſunt diluvii Magdalenæ pœnitentis lacrymæ. Ex cœlo, id eſt, ex gratia ſanctum amorem inſpirante, & ex
Geneſ. 7. 11. corde illius velut ex abyſſo magna derivantur. *Rupti ſunt fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt.* Quis tandem myſtici illius diluvii finis? Carnalium & ſæcularium omnium affectionum extinctio, & cordis



velut arcæ elevatio ad ſublimem divini amoris gradum. *Arca ferebatur ſuper aquas, conſumptaque eſt omnis caro.*

Divini Amoris de corde ſuo abſolutiſſimam victoriam oſculis etiam teſtatur, quæ Chriſti pedibus libat. *Et oſculabatur pedes ejus.* Hac enim actione demonſtrat ex divini Amoris inimica ſe ſubditam fidelem, & Chriſti ſponſam evaſiſſe. *Oſculum* enim *quaſi pignus* S. Ambroſ. *eſt nuptiarum, & prærogativa conjugii.* Romanas Matronas oſcula conſanguineis ſuis libare ſalutando mos erat in legem converſus, ut ſobrietas illarum ex halitu cognoſci poſſet. *Oſculum afferre neceſſitas erat, ut* Tertull. Apolog. *ſpiritu indicarentur* (ait Tertullianus.) Magdalena Domini Jeſu pedes oſculatur, ut converſionem ſuam divini Amoris à quo debellata eſt ſpiritu indicet, ut ſe profani amoris voluptate inebriatam jam non eſſe reſtetur. *Oſculum afferre neceſſitas erat, ut ſpiritu indicaretur.* Domini Jeſu pedes oſculando, inſtitutionem Euchariſtiæ ſuorum fervore deſideriorum prævenit. Corpus Chriſti tangit & oſculatur antequam velatum ſit ſub Sacramento, ſanguinem quodam modo prælibat antequam ſit in calice oblatus & Apoſtolis diſtributus. *Vivificum illum panem* (inquit S. Paulin.) *manibus &* S. Paulinus. *ore præſumpſit: Et ſanguinem calicis, antequam calix fieret, fulgentibus oculis prælibavit.* Prævenit & Chriſti ſepulturam unguenti effuſione ſuper ejus pedes. *Præve-* Luc. 14. 8. *nit corpus meum ungere in ſepulturam.* Cùm corpus Jeſu in ſepulchro ungere voluit, pium amoris ejus officium prævenit Dominus reſurgendo priùs quàm ad ſepulchrum veniſſet: Sed ſepulturam Jeſu pretioſi unguenti effuſione prævenit. Quodammodo ſepelit illum in corde ſuo: Cùm enim Jeſus moriens Vita ſit, & ex amore moriatur, in ſepulchro vivente, in ſepulchro amoris condi debuit. *Prævenit corpus meum ungere in ſepulturam.*

III. Maria Magdalena in contemplatione ſua &

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ſolitudine Diſcipula fuit Amoris divini. Vitæ contemplativæ figura fuit, ut Martha activæ. *Verbum caro factum eſt, ecce cui Martha miniſtrabat. In principio erat Verbum, ecce quod Maria audiebat.* Sanctorum beata Dei viſione fruentium delicias quodam modo prægustat, Deum contemplando & amando, quem illi videndo & amando, beati ſunt. Unum ejus negotium, Amor Dei eſt. *Dilexit multùm.* Amorem Magdalenæ antiquum eſſe hæc verba ſignificare videntur, tametſi diligere Deum inciperet, cùm hæc verba in ejus gratiam pronuntiavit Jeſus. Pia ſanè Cardinalis Berulli meditatio, qui Dei Amorem in quo creati fuerant Angeli rebelles, & à quo defecerunt peccando, juſtitiæ divinæ confiſcatione, (ſi ita loqui fas eſt) Magdalenæ fuiſſe adjudicatum ait. Deum amat, ut Angeli, nihil amat niſi in ipſa Dei ſumma bonitate & amabilitate. Deum amat ſine interruptione, quantùm creaturæ mortali poſſibile eſt. Dilexiſſe dicitur, cùm diligere incipit, ob fervorem amoris. Incipientium, proficientium, & perfectorum ſtatus in aliis ſanctis diſtinguuntur, velut variæ vitæ ſpiritualis ætates: In Magdalena perfectio amoris in ipſo vitæ ſpiritualis exordio commendatur. *Dilexit multùm.* Amoris ejus conſtantiam & fervorem quis dignè commendare poſſit? Stat juxta crucem cum Maria Matre Jeſu. Tenebræ ſuper terram effuſæ Chriſti Jeſu intuitum illi eripere non poſſunt. Sol cujus lumen obſcuratum eſt, non eſt ſol Magdalenæ, ſed Chriſtus Jeſus, cujus lumen & amor in ejus corde non deficit. *Fortis eſt ut mors dilectio.* De Chriſto Jeſu triumphat amor in Cruce mortem illi pro ſalute noſtra inferendo: De Magdalena triumphat amor juxta crucem, dolores mortis cum vita in ejus corde conjungendo; ut verè dicere poſſit: *Amor meus crucifixus eſt.* Jeſus crucifixus multos alloquitur, Magdalenæ ipſum tam ardenter & tam conſtanter amanti ne verbulum quidem dicit. Amantium ſermo ſecretus eſt; non voce,

S. Auguſt.



ſed cordibus loquuntur. Magdalena in ſilentio lacrymas & unguentum effuderat ſuper pedes Jeſu: Jeſus in ſilentio ſanguinem ſuum fundit ſuper cor Magdalenæ. Amorem ejus remunerat prima Reſurrectionis ac gloriæ ſuæ manifeſtatione. *Surgens autem manè prima Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ.* A ſepulchro Domini Diſcipulis recedentibus non recedebat, Angelos videbat, nec alloquebatur, unum cogitans, quem quærebat Dominum, ſui amoris unicum objectum. Oſculari vult pedes Jeſu & poſt glorioſam Reſurrectionem. Id ipſi tunc negat Dominus. *Noli me tangere* (inquit) *nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Id eſt, hunc quem impræſentiarum nego favorem, uberiùs ac liberaliùs compenſabo. Ampliores favores, ſuaviores delicias toto vitæ tuæ decurſu in ſublimi & continua contemplatione, quæ pars optima eſt à te electa, tibi præparavi & ſervavi. *Noli me tangere.* Hoc eſt, *Nolo ut ad me corporaliter venias, nec ut me ſenſu carnis agnoſcas. Ad ſublimiora te differo, majora tibi præparo: Cùm ad Patrem aſcendero, tunc me perfectiùs veriùſque palpabis, apprehenſura quod non tangis, & creditura quod non cernis.*

Marci 16. Joan. 20. 11. 13. 14.

S. Leo Serm. 71.

Mariæ Magdalenæ pœnitentem & ſanctum amorem imitemur. Mundum ne diligamus, cujus amor inimicus Dei eſt. Deſtruendæ in nobis cupiditati, augendæ caritati, cum Dei gratia operam demus. *Quanto magis in unoquoque regnat caritas, tantò minùs ei dominatur iniquitas.* Caritas naſcatur in te, ſi nondum nata eſt; & ſi nata eſt, alatur, nutriatur, creſcat. Illa verò cupiditas, & ſi in hac vitâ extingui penitùs non poteſt; quia *Si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt:* In quantum autem eſt in nobis cupiditas, in tantum ſine peccato non ſumus: Caritas creſcat, cupiditas decreſcat: Ut aliquando illa perficiatur, hoc eſt caritas; cupiditas conſumatur. Deus noſter Deus zelotes, abſque rivali vult diligi. *Nullum à ſe rivu-*

S. Auguſt.

S. Auguſt.

*lum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur.* Mundo rebuſque terrenis ne inhæreamus. *Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur* (ait Apoſtolus) *Amor rerum terrenarum, ſpiritalium viſcum pennarum* (ait S. Auguſtinus) Nihil extra Deum innoxiè amari poteſt. *Manſoria dilectione*: ſed tantùm *Tranſitoria dilectione*, tanquam viæ, & vehiculorum, ut illa propter Deum ad quem tendimus, diligamus. Creaturis frui, id eſt, ipſis propter ipſas inhærere, corruptio eſt, crimen eſt. *Non adjuvat utentem, ſed corrumpit fruentem.* Qui mun-

1 Cor. 16. 22. dum amat, anathema ſit. *Si quis non amat Dominum Jeſum, ſit anathema.* Lacrymis, quæ ſunt vulnerati ſanguis cordis, pedes Domini rigemus. Appende peccata tua (inquit S. Joannes Chryſoſt.) Si eſt leve peccatum, paucæ ſufficiunt lacrymæ: Si peccaſti peccatum grande, major ſit lacrymarum torrens. Capillis terge Chriſti pedes. Capilli, corporis ſuperflua ſunt. Pauperibus ſuperflua tua eroga, & Domini pedes terſiſti. Tibi ſuperflua ſunt, ſed Domini pedibus neceſſaria. Vix aliquid ſuperflui invenit cupiditas; multùm invenit caritas. Unguentum effunde, ſis bonus odor Chriſti in omni loco, ſanctorum operum exemplis Eccleſiam ædifica. Unum Deum deſidera & quære; de ipſo cogita frequentiùs, ad illum ſuſpires ardentiùs. In meditatione tua exardeſcat ignis divini Amoris. Dilige, & Dei legem implebis. Dilige, non parùm, ſed multùm, Deum cui totum debes quod es, quod habes, quod ſperas.

IN



## IN FESTO S. DOMINICI.

*Miſit Dominus manuum ſuam, & tetigit os meum & dixit: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & ædifices, & plantes.* Jerem. j. 9. 10.

SAncti Dominici Prædicatoris Evangelici, & Prædicatorum parentis character his verbis delineatus videtur. 1. Manu Domini formatus eſt & verbis ejus eruditus ad prædicationis miniſterium. 2. Sacrum illud miniſterium ſumma fidelitate & zelo indefeſſo obivit & implevit, evellendo & deſtruendo, ædificando & plantando; deſtruendo errorem; ædificando fidem; evellendo pravas cupiditates & vitia, inſerendo & plantando caritatem, cæteraſque virtutes in animis fidelium; idque non in una tantùm gente, ſed in omnibus Gentibus, in Hiſpaniis, in Galliis, in Italia; &, per Ordinem Prædicatorum, quem Deo inſpirante inſtituit, apud remotiſſimas & barbaras etiam nationes. 1. S. Dominicus Prædicator à Deo electus, formatus, eruditus. 2. S. Dominicus Prædicator fidelis, Eccleſiæ fructuoſus, admirabilis. 3. S. Dominicus in Ordine ſuo Prædicator univerſalis & perpetuus.

Gratia Dei Sanctum Dominicum ad ſacrum prædicationis miniſterium formavit & inſtituit, omnibus ipſum adornans virtutibus & donis Apoſtolico muneri neceſſariis: morum innocentiâ & ſanctimoniâ, decore virginitatis illibatæ; ſtudio paupertatis arctiſſimæ; ſeveræ mortificationis; profundiſſimæ humilitatis; ardentiſſimæ caritatis; aſſiduæ orationis & altiſſimæ

Tt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

contemplationis. Fecit, & docuit; fecit primùm, docuit poſtea & prædicavit, Domini ſecutus exemplum, qui *cœpit facere, & docere*: & quod monſtravit exemplo, aſſeruit verbo: *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Nuntium remiſit terrenis opibus, voluptati, & mundi gloriæ, ut ad ſanctæ prædicationis munus expeditus eſſet, & ad Albigenſium hæreſim debellandam *totus de Apoſtolo armatus.* Gedeonis milites imitatus eſt, qui contra Madianitas dimicaturus, ex Dei mandato quoſcumque flexis genibus aquam haurire conſpexit ad bibendum, ab exercitu repulit: eos verò qui ſtantes aquam manibus quaſi canes lambebant, tubis, & lampadibus, & lagenis armatos, contra hoſtes duxit, quos inſolito illo apparatu profligarunt. *Aquis doctrina ſapientiæ: ſtante genu recta operatio deſignatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genu flexiſſe perhibentur, à bellorum certamine prohibiti receſſerunt: quia cum illis Chriſtus contra hoſtes fidei pergit ad prælium, qui cùm doctrinæ fluenta hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt .... Hi ergo Chriſto duce ad bellum procedunt, qui quod ore annuntiant, opere oſtendunt: qui fluenta doctrinæ ſpiritaliter hauriunt, nec tamen in pravis operibus inflectuntur carnaliter: quia, ſicut ſcriptum eſt: Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Itum eſt ergo ad prælium cum tubis, cum lampadibus, cum lagenis. Inuſitatus ordo præliandi. Cecinerunt tubis, & ſiniſtris lagenæ tenebantur: Intra lagenas autem miſſæ ſunt lampades: confractis verò lagenis lampades oſtenſæ ſunt, quarum coruſcante luce hoſtes territi in fugam vertuntur. Deſignatur* itaque *in tubis clamor prædicantium: in lampadibus claritas miraculorum: in lagenis fragilitas corporum. Tales quippe ſecum Dux noſter ad prædicationis prælium duxit, qui deſpecta ſalute corporum, hoſtes ſuos moriendo proſternerent, eorumque gladios non armis, non gladiis, ſed patientiâ*

Tertull.

S. Gregor. M. lib. 30. Moral. Cap. 17.

Eccli. 15.



*ſuperarent. Armati enim venerunt ſub Duce ſuo ad prælium Martyres noſtri, ſed tubis, ſed lagenis, ſed lampadibus. Sonuerunt tubis, dum prædicant: confregerunt lagenas, dum ſolvenda in paſſione ſua corpora hoſtilibus gladiis ſupponunt: Reſplenduerunt lampadibus, dum poſt ſolutionem corporum, miraculis coruſcaverunt.*

S. Dominicus adverſùs Albigenſium Hæreſim præliatur. 1. Tubâ prædicationis. *Quaſi tuba exalta vocem tuam.* 2. Carnis mortificatione per lagenæ confractæ fragilitatem deſignatâ. *Mortificationem Chriſti in corpore noſtro ſemper circumferentes.* 3. Miraculorum claritate per lampadum lucem ſignificatâ. *Sermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis.* Miraculo inſigni confirmat Deus Catholicam veritatem à S. Dominico defenſam. Libellus in quo Albigenſium errores deſcripti erant, in ignem conjectus dum conſumitur & in cineres redigitur, libellus in quo Dominicus fidei ſumma capita Hæreticorum erroribus contraria deſcripſerat, ter in flammas conjectus, ter illæſus exivit, ſapiente igne eloquia Domini reverito. *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum, purgatum ſeptuplum ... Eloquia Domini igne examinata:* Et, *Uniuſcujuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cujus opus manſerit, mercedem accipiet: ſi cujus opus arſerit, detrimentum patietur.* Pertinaces Hæretici convinci poſſunt, perſuaderi non poſſunt. Eorum contumacia Principum armis protecta, Cruce ſignati Exercitus armis frangenda eſt. Comes Monfortius velut alter Joſue Eccleſiæ hoſtes in planitie aggreditur, fundit, proſternit, debellat; dum in monte S. Dominicus velut alter Moyſes expanſis ad Deum manibus victoriam precibus ferventiſſimis impetrat. Sed & per medias acies volitat Dominicus, hinc Duces & Milites Catholicos ab bellum Domini

Iſai. 58. 1.

2. Cor. 4. 10.

1. Cor. 2. 4.

Pſal. 11. 7.

Pſal. 17. 31.

1. Cor. 3. 13.

Exod. 17.

fortiter gerendum confirmans, hinc Hæreticos urgens ut ejuratis erroribus ad Eccleſiæ caſtra revertantur. Huc illuc diſcurrit, non ferro armatus, ſed verbo: Non virgâ Domini, ſed Cruce & Roſario munitus, in his ſignis vincit Hæreſim, Hæreticoſque perduelles.

Sacram poſt expeditionem, prædicare pergit ad fidem confirmandam, ad Chriſtianam morum Diſciplinam reſtaurandam, quæ hiſce temporibus fœdè collapſa erat. Sermo Dominici vivus & efficax, convertens animas, eloquium ignitum, quia non verbum hominum prædicat, ſed Dei. *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Spiritum ſcientiæ exſuſcitat in Eccleſia, inſtituto FF. Prædicatorum Ordine ad docendum & prædicandum verbum Dei. Spiritum virginitatis & caſtitatis, Sacrarum Virginum Ordine inſtituto: In quem primum collegit magnum numerum nobilium puellarum ex Albigenſium Hæreſi converſarum, quas Chriſto deſponſavit, ut eſſent ſanctæ corpore & ſpiritu: Quibus in Pruliacenſi Monaſterio congregatis ampliſſimas ad ſuſtentationem facultates, prædia, Caſtella, naſcenti Prædicatorum Ordini à Simone Comite Monforcio ex Albigenſium ſpoliis donata attribuit: Chriſti paupertatem unum ſibi, Fratribuſque patrimonium ſervans. Excitavit Spiritum pœnitentiæ, tertio Ordine Fratrum & Sororum de Pœnitentia inſtituto: Ut ea ratione ſexum omnem, omniumque Ordinum homines ſanctificaret. *Super muros tuos Jeruſalem, conſtitui cuſtodes, tota die & nocte in perpetuum non tacebunt.* Cor unum, os unum ipſi non ſufficit ad impugnandum & ſubvertendum errorem, ad aſſerendam & defendendam veritatem, ad nutriendam caritatem, ad Chriſti Jeſu Regnum propagandum: Ordinem novum FF. Prædicatorum inſtituit, ut filiorum ſuorum ore, doctrinâ, exemplis, *opere & ſermone potens*, ad conſummationem uſque ſæculi per omnes gentes promove- Iſai. 62. 6.



ret opus ſacri Miniſterii & ædificationem corporis Chriſti: Utque Evangelii prædicatio per ipſum & filios ejus impleretur. *Dominus autem mihi adſtitit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes.* 2. Tim. 4. 17. Hoc pacto S. Dominicus Prædicator univerſalis & perpetuus eſt Evangelii æterni, & Regni Dei. *Spiritus meus qui eſt in te* (ait Dominus) *& verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui amodo & uſque in ſempiternum.* Iſai. 59. Munus ergo veritatis docendæ, prædicandæ, contra quoſvis ejus adverſarios, ſine ullo perſonarum reſpectu propugnandæ, ob ſolam Dei gloriam, pars eſt filiorum S. Dominici. *Et deſtinavit illis ſortem veritatis.* Eccli. 17. 18.

---

## IN FESTO ASSUMPTIONIS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

*Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Cantic. viij. 5.

DEipara Virgo Maria novitas eſt admiranda: *Creavit Dominus novum ſuper terram.* Jerem. 31. 22 Novitas in Conceptione ſua & Nativitate, quia licet viâ ordinaria concepta & nata ſit ut cæteræ puellæ, in peccato tamen concepta non eſt & nata ut reliquæ, ſed innocens, & gratiâ plena. Novitas eſt in partu, ſiquidem Virgo perpetua & mater eſt Unigeniti Filii Dei. Novitas eſt in Purificatione, cujus ſe legi ſubmittit, quamvis nullam maculam purgandam habeat ex præcepto legis, utpote Virgo puriſſima. Novitas eſt in Morte, in Aſſumptione & Coronatione ſua, quæ tria hac una Solemnitate celebrat Eccleſia. Cùm igitur novitas ſit ob-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

jectum admirationis, ipſam homines, & Angeli hodie meritò admirantur. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Homines admirantur obitum ſanctiſſimæ Virginis ceu prodigium in ordine naturæ. Angeli admirantur ejus Aſſumptionem ceu miraculum in ordine gratiæ. Deus in ejus coronatione ſibi complacet ceu in magnificentiſſimo ſuorum operum in ordine gloriæ.

I. Mors hominum, commiſerationis noſtræ objectum eſt magis quàm admirationis. Tria namque ipſam deformem reddunt ac terribilem: quia filia peccati, pœna peccati, & imago peccati eſt. Ipſam quatenus peccati filiam, præcedit timor: Ipſam quatenus pœna eſt peccati, comitatur dolor: Illam denique quatenus eſt imago peccati, ſequitur corruptio. Sanctiſſimæ ergo Virginis Mariæ mors admirabilis eſt ut prodigium in ordine naturæ: Si quidem eam non timor, ſed vehemens deſiderium præceſſit: non dolor, ſed delectatio incredibilis comitata eſt: non corruptio, ſed immortalitas conſecuta eſt. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit? &c.*

*Omnium terribilium terribiliſſimum eſt mors*: Sed Beatiſſimæ Virgini deſiderabilis fuit. Quò enim ardentior eſt amor, eò vehementius deſiderium eſt. Nemo Deum ardentiùs unquam amavit quàm Virgo Maria: Nemo igitur vehementius deſideravit Deo uniri. Si Apoſtolus cupiebat diſſolvi & eſſe cum Chriſto; quantò magis Chriſti Mater: In hac lacrymarum valle

*Cant. 2. 12.* gemebat inſtar turturis à compare ſuo ſeparatæ. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Sponſa eſt amore caſtiſſimo ſponſum diligens, & ejus oſculum deſide-

*S. Bernard. Serm. 3. & 4. in Cantica,* rans. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Triplex oſculum eſt Animæ reſpectu Dei: Oſculum pedum; oſculum manus: & oſculum oris. Primum pœnitentibus con-

*Serm. 7.* venit, ſecundum proficientibus, tertium perfectis. Nemo autem poſt Chriſtum Dominum ejus Matre Sanctiſſima perfectior. Variæ ſunt Animarum affectiones:



*Si ſervus eſt, timet à facie Domini: Si mercenarius, ſperat de manu Domini: Si diſcipulus, aurem parat magiſtro: Si filius, honorat patrem: Quæ vero oſculum poſtulat, amat. Non petit libertatem, non mercedem, non hereditatem, non denique vel doctrinam, ſed oſculum: More planè caſtiſſima Sponſa ac ſacrum ſpirantis amorem, nec omnino valentis flammam diſſimulare quam patitur... Amat profectò caſtè, quæ ipſum amat quem quærit; Amat ſanctè, amat ardenter.* In hoc mundo velut in terra aliena ſuſpirat ad Sponſum & Filium: *Trahe me poſt te;* Me poſt Aſcenſionem tuam remanere in terris voluiſti ad Eccleſiæ tuæ utilitatem, ad gloriæ tuæ promotionem. Jàm Chriſtiani in fide myſteriorum tuorum, in amore tuo confirmati ſunt: *Adoleſcentulæ dilexerunt te.... Trahe me poſt te... Indica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meridie.* Sacrum quoddam deſideriorum commercium fit Jeſum inter & Mariam. *Veni, dilecte mi.* (inquit Mater) *Surge, propera amica mea* (ait Filius) *veni, coronaberis.*

II. Beatiſſimæ Virginis mortem delectatio comitata eſt: mortua ſiquidem eſt ex amore. In amore Dei mori, commune eſt Sanctis omnibus; quia in gratia moriuntur, cujus ſocia eſt caritas. Pro amore Dei mori, proprium eſt Martyrum, qui vitam ſuam pro nominis Chriſti confeſſione, pro defenſione fidei aut virtutis devovent. *Majorem hac dilectionem nemo habet, &c.* *Joan. 15. 13.*
Ex amore Dei mori, ſanctiſſimæ Virginis Mariæ privilegium eſt. *Nuntietis ei, quia amore langueo... Fortis ut mors dilectio.* *Cantic. 2. 5. Cantic. 8. 6.* Amor Dei in corde Mariæ ignis eſt velut in fornace concluſus, quam diſrumpit ut in ſphæram ſuam erumpat. Similis eſt balſamo Libani, quod ſolis radiis calefactum, ſuum circumquaque odorem exhalat. *Quaſi Libanus non inciſus vaporavi habitationem meam, & quaſi balſamum non mixtum odor meus.* *Eccli. 24. 21.* Sanctiſſima Virgo Maria manna myſticum

Cantic. 5. 6. eſt, quod à Solis radiis liqueſiebat. *Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locutus eſt.*

III. B. Virginis mortem incorruptio & immortalitas ſecuta eſt. Iſraelitæ annos quadraginta per deſertum ambularunt ſani & vegeti, ne veſtibus quidem detritis: Hanc velut incorruptionem in manna Tertullianus refundit. *In eremo* (inquit) *manna cibatus quadraginta annis, ad inſtar æternitatis eſt redactus.* Quantò magis B. Virginis Mariæ caro à corruptione ſervata eſt virtute Chriſti panis vivi, cujus corpus per manna adumbratum, in ejus conceptum utero, & ex ea natum eſt? *Sicut non fuit corruptus parientis uterus* (ait B. Andreas Cretenſis) *ita mortua caro non interiit.* Ut enim immunis fuit ab omni peccato, ita immunis fuit à maledictione peccatum conſequente. Hinc antiqui Eccleſiæ Patres mortem ejus *dormitionem* appellarunt. Corpus ejus virgineum ita ſpiritûs qualitates induerat, ut ſpiritus eſſe videretur. Unde ipſa ait apud Luc. 1. Elizabetham cognatam ſuam: *Magnificat anima mea Dominum; & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Non ait cum atavo ſuo Davide: *Cor meum & caro mea exſultaverunt in Deum vivum:* Animæ tantùm & ſpiritus meminit, quia caro ejus in ſpiritum quodammodo transformata per ſummam puritatem videbatur. Ideo incorruptione à Deo donata eſt. *Ita mortua caro non interiit.* Id & S. Joannes Damaſcenus confirmat. *Cujus* (inquit) *in partu incolumis virginitas permanſit, eadem è vita migrante corpus ita conſervatum eſt, ut non diſſolutum, ſed ad præſtantiorem & diviniorem vitam tranſlatum ſit.... Quonam pacto corruptio corpus illud, quo Vita ſuſcepta eſt, aggredietur?... Ipſius aſpectum mors ipſa pertimuit.*

Orat. 1. de Dormitione B. Mariæ. Idem Orat. 2.

Ad mortem Chriſtianè obeundam nos præparemus. Moriamur mundo, vivamus Deo: Dominetur cordibus noſtris Amor Dei; Amor ſeparationis, qui nos à



rerum terrenarum amore, à vitiis & cupiditatibus, ab occaſionibus peccandi, à ſæculo nequam, à nobis ipſis avellat: Amor unionis, qui nos Deo tam arctè conjungat, ut *Neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia;* non *tribulatio,* non *anguſtia,* non *fames,* non *nuditas,* non *periculum,* non *perſecutio,* non *gladius,* non proſperitas & voluptas *poſſit nos ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro.* Amore denique languoris ardeat & liqueſiat cor noſtrum præ deſiderio Dei, qui ſummum bonum noſtrum eſt, finis ultimus & beatitudo noſtra. Moriamur morte juſtorum, de quibus Apoſtolus ait: *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Ita fiet ut vita ſpectetur à nobis ut objectum patientiæ noſtræ, mors ut objectum deſiderii: Ut patienter vivamus, & delectabiliter moriamur, cupientes diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *Sunt homines qui cum patientia moriuntur. Sunt autem quidam perfecti, qui cum patientia vivunt. Qui deſiderat, ſicut dicit Apoſtolus, diſſolvi & eſſe cum Chriſto, non patienter moritur, ſed patienter vivit, & delectabiliter moritur.* Rom. 8. Coloſſ. 3. 3. S. Auguſt.

II. Tria ſunt quæ in Sanctiſſimæ Virginis Aſſumptione Angeli admirantur; modum quo aſſumpta eſt; gloriam ad quam aſſumpta; munus quod exercet in gloria. 1. Alii Sancti aſſumuntur ad gloriam inchoatam: Virgo Maria aſſumpta eſt ad gloriam conſummatam. 2. Alii Sancti evehuntur ad æqualitatem Angelorum: Virgo Maria exaltata eſt ſuper omnes choros Angelorum. Alii Sancti Mediatores noſtri apud Deum viâ meræ interceſſionis & ſupplicationis: Maria Mediatrix noſtra eſt viâ quodammodo auctoritatis, propter interceſſionis majorem potentiam & efficaciam, tametſi auctoritas illa mediationis ejus donum gratiæ ſit, Chri-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ſtique meritis ſit innixa, & mediationi illius ſupremæ ſubordinata. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?*

Juſtorum animas beata Dei viſione frui, ſtatim atque è corporibus migraverunt, fides docet contra Millenariorum hæreſim: Verùm earum beatitudinem conſummatam non fore, donec redivivis & glorioſis corporibus, quæ ſocia fuerunt & inſtrumenta meritorum, in Reſurrectione generali conjunctæ fuerint, eadem fides docet. *Hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur.* Hinc S. Bernardus: *Animæ ſanctæ* (inquit) *quas propria Deus inſignivit imagine, te, caro, deſiderant: Quas redemit proprio ſanguine, te exſpectant: & ipſarum ſine te compleri lætitia, perfici gloria, conſummari beatitudo non poteſt.* At Virgo Maria aſſumpta eſt ad beatitudinem & gloriam conſummatam Reſurrectionis anticipatæ privilegio, ut Eccleſiæ ſanctæ pietas æſtimat, Liturgicis precibus ab initio ſeculi octavi conſignata. *Rectè* (inquit Liturgia vetus Gallicana) *à Chriſto ſuſcepta es in Aſſumptione feliciter, quem piè ſuſcepiſti conceptura per fidem: Ut quæ terræ non eras conſcia, non teneret rupes incluſa. Verè diverſis infulis anima redempta: Cui Apoſtoli ſacrum reddunt obſequium, Angeli cantum, Chriſtus amplexum, nubis vehiculum, Aſſumptio paradiſum, ante choros virginum gloria principatum, per Chriſtum Dominum noſtrum.* Sanctorum corpora ad gloriam immortalem reſurgent ob triplicem rationem: Primò quia fuere membra Chriſti: Secundò quia fuere templa Spiritus Sancti: Tertiò quia fuere divinæ omnipotentiæ organa & inſtrumenta. Reſurrectionem igitur beatiſſimæ Virginis anticipatam eſſe decuit, quia Chriſti membrum nobiliſſimum ac ſanctiſſimum eſt: Quia templum Spiritus Sancti auguſtiſſimum: Quia omnipotentiæ Patris Æterni glorioſiſſimum organum.

*Hebr. 11. 39. 40.*

*Serm. 1. in Feſto omnium Sanctorum.*



I. Sancti omnes membra Chriſti ſunt, quia Eccleſia unum corpus eſt cujus Chriſtus eſt caput. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* At beata Virgo longè nobiliori & excellentiori modo Chriſti membrum eſt, utpote quæ illi dederit ut caput noſtrum eſſet. Chriſtus namque caput eſt omnium hominum, & ſecundùm animam, & ſecundùm corpus, quia *Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.* Caput porro noſtrum non fuiſſet ſecundùm corpus, niſi verum corpus noſtris conſubſtantiale in B. Virginis utero ſumpſiſſet. Caro Chriſti eſt caro Mariæ. *Non ſolum ſpiritu, verùm etiam corpore, & mater eſt & virgo. Et mater quidem ſpiritu non capitis noſtri, quod eſt ipſe Salvator, ex quo magis illa ſpiritaliter nata eſt: ſed planè mater membrorum ejus quod nos ſumus; quia cooperata eſt caritate, ut fideles in Eccleſia naſcerentur, quæ illius capitis membra ſunt: Corpore verò ipſius capitis mater. Oportebat enim caput noſtrum propter inſigne miraculum ſecundùm carnem naſci de Virgine, quo ſignificaret membra ſua de Virgine Eccleſia ſecundùm ſpiritum naſcitura.*

*1. Cor. 12. 27.*

*Philipp. 3.*

*S. Auguſt. lib. de Sancta Virginitate, Cap. 6.*

II. Beatam Virginem anticipatæ Reſurrectionis privilegio donari decuit, non ſolum quia nobiliori modo quàm cæteri Sancti membrum Chriſti fuit; ſed etiam quia excellentiori ratione templum fuit Spiritus Sancti. Sanctorum namque cæterorum corpora templa Spiritus Sancti non ſunt niſi ratione gratiæ ſanctificantis, & caritatis in eorum cordibus per Spiritum Sanctum diffuſæ; cujus quidem gratiæ ab eorum animis emanatio quædam fit in corpora, quâ Deo conſecrantur. At verò plenitudo gratiarum Deiparæ Virgini conceſſa ex benedicto illius corpore quodam ſenſu originem ſumpſit. Illi enim à Deo collatæ ſunt ut Filii ejus mater eſſet, ut diſpoſitiones ad divinam illam maternitatem, velut ejus appendices. Dei porro mater eſt ratione corporis.

*Chriſtum his verbis B. Virginem compellantem inducit pius Abbas Guerricus: Communicaſti mihi quod homo ſum; Communicabo tibi quod Deus ſum: Nec ſatis glorificatus videbor mihi, donec [illegible] glorificetis. S. Bernard. Congruum ut [illegible]*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rationi noſtræ ſervarentque quamvis corruptioni omnino ſubjaceſſet. S. Bern. Serm. 1. in Aſſump. B.V. Quantum gratiæ in terris adepta eſt præ cæteris, tantùm & in cœlis obtinet gloriæ ſingularis. Tertull. lib. de Reſurr. carnis.

III. Beatitudinem auguſtæ Virginis ſtatim ab ejus migratione ex hoc mundo conſummatam eſſe decuit, quia glorioſiſſimum erat divinæ omnipotentiæ organum, ſiquidem illi ad maximi executionem myſterii, & ad humani generis reparationem quodammodo cooperata eſt. Unde SS. Patres ipſam *Reparatricem ſæculi* appellare non dubitarunt. Chriſtus lacrymis ſuis, laboribus, paſſione, ſanguine pro peccatis noſtris cumulatè & ſuperabunter ſatisfecit: Sed lacrymas ſuas, corpus in quo paſſus eſt, ſanguinem noſtræ pretium redemptionis, matri ſuæ Sanctiſſimæ Virgini debuit. *Haccine non reſurget toties Dei?* Verba ſunt Tertulliani, alia occaſione ſcripta.

*Matth. 22. 30.*

IV. Sancti cæteri evehuntur ad Angelicam gloriam: *Erunt ſicut Angeli Dei*: Sed beata Virgo aſſumpta eſt ſuper omnes choros Angelorum. Gloriæ enimverò menſura, merita ſunt: Caritas & gratia meritorum menſura eſt: Major fuit gratia & caritas Deiparæ Virginis gratiâ omnium hominum & Angelorum, quia magis ipſam amavit Chriſtus. Illam nempe dilexit ut matrem, Angelos ut miniſtros. Gloria igitur Deiparæ Virginis major eſt gloria omnium Angelorum. Illis igitur comitantibus & triumpho ejus applaudentibus in cœlum aſſumpta, omnes eorum Ordines prætergreſſa eſt, & in ſolio ſublimiori ut cœli Regina collocata. *Cum pertranſiſſem eos, inveni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam.* Meritò igitur S. Bernardus ait: *Nec in terris locus dignior uteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria ſuſcepit: Nec in cœlis regali ſolio, in quo Mariam hodie Mariæ Filius ſublimavit.*

*Cant. 3. 4.*

*Serm. 1. in Aſſumptione B.V. Mariæ.*

V. Denique cùm alii Sancti Mediatores noſtri ſint apud Deum viâ meræ interceſſionis & ſupplicationis: Beatiſſima Virgo Mediatrix noſtra eſt viâ quodammodo auctoritatis, quia ejus efficacior interceſſio pro majori gratiâ, quâ valet apud Deum. Salomonem cogitate,



quanto honore ab illo ſuſcepta mater ejus, quantùm apud eum potuerit. *Surrexit Rex in occurſum ejus, adoravitque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: Poſituſque eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dextram ejus: Dixitque ei: Petitionem unam parvulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei Rex: Pete, Mater mea: neque enim fas eſt ut avertam faciem tuam.* Reginam Eſther cogitate, quàm gratioſa fuerit apud Regem Aſſuerum ſponſum ſuum, quantâ apud illum auctoritate valuerit, ut Judæos ab inſidiis Aman, & ab internecione liberaret. Longè major eſt Deiparæ Virginis apud Deum gratia & auctoritas. Hinc B. Petrus Damiani ipſam ita compellat: *Accedis ante illud aureum humanæ reconciliationis Altare, non ſolum rogans, ſed imperans: Domina, non ancilla.* Immo Regina cœlorum à Deo inaugurata, quia ſe ancillam profeſſa eſt cùm Dei mater ſalutaretur: & omnibus vitæ ſuæ diebus gratias agens pro tanto beneficio, animo repetebat quod ſemel ore protulerat apud cognatam ſuam Eliſabeth: *Magnificat anima mea Dominum... Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Deo & nos gratias agamus pro beatæ Virginis gloria; ad Chriſtum Dei & hominum Mediatorem per Mariam mediatricem potentiſſimam confugiamus, nobis ab eo datam, quæ *innixa ſuper dilectum ſuum*, miſericordias ejus in æternum cantabit dicens: *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me; & cum gloria ſuſcepiſti me.* Illam invocemus, quæ omnibus miſericordiæ ſinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant univerſi, captivus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, juſtus gratiam, Angelus lætitiam. Aſcendamus in cœlum cum Maria. *Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum*, curramus ad gloriam cœleſ-

*3. Reg. 2.*

*Eſther. 5. 2. 7. 3.*

*Serm. 44.*

*Luc. 1.*

*Pſal. 72. 24.*

*Hebr. 12. 1.*

tem, ad bona ſempiterna, quæ promiſit Deus diligentibus ſe. *Optimam partem* eligamus cum *Maria*. Chriſtum cum illa audiamus; Illum apud nos excipiamus ut Martha; pietatis operibus illi miniſtremus: Purgemus oculum mentis fide per dilectionem operante, ut videre aliquando mereamur Deum in Sion. Ne turbemur erga plurima: Nulla de re ſolliciti ſimus, niſi ut Deum colamus, ipſique religioſè & fideliter ſerviamus: *Porro unum eſt neceſſarium.* Suſpiremus ad partem illam optimam, quam plenè & perfectè in hac vitâ conſequi non poſſumus. Aſcenſionum in cœlum gradus diſponamus in cordibus noſtris. Sanctiſſima Virgo Maria ad tantam gloriam aſcendit gradibus fidei, ſpei, caritatis, obedientiæ, caſtitatis, humilitatis, patientiæ & mortificationis, orationis, devotionis & fervoris, ſolitudinis, zeli ardentiſſimi pro Dei gloria. Iiſdem gradibus aſcendere ſatagamus & ſtudeamus, *Hæc eſt via, ambulate in ea.*

*Luc. 10.*

*Iſai. 30. 21.*

---

## IN FESTO S. HIACYNTHI CONFESSORIS, ORDINIS PRÆDICATOR.

*Filii, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Luc. XV. 31.

DEi Filius triplicem ſocietatem ſive affinitatem Incarnatione ſua contraxit. 1. Cum Maria Virgine ſanctiſſima, quam Matrem ſuam fecit. 2. Cùm Eccleſia, quam ſibi ſponſam elegit. 3. Cum fidelibus, quibus dedit ut membra ſua ſint, fratres, & cohæredes. Triplicis illius affinitatis honorem cum S. Hiacyntho Chriſtus communicavit. 1. Scilicet cùm ipſe ſit Mariæ Virginis filius, Hiacynthum fecit amicum Mariæ cariſſimum. 2. Cùm ipſe ſit Eccleſiæ ſponſus & fundator, Hiacynthum ejus propagatorem ſtudioſiſ-



ſimum fecit. 3. Cùm ipſe ſit fidelium omnium caput, Hiacynthum eorum protectorem potentiſſimum conſtituit. Fervor devotionis Hiacynthi erga Deiparam Virginem Mariam, ſanctiſſimæ Virgini cariſſimum fecit. Zelus prædicationis Hiacynthi, illum Eccleſiæ propagatorem illuſtriſſimum fecit. Hiacynthi miracula in favorem fidelium, illum potentiſſimum fidelium protectorem eſſe declarant. Hiacynthus Mariæ Virginis Deiparæ cariſſimus in Ordine S. Dominici amicus. Hiacynthus Eccleſiæ propagator in Septemtrione potentiſſimus. Hiacynthus miraculorum patrator in gratiam Chriſtianorum ipſum invocantium per totum orbem potentiſſimus.

I. Principes amicorum ſuorum cariſſimis tria communicant. 1. Arcana ſua. 2. Theſauros. 3. Potentiam. Maria Virgo Sanctiſſima Hiacynthum ſibi devotiſſimum ſervum & amicum, fecit 1. Conſcium arcanorum ſuorum. 2. Participem theſauri ſui. 3. Participem potentiæ ſuæ. Conſcium illum fecit arcanorum gloriæ ſuæ: Participem theſauri virginitatis ſuæ: Participem auctoritatis & gratiæ ſuæ apud Filium ſuum Jeſum Chriſtum.

Virginis Deiparæ gloria humanam intelligentiam excedit, ſiquidem ſuper Choros Angelorum exaltata, & à dextris Filii ſui ſedens, lucem inacceſſibilem & ipſa habitare quodam ſenſu, licèt multùm diſpari, dici poſſit, ut ait Sanctus Ephrem. *Reliquis ſupernis Spiritibus glorioſior, ob immenſum fulgorem atque ſplendorem inacceſſa.* Hinc ad ejus conſpectum exclamant: *Quæ eſt iſta?* Hoc arcanum cum Hiacyntho communicat Maria. Videt ille in fervore contemplationis ſuæ, in extaſi amoris, glorioſæ illius Aſſumptionis triumphum; Quomodo ſuſcipitur à Patre, à Filio coronatur, à Spiritu Sancto in gloriam introducitur, ab Angelis applaudentibus & jubilantibus comitatur. Optabas olim, Auguſtine, videre gloriam & magnificen-

*Aſſiſtit Regina à dextris tuis.*

tiam Romæ triumphantis: Felicior eſt ſors Hiacynthi quàm tua fuiſſet ſi optatis potitus eſſes; ſiquidem cœleſtem Jeruſalem, civitatem Dei in gloria ſua, in magnificentia ſua, in Feſtis ſuis & gaudiis contemplatur. S. Paulus in tertium cœlum raptus eſt: Favor ſimilis Hiacyntho conceditur, cum hoc diſcrimine quòd ille vidit gloriam Filii Dei, cujus electus erat Apoſtolus: Hiacynthus verò gloriam Matris Dei, cujus devotionis Prædicator erat deſignatus. *Vidit pulchritudinem Paradiſi, & Sanctorum qui in cœlo ſunt choreas, & modulatiſſimam hymnorum cantus vocem.* Theodor.

Beatiſſima Virgo Maria virginitatis ſuæ theſaurum cum S. Hiacyntho communicat. Excellentiſſimam illam virtutem illi à Deo obtinuit, quæ Angelis parem efficit. *Angelicam gloriam acquirere majus eſt, quàm habere. Angelum eſſe felicitatis eſt, virginem eſſe virtutis.* S. Petrus Chryſol. Non mirum quòd Beata Virgo Hiacynthum Angelum fecerit. Amor enim ejus creaturarum amori ſimilis non eſt, ſed Dei amorem imitatur, qui non ſupponit, ſed infundit bonitatem in rebus: cum hoc diſcrimine quòd Deus per ſe ipſum & propria poteſtate id faciat ut ſupremus omnis boni auctor; Maria verò à Filio ſuo impetret: Fons ille ſit, ipſa aquæductus. Hiacynthum puerum à Sole dilectum olim in florem ab illo converſum Poëtæ fabulantur. Hiacynthum Deipara Virgo, quæ eſt *electa ut Sol*, in florem pulcherrimum convertit, communicando cum illo theſaurum pretioſum virginitatis ſuæ. Flos ille in Eccleſiæ horto ſuaviſſimum odorem effundens nunquam emarcuit. Nec juvenilis ætatis ardor, nec educatio delicata, nec opum abundantia, nec venti tentationum, Hiacynthi virginitatem impediverunt. Ad obitum uſque caſtus permanſit inſtar infantis, ut ſententiæ illius ab antiquo Patre prolatæ veritas in illo probaretur: *Virginitas eſt perſeverans infantia.* Quòd ſuper aquas inceſſerit, ac flumina ſiccis veſtigiis trajecerit, caſtita-

tis



tis privilegium fuit. Initio mundi *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Quid eo nomine intelligatur, Patres & antiqui Scripturæ interpretes non conveniunt. Multi Spiritum Sanctum, quidam ventum, alii Angelum interpretantur. *Spiritus Domini, id eſt, Angelus Domini* (ait Hugo Cardinalis.) Super aquas igitur incedere privilegium eſt angelificatæ carnis, ſeu virginitatis Angelis cognatæ: Quod tamen nec virginibus omnibus, nec ſolis conceſſum eſt. Dei ſemitas in aquis eſſe Propheta cecinit; ſed ejus tamen veſtigia in hoc elemento percipi ſenſibus non poſſe. *Semitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur.* Pſal. 76. 20. Hiacynthi veſtigia in flumine impreſſa Deus conſervavit ad miraculi memoriam ſempiternam.

Deipara Virgo S. Hiacynthum auctoritatis & gratiæ ſuæ apud Chriſtum Jeſum Filium ſuum participem fecit. Non noſtri, ſed Chriſti ſumus, quia pretio ſanguinis ejus redempti. *Non eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno.* 1. Cor. 6. 20. Dicere mihi liceat, Salvator optime, te totum eſſe Hiacynthi: Siquidem à Barbarorum incurſibus & profanationibus te redemit & ſervavit. Cùm (inquam) Tartari in urbem Chiovam populabundi irruerent, Hiacynthus dexterâ manu corpus Chriſti, alterâ Beatæ Virginis imaginem accepit, ut Chriſtum & matrem ejus ab eorum ſacrilegis inſultibus liberaret. Interiori gratiæ inſpirationi, ut olim S. Joſeph Angeli monito obſecutus eſt dicentis: *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge.* Matth. 2. 13. Deum ex Ægypto cum populo ſuo liberatum facer Textus habet, quia cùm populus Iſraël Deo ſacrificare ibi non poſſet, in illo & cum illo captivus Deus videbatur: Unde Moyſes & gentis, & Dei ejus redemptor prædicatur. *Redemiſti gentem, & Deum ejus.* 2. Reg. 7. 23. Chriſtus in Euchariſtia revera præſens Tartarorum ſacrilegiis inhonoratus fuiſſet: Illum dextera ſua velut in Altari vivente fert Hiacynthus, & ferendo ſine intermiſſione adorat. Deiparæ Virgini ima-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ginem ſiniſtro brachio accipit & portat, ne à Barbaris frangatur & conculcetur. Quidni igitur de ipſo aliquo ſenſu dici poſſit, *Redemiſti Deum, & Matrem ejus?* Æneam patrem ſuum, ac Deos Penates ex Troiæ incendio liberaſſe, & per medios ignes humeris portaſſe, Poëtæ narrant, & eo nomine religionem ejus ac pietatem maximè commendant, quod & Seneca Philoſophus facit. *Tulit Æneas Patrem* (inquit) *per media hoſtium agmina, tulit illum per ignes: & quid non pietas poteſt?* Hiacynthus per media Tartarorum agmina ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & ingentis ponderis imaginem Deiparæ Virginis portat, & ab eorum profanationibus eripit: *Et quid non pietas poteſt?* Quid verò mirum, ſi tantæ molis & ponderis imago inter Hiacynthi brachia levis ſit, & facilè feratur? *Gravia in centro non gravitant* (inquiunt Philoſophi.) Brachia caſtiſſimi Hiacynthi ſunt Mariæ Virginis ſanctiſſimæ centrum; ſiquidem amicus illius eſt, & ſervus devotiſſimus. Agilitas tam admirabilis Hiacynthi noſtri ex Chriſti corpore quod dexterâ geſtat, primitus derivatur. *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Chriſti corpus in Sacramento Euchariſtiæ intellige. *Circa hoc corpus veræ aquilæ ſunt, quæ alis circumvolant ſpiritualibus.* Ne miremini igitur, Auditores, ſi Hiacynthus ſacro illo depoſito Euchariſtiæ, & imaginis Virginis Deiparæ oneratus tanta celeritate fugiat, iterumque ſuper aquas ambulet: Aquila enim ſpiritalis, immò Angelus eſt. Denique ſacra illa pignora, corpus ſcilicet Domini, & imago matris ejus, non ſunt onera, ſed ornamenta. Nam *Geſtare hunc, cui ſervire regnare eſt, non eſt onerari, ſed ornari.* Levitas Arcam fœderis portaſſe, & ab ea viciſſim fuiſſe portatos, quia Deus in ea reſidens eos roborabat, agileſque & alacres efficiebat, tam piè quàm ingenioſè commentatur Hugo Cardinalis. *Ferebant Arcam, & ab ea viciſſim ferebantur.* Hiacynthus dexterâ manu

Virgil. Senec. lib. de benef.

Matth. 24. 28.

S. Ambroſ.

S. Bernard.



non Arcam tantùm ſed Deum Arcæ portat, ſiniſtrâ imaginem Deiparæ Virginis, quam Eccleſia *Fœderis Arcam* ſalutat. Hinc tam admirabili agilitate per medio barbarorum cuneos fugit, & ſuper aquas incedit: *Ferebat Arcam, & ab ea ferebatur.*

II. S. Hiacynthus Eccleſiæ propagator egregius in Septentrionalibus plagis. S. Joannes inter fundamenta cœleſtis Jeruſalem Hiacynthum vidit: *Fundamentum undecimum Hiacynthus.* Inter fundamenta militantis Eccleſiæ, inter Evangelicos Prædicatores Hiacynthus emicet, cui nihil deſit ut tam ſancto miniſterio glorioſè fungeretur. Tres præſertim dotes Concionatori Evangelico ſunt neceſſariæ, ſcientia, zelus, vita exemplaris & ſancta. Tres illas dotes in Hiacyntho Polonia, imò omnes regiones Septentrionales ſuſpexerunt. In Theologia & Jure Canonico ita eruditus evaſit, ut ſæculi ſui prodigium haberetur. Quâ verò methodo uſum putas ut ſcientias acquireret? Quo ordine? Quo ſtudio? Quo fine? S. Bernardi Regulam in ſtudiis ſecutus eſt. Dedit enim operam *Ut id prius ſciret, quod maturius ad ſalutem: Ut id ardentius, quod vehementius ad amorem: Ut* denique *non ad inanem gloriam aut curioſitatem, ſed ad ædificationem.* Prophetas, Evangelium, Apoſtolos, priùs legit quàm Philoſophos: Libros ſpirituales legit, relictis Oratoribus & Poëtis. *Id prius quod maturius ad ſalutem.* Cum incredibili diligentia & ardore animum ad ea ſtudia adjungit, quæ illum magis ad Deum evehere poſſunt, & divini flammas amoris in corde ejus accendere. *Id ardentius, quod vehementius ad amorem.* Curioſitate non ducitur in ſtudiis, non doctus eſſe cupit ac fatagit ut novis opinionibus nomen ſibi faciat, ut ſectæ alicujus Philoſophorum vel Thelogorum Auctor ſit ac Magiſter, ut ad Eccleſiaſticas Dignitates iter ſibi aperiat, ſed ut Chriſti propaget imperium, ut Animarum ſaluti cooperetur; ut in gelidis

Apoc. 21. 20.

S. Bernard.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Septentrionis plagis ignem illum accendat, quem
Chriſtus venit mittere in terram, & quem in omnium
cordibus vult ardere. *Non ad inanem gloriam, aut cu-
rioſitatem, ſed ad ædificationem.* Non ſe ipſum præ-
dicat, ſed *Jeſum, & hunc crucifixum.* Conciones ejus
Ezech. 33. 32. non delectant ſolùm Auditores ut *carmen muſicum*,
ſed commovent ad prælium contra pravas cupiditates,
adverſùs carnem, mundum & diabolum, *Quaſi tuba*
Iſai. 58. 1. *vocem exaltans.* Non ex iis concionatoribus eſt, qui
2. Cor. 2. 17. *Adulterant verbum Dei,* quærentes *voluptatem, non*
S. Greg. M. *prolem,* loqui ſtudentes placentia, prurientes auribus,
& ad fabulas converſi. Chriſtum in cordibus audito-
rum formare ſtudet: Sermones ejus flammei ſunt: Ver-
bum ejus Verbum æternum imitatur, quod ſpirat amo-
rem. Scientia ejus machina eſt, per quàm ſtructura
caritatis aſcendit. Luci ac ſplendori ſcienciæ, zelum ad-
S. Bernard. dit & ardorem, perſuaſum habens quòd *Lucere tan-
tum, vanum: ardere tantum, parum: lucere & arde-
re, perfectum.* Fidei & Evangelii lucem per omnes
Septentrionis regiones circumfert, caritatis flammas
circumquaque diffundit, in Dania, Norvegia, Sue-
cia, Scotia, Moſcovia, Tartaria, Lituania, Polonia,
Livonia, Ruſſia, Bohemia, Walachia, Moldavia,
Tranſylvania. *Lampades ejus lampades ignis atque
flammarum:* Vel, ut habet alia Verſio, *Alæ ejus alæ
ignis atque flammarum.* Conſtantinopolim uſque ver-
bum Dei prædicaturus advolat, in Catanenſem provin-
ciam Sinarum maris finitimam diſcurrit, Chriſti no-
men annuncians. *Alæ ejus alæ ignis atque flamma-
rum.* Illius zelo totus erat anguſtus orbis. Quàm ar-
dens, quàm indefeſſus fuit Hiacynthi zelus in revo-
candis ad Romanæ Eccleſiæ unitatem, communinio-
nem & obedientiam Chioviæ ſchiſmaticis, fremente
licèt ac extrema quæque minante Waldomiro Rege.
De ipſo itaque dicamus, quod de ſancto quodam Epiſ-
copo S. Bernardu ad Innocentium II. Romanum Pon-



tificem ſcribens: *Regia indignatio prohibere non po-
tuit Spiritum libertatis accenſum adverſus carnem &
ſanguinem.*

Exemplo denique non minùs efficaciter Evangelium
Chriſti prædicat Hiacynthus, quàm verbo, Domi-
num Jeſum imitatus, qui *cœpit facere, & docere:*
Regulam ſibi proponens quam Timotheo ſuo tradidit
Apoſtolus: *Exemplum eſto fidelium in verbo, in con-* 1. Tim. 4. 12.
*verſatione, in caritate, in fide, in caſtitate.* Hiacyn-
thi vita, Scripturæ Sacræ commentarius eſt, Evange-
gelii breviarium, lectio vivens, animata prædicatio,
quæ vitii horrorem, amorem virtutis inſpirat. Quàm
benè illi convenit contra avaros declamare, qui reli-
ctis nobilis & opulentæ familiæ opibus Evangelicam
paupertatem in Ordine Mendicante profeſſus eſt dicens:
*Meum ergo paupertas Chriſti patrimonium eſt.* Quàm S. Ambroſ.
bene illi convenit contra ambitioſos invehi, qui inſi-
gnis Eccleſiæ Cracovienſis Canonicatu abdicato, Reli-
gioſum habitum induit, Dignitatibus Eccleſiaſticis re-
nuncians, quas natalium ſplendor, amplitudo merito-
rum, auctoritas avunculi Cracovienſis Epiſcopi ipſi
polliceri videbantur. Senem avunculum in Epiſcopali
miniſterio pro viribus juvabat concionando, viſitan-
do Diœceſim, doctrina, & exemplis Cleri populique
mores reformando, ut de illo jure merito dici poſſit,
quod de Venerabili Thoma S. Victoris ad muros Pari-
ſienſes Priore ſcribit ad Innocentium II. Pontificem
Maximum Pariſienſis Epiſcopi nomine S. Bernardus:
*Epiſcopi nomen non gerebat, ſed exercebat opus; hono-* Epiſt. 15.
*re ſpreto, opus totis viribus ſupportabat.* Quàm be-
ne Chriſti mortificationem perſuadebat Hiacynthus,
eam in corpore ſuo circumferens, quod non modò re-
gulari menſium ſeptem jejunio, & perpetuâ à carni-
bus abſtinenentiâ macerabat, ſed ſolo pane & aqua
ſuſtentabat ſextis quibuſlibet feriis, nec non Vigiliis
Deiparæ Virginis & Apoſtolorum, ſinguliſque nocti-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bus acerbis flagellis uſque ad ſanguinis effuſionem in ſervitutem redigebat, ſe ipſum exhibens hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem:

III. S. Hiacynthus miraculorum patrator in gratiam Chriſtianorum illum invocantium per totum orbem potentiſſimus. Nec ſanctis omnibus miraculorum donum Deus contulit; *Non in omnibus Memoriis Martyrum Deus miracula fieri voluit* (inquit S. Auguſtinus) nec iis quibus contulit, æqualiter dedit. Sunt qui in locis duntaxat ubi ſepulta ſunt eorum corpora, aut ſacræ Reliquiæ coluntur, miracula faciunt; alii in Templis aut Altaribus Deo in eorum memoriam dicatis: Alii in Provinciis aut civitatibus quarum ſunt ſingulares patroni. Sanctus verò Hiacynthus per orbem univerſum ſuccurrit omnibus qui illum invocant in corporis & animæ morbis, in periculis, in anguſtiis. Brachia ejus armamentarium ſunt Eccleſiæ, ubi arma defenſionis noſtræ, Chriſtus & Maria depoſita ſunt. Miles quidam Gedeonis vidit in ſomnis panem qui in caſtra Madianitarum volvebatur, & deſcendebat: Cumque perveniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud atque ſubvertit, & terræ funditus coæquavit. Quod ſomnium cum uni ex commilitonibus ſuis narraret, reſpondit ille: *Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis: Tradidit enim Dominus in manu ejus Madian, & omnia caſtra ejus.* Sacroſanctam Euchariſtiam dexterâ portas, Hiacynthe, panem vivum qui de cœlo deſcendit: Patrocinium tuum imploramus in tentationibus. Panis iſte gladius erit, quo victoriam adverſùs noſtræ ſalutis hoſtes nobis procurabis: *Non eſt hic aliud niſi gladius Gedeonis.* Imaginem Deiparæ Virginis altera manu geſtas: Virginis igitur ſanctiſſimæ interceſſione, quæ *Terribilis* eſt dæmonibus *ut caſtrorum acies* ordinata, victoriam de tentationibus & infeſtationibus dæmonum nobis obtinebis. Sed & corporis ſanitatem, & morborum curationem graviſ- Judic. 7. 4.



ſimorum nobis impetrabis. *Numquid reſina non eſt in Galaad, aut Medicus non eſt ibi?* Benigniſſimum utique & optimum habemus Medicum S. Hiacynthum, cui non ſolùm ægros curare, ſed & mortuos aliquando ſuſcitare à Deo datum eſt. *Numquid Medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?* Medici terreni nec omnis generis morbos, nec ſine remediorum naturalium applicatione, phlebotomia, pharmacis, unguentis, nec ſubitò curare poſſunt. Hiacynthus graviſſimas, diuturnas & inveteratas, extremas, deſperatas ægritudines ſola interceſſione ſua apud Deum, ſine mora curare perfectè poteſt, quia ſuæ participem poteſtatis fecit illum Dominus qui ſolo verbo, ſolo imperio, plenam & integram ſanitatem quibus vult ægrotis ſubitò reſtituit. *Introibo in potentias Domini.* Scitote igitur quia *Mirificavit Dominus ſanctum ſuum*: Et quem ſui ſæculi miraculum fecit, eumdem fecit ſecutis & futuris ſæculis miraculorum toto orbe patratorem in gratiam omnium qui illum invocant. *Fidelis Deus, ſe ipſum negare non poteſt.* Fidelis Maria Virgo Veritatis incarnatæ Mater. In ejus promiſſis fiduciam habere debemus. Promiſit porro Hiacyntho, quicquid à Chriſto Jeſu peteret illum impetraturum. *Gaude, fili Hiacynthe, quia tuæ a Filio meo exaudiuntur preces, & quicquid petendum duxeris, me interveniente conſequeris* Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum Filium ejus. Advocatam habemus apud Filium Mariam matrem ejus. Advocatum habemus & patronum apud Filium & Matrem S. Hiacynthum utriuſque amicum. *Filius oſtendit Patri latus & vulnera... Mater oſtendit Filio pectus & ubera....* Addiderim Hiacynthum Filio & Matri oſtendere linguam & brachia, linguam quæ Filii Evangelium, Matris devotionem zelo tam ardenti prædicavit; brachia quæ ſacroſanctam Euchariſtiam, & venerandam beatiſſimæ Virginis imaginem à Barbarorum injuriis, inſultibus & ſacrilegiis liberarunt.

Jerem. 8. 22.
Pſal. 87. 11.
Pſal. 70. 16.
Pſal. 4. 4.
2. Tim. 2. 13.
S. Bernard.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Verùm ut exaudiri à Deo mereamur S. Hiacynthi interceſſione, coram divina ejus Majeſtate ſiſtere nos debemus, ut Mardochæus olim coram Aſſuero Rege, Eſther. 8. 15. fulgentes *veſtibus Hiacynthinis*: id eſt, S. Hiacynthi virtutes imitari, caſtitatem, orationis aſſiduitatem, mortificationem, mundi contemptum, devotionem erga Deiparam Virginem, zelum pro animarum ſalute. Chriſtianus quilibet ſanctis exemplis Evangelium prædicare tenetur, proximos ſuos ædificare, Septentrionales animas, frigida corda ad Dei amorem excitare. Eccleſ. 17. 12. Nemo enim ſibi ſolummodo vivit. *Unicuique Deus mandavit de proximo ſuo*, quem ſicut ſe ipſum diligere, & ad Deum diligendum pro viribus ducere & excitare ſanctis exemplis & vitâ ſecundùm Evangelium inſtituta debet. Philipp. 4. 8. Igitur, Auditores, *Quæcumque vera, quæcumque pudica, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.* Quæ didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis de Sancto Hiacyntho, hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.

## IN FESTO S. LUDOVICI REGIS, ET CONFESSORIS.

*Similis illi non fuit ante eum Rex, neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi.* iv. Reg. 23. 25.

QUod de Joſia dictum eſt *IV. Regum* Cap. xxiii. S. Ludovico Regi optimo jure applicari poteſt. Ante Joſiam nullus fuit Rex Juda aut Iſraël ſimilis illi, *Qui reverteretur ad Deum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, & in univerſa virtute, juxta omnem legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi.* Ante S. Ludovicum non fuit ſimilis Rex Francorum in pietate, juſtitia, magnanimitate Chriſtiana, Dei &



Eccleſiæ amore, nec poſt eum ſurrexit ſimilis illi. Joſias *tulit abominationes impietatis*, Eccli. 49. 3. S. Ludovicus blaſphemias, duella, uſuras, ludos aleatorios, ſpectacula eradicavit, Albigenſium hæreſim exterminavit. De Joſia ſcriptum eſt: *Gubernavit ad Dominum cor ipſius.* S. Ludovicus ſecundùm Legem Dei, magis quàm ſecundùm humanæ politicæ regulas Regnum ſuum moderatus eſt: Et ſive de legibus ferendis, ſive de gerendo bello, ſive de ſancienda pace ageretur, ſive de jure ſubditis ſuis reddendo, cor & voluntatem Dei ceu normam omnium motuum actionumque ſuarum conſulebat. *Joſias in diebus peccatorum corroboravit pietatem.* S. Ludovicus in Regia familia & Aula ſua, in omnibus Regni ordinibus, in univerſo Regno pietatem pro viribus promovit, & legibus, monitis, exemplis ſanctiſſimis roboravit. Similis non fuit ante S. Ludovicum Rex, nec poſt eum ſurrexit ſimilis in Regni interioris ordinatione, in Regni inferioris adminiſtratione, in Regni ſuperioris protectione. Regnum interius, Anima ipſius & corpus erat, in quo paſſiones ordinandæ & coercendæ. Regnum exterius Gallia, in qua populus regendus & defendendus. Regnum ſuperius Eccleſia, quæ adjuvanda & protegenda Regia auctoritate. 1. Nemo Regum ſimilis fuit S. Ludovico in Regni interioris, id eſt, paſſionum ſuarum ordinatione & coercitione. 2. Nemo Regum ſimilis S. Ludovico in Regni inferioris, id eſt, Francorum juſto regimine. 3. Nemo Regum S. Ludovico ſimilis in Regni ſuperioris, id eſt, Eccleſiæ protectione.

I. Regnum quod intra hominem eſt benè regitur, cùm omnia benè ſunt in eo ordinata, cùm ſcilicet corpus animæ, appetitus inferior rationi, anima Deo, ratio divinæ legi ſubdita eſt; cùm animi cupiditates ſeu paſſiones coërcentur ac refrenantur, ne regnet peccatum in mortali noſtro corpore; & in id omnia ſtu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Verùm ut exaudiri à Deo mereamur S. Hiacynthi interceſſione, coram divina ejus Majeſtate ſiſtere nos debemus, ut Mardochæus olim coram Aſſuero Rege, *Eſther. 8. 15.* fulgentes *veſtibus Hiacynthinis*; id eſt, S. Hiacynthi virtutes imitari, caſtitatem, orationis aſſiduitatem, mortificationem, mundi contemptum, devotionem erga Deiparam Virginem, zelum pro animarum ſalute. Chriſtianus quilibet ſanctis exemplis Evangelium prædicare tenetur, proximos ſuos ædificare, Septentrionales animas, frigida corda ad Dei amorem exci- *Eccleſ. 17. 12.* tare. Nemo enim ſibi ſolummodo vivit. *Unicuique Deus mandavit de proximo ſuo*, quem ſicut ſe ipſum diligere, & ad Deum diligendum pro viribus ducere & excitare ſanctis exemplis & vitâ ſecundùm Evangelium in- *Philipp. 4. 8.* ſtituta debet. Igitur, Auditores, *Quæcumque vera, quæcumque pudica, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.* Quæ didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis de Sancto Hiacyntho, hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.

---

## IN FESTO S. LUDOVICI REGIS, ET CONFESSORIS.

*Similis illi non fuit ante eum Rex, neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi.* iv. Reg. 23. 25.

QUod de Joſia dictum eſt *IV. Regum* Cap. XXIII. S. Ludovico Regi optimo jure applicari poteſt. Ante Joſiam nullus fuit Rex Juda aut Iſraël ſimilis illi, *Qui reverteretur ad Deum in toto corde ſuo & in tota anima ſua, & in univerſa virtute, juxta omnem legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi.* Ante S. Ludovicum non fuit ſimilis Rex Francorum in pietate, juſtitia, magnanimitate Chriſtiana, Dei &



Eccleſiæ amore, nec poſt eum ſurrexit ſimilis illi. Jo- *Eccli. 49. 3.* ſias *tulit abominationes impietatis*, S. Ludovicus blaſphemias, duella, uſuras, ludos aleatorios, ſpectacula eradicavit, Albigenſium hæreſim exterminavit. De Joſia ſcriptum eſt: *Gubernavit ad Dominum cor ipſius.* S. Ludovicus ſecundùm Legem Dei, magis quàm ſecundùm humanæ politicæ regulas Regnum ſuum moderatus eſt: Et ſive de legibus ferendis, ſive de gerendo bello, ſive de ſancienda pace ageretur, ſive de jure ſubditis ſuis reddendo, cor & voluntatem Dei ceu normam omnium motuum actionumque ſuarum conſulebat. *Joſias in diebus peccatorum corroboravit pietatem.* S. Ludovicus in Regia familia & Aula ſua, in omnibus Regni ordinibus, in univerſo Regno pietatem pro viribus promovit, & legibus, monitis, exemplis ſanctiſſimis roboravit. Similis non fuit ante S. Ludovicum Rex, nec poſt eum ſurrexit ſimilis in Regni interioris ordinatione, in Regni inferioris adminiſtratione, in Regni ſuperioris protectione. Regnum interius, Anima ipſius & corpus erat, in quo paſſiones ordinandæ & coercendæ. Regnum exterius Gallia, in qua populus regendus & defendendus. Regnum ſuperius Eccleſia, quæ adjuvanda & protegenda Regia auctoritate. 1. Nemo Regum ſimilis fuit S. Ludovico in Regni interioris, id eſt, paſſionum ſuarum ordinatione & coercitione. 2. Nemo Regum ſimilis S. Ludovico in Regni inferioris, id eſt, Francorum juſto regimine. 3. Nemo Regum S. Ludovico ſimilis in Regni ſuperioris, id eſt, Eccleſiæ protectione.

I. Regnum quod intra hominem eſt benè regitur, cùm omnia benè ſunt in eo ordinata, cùm ſcilicet corpus animæ, appetitus inferior rationi, anima Deo, ratio divinæ legi ſubdita eſt; cùm animi cupiditates ſeu paſſiones coërcentur ac refrenantur, ne regnet peccatum in mortali noſtro corpore; & in id omnia ſtu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dia omneſque conatus incumbunt, ut Regnum Dei ſit intra nos, & nobis dominetur Chriſtus Jeſus Rex & Salvator noſter. Hæc prima fuit & præcipua S. Ludovici cura.

Plura in Principibus inveniri ſolent gratiæ impedimenta: intus paſſiones eò vehementiores, quò impunitæ; exteriùs mundi & aulæ aura peſtilens: Intus falſæ ideæ humanæ celſitudinis & independentiæ; exteriùs adulatorum circumſtantium turba; paucitas Prophetarum qui dicere illis audeant, *Non licet*. Hinc divitiæ
S. Auguſt. *ſatellites voluptatis*. Hinc poteſtas, gloria, dominatio, irritamenta ſuperbiæ. Hinc voluptates & deliciæ ſponte ſe ingerentes, & Regiæ Majeſtatis velut inſeparabiles comites. Ideo Tertullianus ſcitè ſcripſit: *Cæſares credidiſſent ſuper Chriſto, ſi aut Cæſares non eſſent ſæculo neceſſarii, aut ſi Chriſtiani potuiſſent eſſe Cæſares.* S. Ludovicus paſſiones ſuas ordinavit, divinæque Legis & gratiæ imperio perfectè ſubjecit. Dominandi libidinem humilitate; naturæ propenſionem ad voluptates ac delicias pœnitentia & mortificatione; divitiarum amorem earum contemptu & profuſione in pietatis opera & in pauperes moderatus eſt, coercuit, extinxit. Probationes ſubminiſtrat Vitæ
2. Reg. 19. 27. ejus Hiſtoria. Verè de S. Ludovico dici poteſt: *Tu Domine Rex, ſicut Angelus Dei es.* Humilitas S. Ludovici in titulis, in habitu, in converſatione cum pauperibus eluxit. Ludovici Piſſiacenſis nomine magis gloriabatur, quàm Francorum Regis, quòd Piſſiaci ſacro baptiſmate renatus eſſet; pluris faciens Chriſtiani caracterem ac nomen, quàm Regiæ dignitatis celſitudinem; glorioſiùs exiſtimans eſſe Chriſti ſervum, Dei filium, quàm florentiſſimi Regni Dominum. Vulgari veſte utebatur, ut luxum, faſtum, delicias exemplo ſuo ex Aula eliminaret. *Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt*, Regum qui mundi leges ac mores ſequuntur, non in domo Ludovici, qui Chriſti



humilitatem profitetur. Chriſtianæ juſtitiæ & ſanctitatis indumentum magnificis, auroque & gemmis contextis & radiantibus veſtibus præponit, ut verè dicere poſſit: *Juſtitiâ indutus ſum, & indui me ſicut dia-* Job. 29. 14.
*demate, judicio meo.* Flexis genibus pauperibus miniſtrat, ad Leproſi pedes procumbit, Confeſſario ſuo ſumma animi demiſſione obedit, militum in Damiatæ obſidione occiſorum corpora tabo fluentia propriis manibus ſepeliebat. *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens.* Quis enim hominum Regem potentiſſimum humiliare potuiſſet? Solus Deus Reges magnos humiliare poteſt, & hanc ab illis vel invitis extorquere confeſ-
ſionem: *Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo.* At ſponte co- 2. Machab. 9. 12.
ram Deo & hominibus ſe humiliat Ludovicus, de Re-
gia nihil remittens magnanimitate. *Incurvati ſunt* Habac. 3. 6.
*colles mundi ab itineribus æternitatis ejus.* Filium Dei è cœlis de ſede magnitudinis ſuæ, ut homines ſalvos faceret, deſcendiſſe; habitu inventum ut hominem, aſſimilatum per omnia hominibus, excepto peccato, conſiderans S. Ludovicus, ſub Dei Majeſtate ſe incurvat & humiliat. *Incurvati ſunt colles mundi.* Glorioſam humilitatem ſi aliqui contemnant inſipientes, heroïco dicet animo quod olim David ſuperbæ Michol reſpondit illum irridenti quòd nudo capite, Ephod lineo accinctus, & tripudians Arcam Domini comita-
tus eſſet: *Ante Dominum qui elegit me, & præcepit ut* 2. Reg. 6. 21.
*eſſem dux ſuper populum Domini in Iſraël, vilior fiam plus quam factus ſum, & ero humilis in oculis meis,*
*& glorioſior apparebo.* Cum eodem Davide dicet: *Do-* Pſal. 130. 1.
*mine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei: neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Mirum eſt,* ait S. Gregorius Magnus *cum in cordibus ſublimium regnat humilitas morum. Potentes quippe cùm humiliter ſapiunt, culmen extraneæ quaſi virtutis attingunt. Hac virtute Dominum quantocyus placant, quia illud ei ſacrificium of-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ferunt, quod Potentes vix invenire poſſunt.* S. Ludovici humilitas cum incredibili magnanimitate conjuncta, quæ Saracenis ipſis admirationi fuit, cum ab iphs captivus in Paleſtina cum exercitu ſuo detineretur.

S. Ludovicus naturæ propenſionem ad delicias & voluptates pœnitentia & Chriſtiana mortificatione coercet ac reſtrænat. Jejunia, cilicii aſperitatem, humiliationes, vigilias & longas in oratione proſtrationes, innocentis corporis flagellationem & diſciplinam, continentiam ab omnibus voluptatibus, cogitate. Ita caſtigat corpus ſuum, & in ſervitutem redigit. Nulla major illi voluptas, quàm faſtidium totius voluptatis, quàm ſæculi totius contemptus. Amatæ ſunt illi mundi deliciæ, qui fide, ſpe, caritate, oratione aſſidua & ferventi Deo conjunctus, guſtat quàm ſuavis eſt Dominus. Quas poſſidet opes & Regios theſauros non oſtentat, ut olim Ezechias, ſed contemnit, & in opera caritatis profundit, in pauperum ſuſtentationem, Xenodochiorum fundationem, Eccleſiarum erectionem, Monaſteriorum extructionem & dotationem.
Eccli. 31. 8. *Beatus dives qui inventus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui potuit transgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum.* Heroïca illa Chriſtianæ humilitatis, mortificationis, & caritatis exercitia Sanctum Regem admirabili quodam modo Martyrem
S. Bernard. conſecrarunt. *Quid enim mirabilius? Quod Martyrium gravius, quàm eſurire inter epulas, algere inter veſtes, paupertate premi inter divitias quas oſtendit mundus, quas offert Malignus, quas deſiderat noſter iſte appetitus?*

II. Nemo Regum S. Ludovico ſimilis in Regni in-



ferioris ſive ſubditorum populorum juſto regimine, nemo prudentior, nemo juſtior, nemo clementior. Nec Carolo fratri Andegaviæ Comiti, nec Regni Proceribus aliquid uſquam contra juſtitiam permittere voluit. Proprias injurias facilè condonabat, Dei injurias ſeverè vindicabat. Blaſphemias, duella, uſuras, ludos aleatorios Edictis ſuis prohibuit & à Regno eliminavit. Conſuetudines iniquas & pravas, quantumcumque longævas, ſi commodè poterant, aboleri, & exactiones indebitas amoveri jubebat: Præpoſituras ſuas aliquo pecuniæ vel redituum detrimento committi maluit bonis & fide dignis perſonis, quam vendi cum augmento ſuo vel lucro; nullum emolumentum ſuum aut lucrum reputans cum detrimento juſtitiæ vel populi nocumento, ut Vitæ ejus Hiſtoria teſtatur. Miſericordiâ & clementiâ, ad quam erat propenſiſſimus, juſtitiæ rigorem temperabat, gravioribus criminibus exceptis, in quibus nullus ipſi gratiæ & remiſſioni locus videbatur, ut ſacri illius oraculi veritatem in ſui Regni adminiſtratione oſtenderet. *Miſeri-* Prov. 20. 28.
*cordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus ejus.* Coram ipſo erubeſcebant improbi, illumque judicem verebantur. *Rex qui ſedet in* Prov. 20. 8.
*ſolio judicii intuitu ſuo diſſipat omne malum.* Cauſas pauperum bis in hebdomada audiebat, juſque ipſis reddebat abſque perſonarum acceptione, ſacri illius oraculi memor: *Beati qui cuſtodiunt judicium, & fa-* Pſal. 105. 3.
*ciunt juſtitiam in omni tempore.* Pietati & clementiæ modum adhibebat incomparabilis ejus prudentia, ne remiſſionum & gratiarum facilitate ac ſpe impunitatis crimina graſſarentur. Domeſticorum & familiarium crimina ſeveriùs puniebat quàm extraneorum, certum ac perſpectum habens, quòd *Enervato vigore juſtitiæ,* S. Petrus
*ſtatus evertitur diſciplinæ. Inordinata pietas nutrit* Damiani.
*impietatem, & timida manus Medici vulnus auget ægroti.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In bellis quæ gerere adversùs Chriſtianos aliquos Principes rerum neceſſitas, & juſta Regni, vel fœderatorum ſuorum defenſio compulerunt, in quibus fortitudinis & magnanimitatis Heroïcæ ſpecimen dedit, divinæ prope moderationis præbuit exemplum, victis pacem æquis conditionibus concedens, Harſacidarum Regem Vetulum de Montanis, qui miſſis ad eum interficiendum hominibus, mutato divinitus animo impium & crudele mandatum retractaverat, non modò pace donavit, ſed amicitiæ teſtimoniis proſecutus eſt. Omnes denique victorias & proſperos eventus Deo tribuit, ſe tunc maximè Chriſti pietate victum oſtendens, cùm hoſtium victor erat. *In hoc eſt perfecta victoria, ſi is cui victoria Chriſto donante tribuitur, à ſola Chriſti pietate vincatur.*

S. Petrus Damiani Epiſt. ad Henricum II Imp.

III. Nemo Regum S. Ludovico ſimilis fuit in Eccleſiæ protectione. Sacræ Expeditiones pro Eccleſiæ finibus propagandis ſuſceptæ; miſſa ad Magnum Cham & Principem Tartarorum Legatio ut eos Chriſtiana fide à paucis annis imbutos & baptiſmo initiatos in vera Religione confirmaret, atque ad Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum Matris, eique præſidentis Jeſu Chriſti Vicarii reverentiam & obedientiam adduceret: Labores in bello ſacro exantlati, captivitas æquo animo tolerata, morbi graviſſimi, mors quam in extrema expeditione paſſus eſt peſtilentiâ correptus; Leges pro Eccleſiæ bono latæ, illius pro Eccleſiæ promovendis utilitatibus zelum teſtantur. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore... Quomodo Reges ſerviunt Domino in timore, niſi ea quæ contra Domini juſſa fiunt religioſa ſeveritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim ſervit quà homo eſt, aliter quà Rex eſt. Quà homo eſt, ei ſervit vivendo fideliter; quà Rex eſt, ſervit Leges juſta præcipientes & contraria prohibentes convenienti vigore*

Pſal. 2, 10. 11.

S. Auguſt. Epiſt. ad Bonifac. Comit.



*ſanciendo. In hoc itaque Domino ſerviunt Reges in quantum ſunt Reges, cùm ea faciunt ad ſerviendum illi, quæ non poſſunt facere niſi Reges.*

Lugdunum adiit S. Ludovicus, ut Innocentium II. qui Generale Concilium in ea Urbe contra Fredericum II. Imperatorem, & pro aliis Eccleſiæ negotiis celebraverat, veneraretur, & cùm ejus Sanctitate de ſanctæ Matris Eccleſiæ rebus, & urgentibus neceſſitatibus conferret. Cum antea Regni ſui Prælatos Romam à Gregorio IX. ad Concilium vocatos, à Frederici filio captos in itinere, & in carcere detentos audiviſſet, rogavit primùm Imperatorem ut eos libertate donaret: Tum moras nectentem graviſſimis literis, & Chriſtianam magnanimitatem Regis Eccleſiæ devotiſſimi ſpirantibus ad eos dimittendos compulit. *Prælatos*, inquit, *Regni noſtri ad Sedem Apoſtolicam accedentes, cui tamen fide, quàm ex obedientia tenebantur, nec ejus poterant recuſare mandata, in Mari, quod moleſtè ferimus, capi feciſtis, & ipſos ſub gravi cuſtodia detinetis.... Decet Altitudinem noſtram dictos Prælatos Regni noſtri debitæ reſtituere libertati. Provideat igitur Imperialis providentia, & ponat in ſtatera judicii quæ mandamus, ne velit trahere locum à potentia vel voluntate. Nam Regnum Franciæ non eſt adeo debilitatum, quòd ſe permittat veſtris calcaribus perurgeri.*

Geſta S. Ludovici à Guillelmo de Nangiaco ſcripta.

Philippo filio ſuo Eccleſiæ protectionem, devotionem ac filialem reverentiam & obedientiam Sedi Apoſtolicæ & Romano Pontifici, ſupremis Mandatis commendavit. Modeſtiſſimæ ac religioſiſſimo Principe dignæ reſponſionis à Philippo Auguſto datæ cuidam ex Conſiliariis ſuis, admonenti jura ipſius ab Eccleſiaſticis viris uſurpari, multa damna ejus Majeſtati inferri, mirum eſſe quod ita toleraret; filium ſuum memorem eſſe juſſit S. Ludovicus; *Quando* (inquit) *cogito beneficia quæ mihi Dominus contulit, melius volo*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*pati, quàm inter me & Eccleſiam ſcandalum ſuſcitare.*

Eccleſiaſticam Diſciplinam & pacem auctoritate ſua ſemper munivit ac promovit. Ad Eccleſiaſtica beneficia ſummo delectu, & de Virorum Religioſorum conſilio nominabat Clericos Litteratos & pios, nullum aliud beneficium poſſidentes; ne ſacris Canonibus fieret injuria; & ambitio cupiditaſque foverentur. Animo enim penitus inditam habebat præclaram illam S. Iſidori ſententiam: *Principes ſæculi,* (S. Iſidor. lib. de Summo Bono.) *intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut per eamdem poteſtatem Diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. . . . Sæpe per Regnum terrenum Regnum cæleſte proficit . . . Cognoſcant Principes ſæculi Deo debere ſe reddere rationem pro Eccleſia ſua quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſive augeatur pax & Diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſive ſolvatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit.*

Sancti Regis exemplis nos conformemus, Auditores, cupiditatibus noſtris dominemur, illas ordinemus & ſubjiciamus Dei legi & gratiæ, ne peccatum nobis dominetur. S. Ludovici humilitatem imitemur. Si Rex maximus & potentiſſimus adeo ſe humiliavit, ut Regnum ſublimius, cœleſte, & æternum conſequeretur, ad quod ſine humilitate non pervenitur, aliquamne excuſationem afferre poſſint cujuſvis ordinis & conditionis Chriſtiani, Principes, ſubditi, nobiles, plebeii, quo minùs ſanctam humilitatem exerceant? Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei: Humiliamini de vobiſmet ipſis modeſtè ſentiendo: Omnium poſtremos & indigniſſimos peccatores coram Deo vos exiſtimantes. Non tantùm verbis, ſed habitu & converſatione Chriſtianam humilitatem demonſtrate. A S. Ludovico diſcant divites & potentes, *Non ſublime* (1. Timoth. 6. 17. 18.) *ſapere, nec ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo,*



*vivo, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſauriſare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Diſcant *uti hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura hujus mundi.* A S. Ludovico diſcant (1. Corint. 7. 31.) homines qui voluptatum magis ſunt amatores quàm Dei, *Carnis curam non facere in deſideriis, mortificare membra ſua,* (Rom. 13. 14.) orationibus aſſiduis, jejuniis, continentiâ corpus ſuum Deo conſecrare, pœnitentiâ expiare peccata ſua. Rex innocens auſteram pœnitentiam egit toto vitæ ſuæ tempore: Et nos omnium notatum peccatores pœnitentiam agere recuſabimus? Diſcant Patres-familiâs à S. Ludovico ſanctam filiorum educationem. Diſcant Magiſtratus rectam adminiſtrationem juſtitiæ abſque negligentia, abſque perſonarum acceptione. Diſcant quicumque aliis præſunt, officio conſulendi præeſſe, propter eorum, quos regunt, ſalutem; non libidine dominandi. Si non movet eos S. Ludovici exemplum, terreat ſaltem Dei judicium. *Audite ergo Reges & intelligite, diſcite Judices* (Sap. 6. & ſeqq.) *finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis Miniſtri regni illius, non rectè judicaſtis: nec cuſtodiſtis Legem juſtitiæ, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè & citò apparebit vobis: Quoniam judicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujuſquam: Quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.* Diſcant omnes à S. Ludovico, diligere juſtitiam, odiſſe iniquitatem, diſcant *ſobriè,* (Tit. 2. 12.) *piè, juſtè, vivere in hoc ſæculo exſpectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ Magni Dei & Salvatoris noſtri Je-*

*ſu Chriſti.* Diſcant omnes Eccleſiam revereri & amare, Prælatos & viros Eccleſiaſticos venerari, tueri Eccleſiam, ſi potentes in terra ſint; ſin minùs, pro ejus protectoribus, & maximè pro Rege Chriſtianiſſimo Deum orare, ut det illi *vitam prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcumque hominis & Cæſaris vota ſunt.*

*Tertull. Apolog. Cap. 30.*

---

## IN FESTO NATIVITATIS B. MARIÆ VIRGINIS.

*Liber generationis Jeſu Chriſti ... Jacob genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Jeſus, Qui vocatur Chriſtus.* Matt. 1.

DEus *ſcientiarum Dominus*, qui librum æternum habet, in quo ſunt conſcripti quos ad vitam æternam prædeſtinavit; alios edidit ad extra libros admirabiles, ſcilicet mundum, Scripturam Sacram Veteris & Novi Teſtamenti, & Virginem Mariam. Liber æternus eſt ipſa Dei notitia, quæ dicitur *Liber vitæ*: De quo Chriſtus Diſcipulos ſuos alloquens: *Gaudete*, inquit, *quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis*. Et Apocalypſis 3. Dominus ait Joanni: *Qui vicerit ſic, veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen ejus de libro vitæ.* In hujus libri capite Chriſti nomen ſcriptum eſt, omnium prædeſtinatorum primi, primogeniti in multis fratribus. Secundùm hunc ſcriptum in illo eſt Mariæ nomen, *De qua natus eſt Jeſus qui vocatur Chriſtus.* Unde ipſi hæc Sapientiæ verba accommodat Eccleſia: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyſſi, & ego jam concepta eram:*

*Luc. 10. 20.*

*Proverb. 8. 22. 23. 24.*



*necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes gravi mole conſtiterant: ante colles ego parturiebar.* Mundum velut librum grandem in tempore Deus edidit, in quo omnipotentiæ ſuæ, ſapientiæ, aliarumque divinarum perfectionum deſcripſit characteres, qui ad ejus cognitionem homines perducunt. *Inviſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque ejus virtus & divinitas: ita ut ſint inexcuſabiles.* Librum alterum edidit Deus, Scripturam Sacram Veteris Novique Teſtamenti in quo Myſteria ſua, ac mandata, omnemque veritatem ad ſanctificationem & ſalutem hominum neceſſariam, Spiritu Sancto ſuo inſpirante ac dictante per ſanctos homines deſcripſit; Librum ſanctum, Librum legis Domini, librum fœderis, librum mandatorum Dei. Tertium denique Librum edidit, Virginem Mariam. *Liber generationis Jeſu Chriſti.* Quo de libro Dominus ait: *Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis.* Septuaginta Interpretum Verſio habet: *Sume tibi ſegmentum chartæ novæ & magnæ.* Libri nomine *maternus* Mariæ Virginis *uterus indicatur*, S. Epiphanio interprete. Charta nova & magna vocatur: *Nova, ob recentem inviolatumque caſtitatis in Virgine florem.* Magna, ob gratiæ plenitudinem, ac Matris Dei dignitatem. *Magna quippe coram Deo pariter & hominibus Maria Virgo extitit. Quis enim non eam magnam prædicet, quæ illum, qui capi nullo modo poteſt, ceperit? Ergo magnum illud volumen eſt ac recens. Magnum, ob miraculum; recens, quia Virgo fuit.* Liber ab æterno in Dei mente conceptus, longo ſæculorum tractu elaboratus: *Negotium ſæculorum* (ait S. Bernardus.)

*Rom. 1. 20.*

*Iſai. 8. 1.*

*S. Epiphan. Hæreſ. 78. n. 31.*

Eo in libro Verbum æternum, Dei Filius, ut ab hominibus videri poſſet, eiſque ſcientiam ſalutis dare, *Digito Dei vivi*, Spiritus Sancti operatione ſcriptum eſt. *Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*Apocal.* 5. 1. *nomen ejus Emmanuel.* Scriptum eſt ſtylo hominis,
quia *In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inven-*
*tus ut homo.* Maria Virgo liber eſt ſcriptus *intus &*
*foris*: quia Verbum æternum & mente & corpore con
*S. Auguſt. lib. de ſancta Virginit. c. 3.* cepit. Immò feliciùs mente quàm corpore. Nam *Ma-*
*terna propinquitas nihil Maria profuiſſet, niſi feli-*
*Apocal.* 5. *Hom.* 5. *cius Chriſtum corde quàm carne geſtaſſet.* Liber clau-
ſus perpetuæ virginitatis ſigillo, quem nemo potuit ape-
rire, niſi *Leo de tribu Juda, radix David.* Liber ex quo
Sanctiſſima Trinitas cognoſcitur. Unde ſic Virginem
Sanctiſſimam compellat S. Gregorius Næoceſarienſis:
*Tu in ſummis ſpiritalis Regiæ axibus lucis ſplendore*
*coruſcas, ubi æternus clarificatus Pater, cujus nacta es*
*obumbrantem virtutem: adoratur Filius, quem carne*
*peperiſti: laudum canticis celebratur Spiritus Sanctus,*
*De qua natus eſt Jeſus.* *qui Magni Regis ortum tuo in utero operatus eſt. Tua*
*operâ, ô gratia plena, Trinitas ſancta & conſubſtantia-*
*lis in mundo cognoſcitur.* Liber eſt per quem Jeſus
Chriſtus innotuit, in quo reconditi ſunt omnes theſauri
*S. Joann. Damaſc. Orat. 1. de B. Mariæ Dormit.* ſapientiæ & ſcientiæ Dei. *Novus liber, in quo inenar-*
*rabili modo Deus Verbum citra omnem manûs operam*
*inſcriptus eſt.* Liber eſt per quem Evangeliſtæ, Lucas
præſertim & Joannes Myſteria plurima didicerunt. Li-
*a Geneſ. 2. b Exod. 3. c Judic. 6. d Exod. 25. & 26. Deuteron. 31. e 3. Reg. 8. f Iſai. 19. 1. S. Proclus Hom. habita Conſtantinopoli ante Concil. Epheſ. & Orat. 5.* ber eſt præclaris figuris ornatus & illuminatus. [a] Para-
diſus terreſtris, [b] Rubus ardens, [c] Vellus Gedeonis,
[d] Arca fœderis, [e] Templum Salomonis, [f] Nubes levis,
Sara, Rebecca, Rachel, Debbora, mulier ſapiens de
Abela, Judith, Eſther, egregiæ Beatæ Virginis Ma-
riæ figuræ. *Hæc ſpiritalis ſecundi Adami Paradi-*
*ſus ... Animatus naturæ rubus, quem divini partus*
*ignis non combuſſit ... Vere levis illa nubes, quæ ſu-*
*per Cherubim ſedentem in corpore ſuo geſtavit. Vellus*
*mundiſſimum cœleſti pluvia madens, ex quo Paſtor*
*ovem induit ... Arca, non quæ Legem portaverit, ſed*
*quæ Legiſlatorem pepererit.*

Liber eſt Beata Virgo, in quo virtutum omnium ca-



racteres ſunt expreſſi, fidei, ſpei, caritatis, virginita-
tis, humilitatis, obedientiæ, patientiæ, modeſtiæ. *Ta-* *S. Ambroſ. Lib. 2. de Virgin. c. 2.*
*lis fuit Maria, ut ejus unius vita omnium ſit diſcipli-*
*na. Si igitur auctor non diſplicet, opus probemus, ut*
*quæcumque ſibi ejus exoptat præmium, imitetur exem-*
*plum. Quanta in una Virgine ſpecies virtutum emi-*
*cant! Secretum verecundiæ, vexillum fidei, devotionis*
*obſequium ... Sic omnia implebat virtutis officia, ut*
*non tam diſceret, quàm doceret.* Verus Deoque ma-
ximè gratus Beatæ Virginis cultus, ejus imitatio. Sancta
naſcitur: Nos peccatores nati ſumus; ſed in Chriſto
renati per Baptiſmum, *eodem Spiritu replente fontem,* *S. Leo M.*
*qui replevit & Virginem*, fideles eſſe debuimus gratiæ,
acceptam in Baptiſmo ſanctitatem ſummo ſtudio cuſto-
dire. Quis noſtrûm id fecit? Quis eſt hic, & laudabi-
mus eum? Unum nobis ſupereſt pœnitentiæ refugium,
ut ſanctitatem & gratiam amiſſam recuperemus. Pœ-
nitentes igitur confugiamus ad Chriſtum per Mariam,
quam nobis Mediatricem apud ſe potentiſſimam dedit.
Mariam veneremur, quia *Sic eſt voluntas ejus qui to-* « *S. Bernard.*
*tum nos habere voluit per Mariam.* Hæc, inquam, «
voluntas ejus eſt, ſed pro nobis. In omnibus ſiquidem «
& per omnia providens miſeris, trepidationem noſtram «
ſolatur, fidem excitat, ſpem roborat, diffidentiam abigit, «
erigit puſillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, «
ſolo auditu territus, ad folia fugiebas: Jeſum tibi de- «
dit Mediatorem. Quid non apud talem Patrem talis Fi- «
lius obtineat? Exaudietur utique pro reverentia ſua; Pa- «
ter enim diligit Filium. An verò trepidas & ad ipſum? «
Frater tuus eſt & caro tua, tentatus per omnia abſque «
peccato, ut miſericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria «
dedit. Sed forſitan & in ipſo Majeſtatem vereare divi- «
nam, quòd licèt factus ſit homo, manſerit tamen Deus. «
Advocatum habere vis & ad ipſum? Ad Mariam recur- «
re. Pura ſiquidem humanitas in Maria, non modò pu- «
ra ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate «



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

» naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipſa pro re-
» verentia ſua. Exaudiet utique Matrem Filius, & exau-
» diet Filium Pater. Hæc peccatorum ſcala, hæc mea
» maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. *Inveniſti*, Luc. 1.
» ait Angelus, *gratiam apud Deum*. Semper inveniet
» gratiam, & ſola eſt gratia quâ egemus, ſola gratia quâ
» ſalvamur. Quid nos alia concupiſcimus? Quæramus
» gratiam, & per Mariam quæramus, quia quod quærit
» invenit, & fruſtrari non poteſt.

## IN EODEM FESTO.

*Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata?* Cantic. vj. 7.

IN tenebris, quas peccatum invexerat, ſedebat humanum genus, ante ortum Chriſti Solis juſtitiæ. Quale igitur gaudium hominibus eſſe poterat? Verùm cùm advenit plenitudo temporis quo Deus Filium ſuum ad illuminationem & redemptionem hominum miſſurus erat, Mariam Virginem præmiſit velut auroram Soli. Hinc ejus ortus gaudium univerſo mundo nuntiavit, ut gratulabunda canit Eccleſia. Progreditur ex Annæ matris utero, cujus nomen gratiam ſignificat in mundum tenebris ignorantiæ & peccati circumfuſum. Progreditur ex Regia & Sacerdotali ſtirpe, ſanctitate & gratia illuſtrior quàm nobilitate. Progreditur de terra nihil terrenæ habens corruptelæ, nihil de contagione peccati. *Quæ eſt iſta quæ progreditur?* Non eſt illi ſimilis nata in mundo inter mulieres. Progreditur ut *Aurora conſurgens*, veri Solis ortum prænuntiat. Ab ea initium ducit dies ſalutis, dies propitiationis, *Dies quem fecit Dominus*. Sol juſtitiæ de Maria proceſſurus, ortum ſuum matutina quadam irradiatione præveniens, in



eam lucis ſuæ radios copioſè transfudit, quibus poteſtates tenebrarum, quas Eva induxerat, in fugam convertit, & deſideratum cunctis gentibus Solem mundo invexit. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens?* Aurora vocata eſt quaſi roris hora; Mariæ Virginis nativitas brevì Dei Filium roris inſtar è cælo deſcenſurum prænuntiat. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant juſtum.* Iſai. 45. 8.

Maria Virgo jam à ſua nativitate *pulchra ut Luna*. Cæteris poſt Solem fulgentior ſideribus, & transfuſo in ſe ſolari lumine noctem noſtram illuminans. Qui enim vias ejus conſectatus fuerit, non ambulabit in tenebris: ſed lumen vitæ inveniet. Imò Lunâ pulchrior Maria: Nam in Luna maculæ ſunt, nullæ in Sanctiſſima Virgine. *Tota pulchra es, & macula non eſt in te.* Luna creſcit, decreſcit, deficit. In Maria nulla eſt viciſſitudinis obumbratio. Creſcit quidem gratiâ & meritis; ſed tamen plena eſt & perfecta, nuſquam obſcuratur aut deficit. *Et ſicut Luna perfecta in æternum.* S. Bernard. in Sermone Panegyrico B. Virginis. Cant. 4. 7. Pſal. 88. 38.

Maria Virgo in ſua nativitate *electa ut ſol*, quia Soli juſtitiæ per gratiarum & donorum copiam adeo ſimilis, ut quaſi ſol alter videatur. Chriſtus ſcilicet Dei Virginiſque Filius *electus* eſt *ex millibus* virorum: Maria electa ex millibus fœminarum. Ille electus ex omnibus quæ ſunt: Illa electa ex omnibus quæ per illum ſunt. Sol à Deo conditus & luce priùs in aëre diffuſa ornatus eſt ut mundum illuminaret univerſum: Maria luce ac ſplendore gratiæ & virtutum in cæteris Sanctis promicantium à Deo donata eſt, ut omnes Chriſtianos illuminet. *Mariæ beatum nomen interpreteris illuſtratam, utpote quæ illuſtrata ſit à Filio Dei, & cunctos uſque ad terminos terræ credentes Trinitati illuminaverit.* S. Epiphan. Orat. de laudibus Virginis.

Maria denique Principibus tenebrarum *terribilis ut caſtrorum acies ordinata*. Quemadmodum per feminam genus humanum ſuæ tyrannidi ſubjecit & captivum fecit diabolus: ita per feminam generis humani



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hoſtem vicit Deus, quatenus Filium Dei peperit, qui diſſolvit opera diaboli, & Principatus ac Poteſtates exſpoliavit, palam triumphans in ſemetipſo. Ipſa contrivit caput antiqui ſerpentis, ſecundùm Dei verbum : Lib. 3. c. 22. *Ipſa conteret caput tuum* : Hinc S. Irenæus : *Sicut Eva*, inquit, *inobediens facta & ſibi & univerſo generi humano cauſa facta eſt mortis : ſic Maria Virgo obediens & ſibi & univerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis. Quod alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo Maria ſolvit per fidem.* Turris eſt David, ex Cant. 4. 4. qua *mille clypei pendent, omnis armatura fortium.* Illuſtres Mariæ Virginis figuræ fuerunt Debbora Propheriſſa, *Mater in Iſraël*, quæ Siſaram Principem exercitus Jabin, & omnes ejus copias debellavit ; & Jaël Judicum c. 4. & 5. *benedicta inter mulieres*, quæ clavo tempora ejus validè perforans illum ante pedes ſuos proſtravit, extinxit. Judith. 15. *Nova bella elegit Dominus, & portas hoſtium ipſe ſubvertit.* Inſignis etiam Mariæ figura fuit Judith, cujus manu Deus percuſſit Holofernem Ducem exercitûs Aſſyriorum. Diabolum percuſſit ac vicit Maria Virgo, omnis peccati expers, pura ſemper & ſancta, quæ jure optimo dicere poſſit : *Non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati revocavit me vobis, gaudentem in victoria ſua, in evaſione mea, & liberatione veſtra.* Gratulemur igitur naſcenti Virgini, Deumque in illa laudemus, dicentes : *Benedixit te Dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros ... Benedicta es tu à Domino Deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. Benedictus Dominus, qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum noſtrorum : Quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum ... Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te Deus Iſraël.* Quoties à dæmone impugnamur, Mariæ Virginis patro-



cinium imploremus ... Sancta Maria ſtella maris, in periculis & tentationibus reſpicienda & invocanda. *(Libro 1. Cap. 2. Art. 4. §. 7.)* Ut impetremus orationis ejus ſuffragium, non deſeramus converſationis exemplum. *(Ibidem.)*

---

## IN FESTO S. FRANCISCI ASSISII CONFESSORIS.

*Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam verò non hujus ſæculi, neque Principum hujus ſæculi, ſed ſapientiam Dei in Myſterio, quæ eſt abſcondita.* 1. Cor. ij. 6.

QUemadmodum Spiritus Dei & ſpiritus ſæculi contrarii ſunt, ita *ſapientia* mundi ſive *ſapientia carnis inimica eſt Deo, Legi enim Dei non eſt ſubjecta ; nec enim poteſt.* Rom. 8. 7. Quamobrem qui ſecundùm Deum ſapientes ſunt, ſecundùm mundum, id eſt, judicio hominum qui diligunt mundum, ſtulti ſunt : contra verò qui ſecundùm opinionem mundi ſtulti propterea cenſentur quòd legibus moribuſque illius non ſe conforment, ſed ſecundùm Evangelium vitam ſuam inſtituant, apud Deum ſapientes habentur. *Si quis videtur* 1. Cor. 3. 18. *inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat ut ſit ſapiens. Sapientia enim hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim : Comprehendam* Job. 5. *ſapientes in aſtutia eorum.* Et iterum : *Dominus novit* Pſal. 93. *cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt.* Secundùm Deum porro ſapiens eſt, qui Dei lumine illuſtratus, & Spiritu ejus plenus, ab eo agitur & motum ejus ſequitur, de rebus ſentiens ut Chriſtus Jeſus, & verè cum Apoſtolo dicens : *Nos autem ſenſum Chriſti habemus.* 1. Cor. 2. 16. Spiritalis ſit neceſſe, qui de rebus ſpiritualibus rectè

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

judicet; in Deum transformatus, qui de rebus divinis ferat judicium. (1. Cor. 2. 14. 15.) *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur: ſpiritualis autem judicat omnia.* Judiciorum noſtrorum regula debet eſſe nobilior objectis de quibus judicamus. (S. Auguſt. Lib. de vera Religione, c. 30. & 31.) *Itaque ſi rationalis vita ſecundùm ſeipſam judicat, nulla jam eſt natura præſtantior.* Secundùm legem immutabilem quæ Deus eſt, ſecundùm æternam veritatem de rebus inferioribus eſt judicandum. Ideo *Spiritualis homo omnia judicat, quia ſuper omnia eſt, quando cum Deo eſt. Cum illo autem eſt, quando puriſſimè intelligit, & tota caritate quod intelligit diligit. Ita etiam quantum poteſt Lex ipſa etiam ipſe ſit, ſecundum quam judicat omnia, & de qua judicare nullus poteſt.* Sublime illud S. Auguſtini principium quod veri Sapientis caracterem explicat, Seraphici Patriarchæ S. Franciſci caracterem unà deſcribit, cui Spiritus Dei revelavit quæ abſcondit ſapientibus & prudentibus ſæculi, & quem caritas ſuper res omnes terrenas evehens, in ipſam (ſi ita loqui fas eſt) æternam Dei legem mutavit. *Quantùm poteſt lex ipſa & ipſe ſit, ſecundùm quam judicat omnia.* Ideo ſapientiam, quàm à Chriſto didicit, loquitur inter perfectos, ſapientiam verò non hujus ſæculi, neque Principum hujus ſæculi, ſed ſapientiam Dei, in myſterio Incarnationis & crucis Chriſti abſconditam. Sapientes hujus ſæculi judicant illos verè divites eſſe, qui cæteris abundantiùs bona poſſident, quæ fortunæ vocantur. Illos magnos eſſe, glorioſos & illuſtres judicant, qui ad majores honores & dignitates ſunt provecti. Illos felices judicant, qui voluptatibus, quas honeſtas & legitimas vocant, perfruuntur. Verùm S. Franciſcus vanas eſſe ſapientium ſæculi cogitationes oſtendit, ſiquidem exemplis ſuis docet, 1. Veras divitias in paupertate Chriſti inveniri. 2. Veram gloriam, ſolidamque celſitudinem inveniri in humilia-



tionibus & opprobriis Chriſti. 3. Veram voluptatem inveniri in paſſionibus, cruce, & vulneribus Chriſti.

I. *Affatim dives eſt, qui cum Chriſto pauper eſt,* (Epiſt. 1.) (inquit S. Hieronimus) Deum ſiquidem poſſidet, quem illi nemo poteſt eripere. Hæc S. Franciſci laus, cujus ſapientia cæleſtis eluceſcit in electione & amore paupertatis præ bonis temporalibus quæ ſapientes mundi ardore tanto concupiſcunt, & tantis curis conſervant. Opere & exemplo ſuo comprobat ſanctus Franciſcus, (S. Auguſt. Lib. 1. de Civit. Dei cap. 11.) quod præclarè dixit ſanctus Auguſtinus: *Amor ſapientiæ purgat à ſordibus avaritiæ.* Proprius caracter caritatis, (Idem. Epiſt. 140. Olim 120. Cap. 8.) eſt imminutio vel deſtructio cupiditatis. Quantum regnum cupiditatis minuitur, tantùm regnum caritatis augetur. *Sapientia eſt caritas Dei,* ſecundùm S. Auguſtinum. *Caritas non quærit quæ ſua ſunt.* (1. Cor. 13. 4.) Qui ergo à bonorum temporalium cupiditate alienus eſt, perfectam caritatem habet, adeoque ad ſummum pervenit ſapientiæ gradum. Ea eſt S. Franciſci gloria. Terrenas opes quaſi lutum deſpexit, ut Chriſtum lucrifaceret, conſiderans quòd *Ipſe Dominus in nullis divitiis invenitur, pauperes ſemper juſtificat, divites prædamnat.* (Tertull.) Propterea paupertati ab incunabulis deſtinatur. Singulari divinæ providentiæ diſpoſitione in præſepio naſcitur, ut Chriſtus. Paupertatem amavit à juventute ſua, & quæſivit eam ſibi ſponſam aſſumere, & amator factus eſt formæ illius. Amor paupertatis ipſum pauperem fecit. Paternorum bonorum piè prodigus, paratus eſt ad relinquendum parentes ut ſponſæ dilectæ, ſcilicet paupertati, adhæreat. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ.* Moleſtiſſimè fert Franciſci pater quòd amicos ſibi faciat de mammona iniquitatis; quòd pecunias deponat in manibus pauperum, quæ ſunt ærarium Chriſti, ut ex iis Deo fœneretur, centuplum accepturus. Exheredat ſanctum juvenem, cogitque ut coram Epiſcopo bonis cedat paternis. Naturæ cupiditatis, terrenæ ſapientiæ voces Franciſcus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

non audit, ſed divinæ Sapientiæ ipſum interiùs vocantis,
Matt. 1. 29. & dicentis : *Omnis qui reliquerit domum, aut patrem
aut matrem, aut agros propter nomen meum, centu-*
Matt. 10. 37. *plum accipiet, & vitam æternam poſſidebit . . . Qui
amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me di-*
Luc. 14. 33. *dignus . . . Omnis ex vobis qui non renuntiat omni-
bus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus . . .*
Luc. 9. 60. *Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos : Tu autem vade*
S. Auguſt. Serm. 100. *& annuntia regnum Dei . . . Honorandus eſt pater,*
de diver. De Verbis Dom. *ſed obediendum eſt Deo : Amandus eſt generator, ſed
præponendus eſt Creator . . . Ego ad Evangelium te*
S. Hieron. Epiſt. 1. *voco, ad aliud opus mihi neceſſarius es . . . Per calcatum
perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis evola.
Solum pietatis genus eſt hac in re eſſe crudelem.* Cogit
ipſum pater ad cedendum hereditate coram Epiſcopo :
Non reluctatur Franciſcus, rejectis etiam veſtibus,
omnia concedit patri, ut ſanctam paupertatem in facie
Tertullian. lib. 2. Ad Uxor. c. ult. Eccleſiæ ſponſam ducat. *Unde ſufficiamus ad enarran-
dam fœlicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia con-
ciliat, & confirmat oblatio, & obſignat benedictio,
Angeli renunciant, Pater* (cœleſtis) *ratò habet?* Ma-
trimonium æqualitatem inter contrahentes poſtulat.
Amor æquales invenit, aut facit. Franciſcus ut dilectæ
paupertati tanquam ſponſæ conjungatur, fieri vult æquè
pauper ac ipſa paupertas. Nullum aliud patrimonium
deſiderat quàm Chriſti paupertatem, cum S. Ambroſio
Jerem. 12. 7. dicens : *Meum ergo paupertas illius patrimonium eſt :*
Et cum Jeremia in perſona Chriſti : *Reliqui domum
meam, dimiſi hereditatem meam.* Elias igneo curru ra-
ptus ſenſim ferebatur, donec pallium Eliſæo diſcipulo
dimiſit : Statim verò atque terreno hoc impedimento
S. Hieron. Epiſt. 1. exoneratus eſt, ſubitò ab ejus oculis evanuit. *Elias ad
cœlorum regna feſtinans, ire non poteſt cum pallio, ſed
mundi in mundo veſtimenta dimiſit.* S. Franciſcus,
Elias ille novæ Legis, ad perfectionis viam vocatur,
imò rapitur ardoribus divinæ charitatis. Verùm conſi-



derans terrena bona ſuæ elevationis impedimenta eſſe,
illis ſolemniter renunciat, ipſaſque veſtes patri dimittit :
*Franciſcus ad cælorum regna feſtinans ire non poteſt
cum pallio, ſed mundi in mundo veſtimenta dimiſit.*
Hunc omnibus mundi rebus exuit caritas, ut ſolum
Chriſtum ſit indutus, ut ſit ſolo Deo dives. *Deus meus,
& omnia.* Non ait, ut Apoſtoli : *Ecce nos reliquimus
omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Nullam
aliam vult mercedem præter Deum ſuum. *Quid enim* Pſal. 72. 25.
*mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Deus
cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Hic eſt amor
caſtus & purus. *Factum eſt cor caſtum. Gratis jam* S. Auguſt. in Pſal. 72.
*amator Deus. Non ab illo petitur aliud præmium . . . .
Quid ergo? Nullum præmium Dei? Nullum præter
ipſum. Præmium Dei, ipſe Deus eſt. Hoc amat, hoc
diligit, ſi aliud dilexerit, non erit caſtus amor.* Cum
paupertate ſocietatem ita individuam init Franciſcus,
ut una cum ipſa paupertate res factus eſſe videatur, ſicut
ſponſus & ſponſa ſunt una ſecundùm jus perſona. Hinc
Angeli ipſi Senas eunti occurrentes, his verbis illum ſa-
lutarunt : *Bene veniat Domina paupertas.* De S. Fran-
ciſco idem dixerim, quod de S. Baſilio Gregorius Na-
zianzenus : *Divitiæ illi erant nihil habere, & Crux* Orat. 20.
*cum qua ſola ipſius vita verſabatur.* Nihil habens,
omnia habet, quia Deo plenus eſt, & Chriſto ſimilis,
qui *Intus dives, foris pauper : latens Deus in divitiis,* S. Auguſt.
*apparens homo in paupertate.*

II. *Sapiens eò beatus, cùm ab omnibus involucris* S. Auguſt.
*corporis mentem, quantùm poteſt, evolvit, & ſeipſum* lib. 1. cont. Academ. cap. 1.
*in ſemetipſum colligit, & in ſe atque in Deum ſemper
tranquillus intendit* (ait S. Auguſtinus.) Hoc princi-
pium probat perfectam humilitatem veræ ſapientiæ ſem-
per eſſe comitem. Siquidem ex Dei & ſui ipſius cognitio-
ne oritur humilitas. Hanc exemplo ſuo docet ſanctus
Franciſcus: Cara ipſius virtus eſt. *Humiliavit ſemetipſum.*
Chriſtus Jeſus ſacrificium gloriæ ſuæ obtulit Patri per

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

humilitatem, quam ab Incarnatione ſua uſque ad crucem docuit: Vitæ ſuæ ſacrificium obtulit per mortem, quam in cruce ſubiit. Sed hoc inter utrumque ſacrificium diſcrimen eſt, quod auctor ipſe non fuit mortis ſuæ, tametſi liberrimè, & propoſito gaudio eam paſſus ſit; non enim occidit ſe ipſum: ſed auctor fuit humiliationum ſuarum. *Humiliavit ſemetipſum.* Salvatorem noſtrum imitatur Franciſcus: Non ſolùm contemptum patitur & contumelias, ſed amat, quærit, & ſibi procurat. Non vult agnoſci ut ſanctus, ut pœnitentiæ & mortificationis exemplar, ſed ſeipſum peccatorem miſerrimum, & omnium peccatorum maximum profitetur, ad patibularem locum congregato populo ſe trahi jubens, & fune de collo pendente ſe publicè accuſans quaſi voluptatium hominem & nimiam carnis ſuæ curam gerentem, quòd febri quartana vexatus & extenuatus, aliquid de conſuetæ abſtinentiæ & jejuniorum auſteritate remiſiſſet. *Adultus non geſtit agnoſci, ſed contumelioſus inſuper ſibi eſt.* Quod de Chriſto dixit Tertullianus, de Franciſco Chriſti imitatore dicere liceat.

Tertull. lib. de Patientia.

Summam Ordinis ſui Præfecturam adminiſtrare compulſus à Summo Pontifice, auctoritate ſua utitur ut ſubditos ſuos cogat ſibi imperare ut inferiori, ut Novitio. Filium Dei imitatur, qui Joſeph & Mariæ ſubdi voluit, ut humilitatis & obedientiæ exemplum nobis præberet. *Et erat ſubditus illis.* Puſillanimitati & infirmitati illa humilitatis Franciſci portenta potiùs quàm exempla qui tribuerint, impii ſunt. *Non utique infirmitatis, ſed pietatis iſta ſubjectio eſt.* Sacerdotio ſe indignum exiſtimat, in Diaconorum ordine toto vitæ decurſu manet, ad quem nec ſe promoveri conſenſiſſet, niſi ad prædicandum Evangelium ſacra illa ordinatione fuiſſet opus. Quia humilitas illum ad mortem uſque victimam fecit, ideo ad Sacerdotii dignitatem promoveri non patitur. Unum offerre vult Domino *ſacrificium humilitatis & laudis, in ara cordis, igne fervida charitatis.* Humi-

S. Ambroſ. in Luc.

S. Auguſt.



litas ab ejus animo ad nomen ipſum & habitum diffunditur. Minor omnibus, & diſcipulos ſuos Fratres Minores vult appellari. Humilitatem prædicat, ſuperbiam damnat ejus habitus. *Etſi eloquium conticeſcat, ipſe habitus ſonat. Sic denique auditur, dum videtur: De occurſu ſuo vitia ſuffundit.*

Tertull. lib. De Pallio.

III. Felicitatem ſuam in Chriſti cruce ac vulneribus collocat S. Franciſcus, cum Apoſtolo dicens: *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus . . . Ego ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto.* Sacrorum impreſſione ſtigmatum fit imago Chriſti Jeſu crucifixi, ſicut primus Angelus erat imago Creatoris. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, perfectus decore, plenus ſapientia, in deliciis paradiſi Dei fuiſti.* Franciſcus, inquam, Chriſti crucifixi ſpirans imago eſt: *Tu ſignaculum ſimilitudinis.* Pulchritudinem hominis Dei in roſeo paſſionis ejus colore poſitam participat; *Perfectus decore:* Sapientiæ ejus luminibus coruſcat: *Plenus ſapientiâ.* Paſſionis ejus ſenſum, & vulnerum dolores pro deliciis habet: *In deliciis paradiſi Dei fuiſti.* Ejus anima virtutibus omnibus, velut lapidibus pretioſis ornata eſt: *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum.* Caritas ejus ut aurum puriſſimum præ cæteris ſplendeſcit: *Aurum opus decoris tui.* Vulnera Chriſti Franciſco præparata ſunt ut amoris ipſius præmium: *Foramina tua præparata in die conditionis tuæ.* Cherubim denique in cruce extenſus eſt in monte ſancto, & ad Fidelium protectionem paratus: *Tu Cherub extentus & protegens in monte ſancto Dei.* Patitur in corpore ſuo, quod defuit paſſioni Chriſti. Ferro lanceæ confoſſum & apertum eſt Chriſti crucifixi latus, ſed dolorem vulneris illius non pertulit, cùm jam mortuus eſſet. Dolorem ſimul cum vulnere per biennium paſſus eſt Franciſcus, ut verè dicere poſſit: *Gaudeo in paſſionibus, & adimpleo quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea.* Non clavis, non malleis, non lancea, non tortoribus, non ulla vi exter-

Ezech. 28. 12.

Coloſſ. 1. 24.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

na opus eſt ut Chriſti vulnera corpori Franciſci imprimantur, ſed ſolo caritatis igne ſicut ſolo igne opus eſt ut
Pſal. 21. 15. cera liqueſiat, & ſigilli caracteres recipiat. *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens.* In meditatione ferventi paſſionis Chriſti divinus ille exardeſcit ignis. De beata Virgine Chriſto crucifixo compatiente ait S. Bonaventura: *Aſpicio, ô Domina, cor tuum, & id non eſt cor; ſed myrrham, abſynthium, & fel video. Quæro matrem, & invenio ſputa, flagella, vulnera, quia tota converſa es in iſta.* De Seraphico Patriarcha dicamus: Quæro Franciſcum, & intueor crucifixum & vulnera, quia per caritatem perfectiſſimam totus converſus eſt in iſta. De illo dicamus, quod de Gnoſtico ſuo, id eſt, perfecto & ſa-
Lib. 1. Strom. p. 196. piente Chriſtiano S. Clemens Alexandrinus ait: *Cum Domino cohabitans, eoque familiariter utens, in Spiritu permanet... Mundus corde, mundus carne, ſanctificatus ſermone... Is crucem Domini circumferens, Domini ſequitur veſtigia, tanquam Deus, effectus ſanctus ſanctorum.* Ex una parte Chriſtum crucifixum, ex altera parte S. Franciſcum Chriſti crucifixi ſtigmatibus inſignitum, intuentibus falli proclive eſſet, unumque pro altero accipere, adeo ſimiles ſunt, niſi Franciſci humilitas adorare fortè volentes iiſdem verbis prohiberet,
Apocal. 22. 9. quibus olim S. Joannem Angelus: *Vide ne feceris, conſervus enim tuus ſum.*

Sapientiam inter perfectos docuit S. Franciſcus: Illum non ſolùm audire & admirari debemus docentem, ſed ejus exempla imitari. Chriſtiani omnes rebus temporalibus in præparatione animi renuntiare debent, pauperes eſſe ſpiritu, quærere primùm regnum Dei & juſtitiam ejus, non inhærere temporalibus bonis, illis uti ſecundum Deum, ut inſtrumentis bonorum operum, non frui; apum inſtar melli ſupervolitantium, ne hærentes nectantur, terrenis rebus ſupervolitare; æquo animo ferre bonorum temporalium jacturam, potiùs quàm à caritate Chriſti excidant. Humiles eſſe debemus, ut ſanctus



Sanctus Franciſcus, non ſolùm humilitate cognitionis, ſed affectionis; non ſolùm humilitatem ore tenus profiteri, ſed humiliationes, contemptum, contumelias æquo, immò & læto animo pati; nos ipſos abnegare, Chriſtum ſequi, crucem noſtram ferendo. Aliter enim ſalvi eſſe non poſſumus. *Quod crux fuit Chriſto, hoc* Tertull.
*eſt Baptiſma Chriſtiano.* Per Baptiſmum complantati ſumus ſimilitudini mortis Chriſti, conſepulti Chriſto in Baptiſmo: Per Baptiſmum contraximus obligationem patiendi, ſicut Chriſtus in cruce paſſus eſt: Et ſicut vita ejus in cruce erat vita patiens, & vita moriens, ſic tota vita Chriſtiani debet eſſe vita pœnitens, vita patiens, vita mortificata, vita ejus cui mundus Crucifixus ſit, & ille mundo.

---

## IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.

*Vos eſtis cives Sanctorum, & domeſtici Dei.*
Epheſ. ij. 19.

I. UNa eſt Sanctorum in cœlis cum Chriſto regnantium, in Purgatorio patientium, & in terris militantium civitas: *Jeruſalem quæ ædificatur ut* Pſal. 121. 3.
*civitas, cujus participatio ejus in idipſum.* Civitas ſancta, Jeruſalem nova, ſedes Religionis æternæ, cujus templum ſinus Patris, Sacerdos & victima Filius Dei omnium membrorum ſuorum unione perfectus, ignis æternum illud holocauſtum conſummans & conſecrans, Spiritus Sanctus. *Civitas* hæc *aurum mundum ſimile vitro mundo: & fundamenta muri civitatis omni lapide pretioſo ornata. Dominus Deus omnipotens templum illius eſt. Et civitas non eget ſole neque luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus eſt Agnus.* Sol civitatis cœleſtis Deus ipſe, quem Sancti videbunt ut in ſe eſt,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Joan. 3. 2. ſimiles ei effecti. *Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.* Viſio humanitatis ſanctiſſimæ Chriſti ſolis juſtitiæ, in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis, ſanctos æternum lætificabit. Hæc lucerna eſt adoranda, in qua lucet increatæ lumen Veritatis, quâ Sancti illuminantur, paſcuntur, & vident theſauros omnes ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditos
Apocal. 21. in Chriſto Jeſu. Cœleſtis illa civitas, æternum *eſt Tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus ejus erunt: Et ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.* Quod bonum iis deeſſe poteſt, in quibus Deus habitabit eâ familiaritate quâ pater convivit filiis; eâ ſapientiâ, potentiâ, bonitate, quâ Rex optimus ſubditos regit; eâ majeſtate, liberalitate, magnificentiâ, quâ Deus qui ſe creaturæ ſuæ totum quantus eſt communicat, eamque in divina ſua unitate conſummat. In hac civitate nullum erit quod timeatur
Apocal. 21. malum. *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.* Nullæ veteris Adami reliquiæ in Sanctis ſuperſunt, in adoptionem perfectam filiorum Dei quoad animam immutatis, & ſecundùm corpus in beata reſurrectione immutandis. *Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce nova facio omnia.* Nullum bonum Sanctis in cœleſti illa civitate deerit: *Ego ſitienti dabo de fonte aquæ*
Pſal. 35. 9. *vitæ, gratis.* Inebriabuntur ab ubertate domus Dei, & torrente voluptatis ſuæ potabit eos, quoniam apud illum eſt fons vitæ, & in lumine ejus videbunt lumen.
Apoc. 21. 7. Omne bonum poſſidebunt, qui Deo fruentur. *Qui vicerit, poſſidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.* Nec exprimi, neque cogitatione comprehendi poteſt Sanctorum felicitas, ex Dei viſione, amore, fruitione, gaudio, adoratione, ac laude ſempiterna.
1. Cor. 2. 9. *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis qui dili-*



*gunt illum.* Ut filii Dei erunt, cujus Regni non erit finis, cum illo *Regnabunt in ſæcula ſæculorum.* Apoc. 22. 5.

II. Siquidem Sanctorum cives ſumus, vocati *in partem ſortis Sanctorum*, & à ſancta civitate Sion, in 1. Coloſſ. 1.
quâ videtur Deus, peregrinamur in hac vitâ & exules ſumus, eam deſiderare debemus, ad eam ſuſpirare, ad eam continuò tendere, omnia ſtudia operaque noſtra ad eam referre, temporalibus rebus non inhærere; beatorum actiones in hac vita præoccupare debemus, Deum ſemper præſentem fide intuendo, laudando, amando. *(Lib. 1. Theolog. Dogm. & Moral. Quæſt. 2. Art. 15. §. 9. n. 3. 4. 5. & 6.)*

III. Ut ad ſanctam illam civitatem, ad gloriam Sanctorum aliquando perveniamus, media eligenda ſunt quæ Chriſtus præſcripſit, via ſequenda eſt quam monſtravit. Amplectenda eſt cordis paupertas & humilitas; temporalibus opibus & honoribus affectu ſaltem renunciandum eſt. Nemo Regnum cœlorum poſſidebit, niſi hoc ſaltem modo pauper fuerit. *Beati pauperes ſpiri-* Matth. 5.
*tu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Sint divi- S. Auguſt.
tes Chriſtiani: *Si Chriſtiani ſunt, pauperes ſunt.* In in Pſal. 51.
comparatione divitiarum cœleſtium, quas ſperant, omne aurum arenam putant; non extolluntur, liberaliter tribuunt pauperibus, ſtudent divites fieri operibus bonis ut apprehendant veram vitam. Exercenda eſt manſuetudo, ira cohibenda, omnis odii amaritudo ejicienda ex corde, affabilitas & humanitas erga omnes exercenda, infirmorum defectus tolerandi, nulli malum pro malo reddendum, non convitium pro convitio; ſed benedictio pro maledicto, pro injuria beneficium, ut vincamus in bono malum. *Terra viven-* Pſal. 36. 11.
*tium*, in quâ ſperamus *bona Domini videre* & videndo poſſidere, nemo hæres erit, niſi qui Chriſtianam manſuetudinem in hoc mundo exercuerit. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Mortalis hæc vita in luctu & triſtitia ſecundùm Deum agenda eſt, in



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pœnitentia, in lacrymis pro peccatis noſtris & aliorum, in faſtidio gaudiorum mundi, & voluptatum ſæculi. Solatium enim æternum nemo recipiet, nemo in gaudium Domini intrabit, qui cum mundo gaviſus fuerit *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Luctus temporalis eſt, momentaneus eſt: gaudium æternum erit. *Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

Eſurire & ſitire juſtiam oportet, ut ſatietur Anima noſtra, quam non implebit quicquid Deo minus eſt: Juſtitiæ opera ſtudio & ardore vehementi exercere: Majorem ſemper juſtitiam deſiderare, ſeu incrementum caritatis in nobis; ut *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.* (Apoc. ult.) Qua fame & ſiti languens Iſaias ita Deum compellat: (Iſai. 26, 10.) *Anima mea deſideravit te in nocte: ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te.* Qui ſic eſuriunt & ſitiunt; vel etiam qui famem & ſitim, aliaque incommoda propter Deum patiuntur, edent de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei, & bibent de fonte vitæ: Eorum deſiderium bonis replebitur, ſatiabuntur cùm apparuerit gloria Domini. (Pſal. 16. 15.) *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Qui verò bonis temporalibus, deliciis & voluptatibus ſæculi ſaturantur, juſtitiæ & mandatorum Dei immemores, æternùm eſurient. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Miſericordias Domini illi ſoli æternùm cantabunt, qui miſericordes fuerint, miſeriis & calamitatibus proximi compatiendo, ſubveniendo fratrum neceſſitatibus cum ſpiritualibus, tum corporalibus; eleemoſynas erogando, & injurias condonando. *Beati miſercordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Et quis ſalvaretur, ſine Dei miſericordia? (S. Auguſt. in confeſſ.) *Væ enim etiam laudabili hominum vitæ, ſi remotâ miſericordiâ diſcutias eam,* Domine. Novæ Jeruſalem cives eſſe non poſſumus, niſi cor mundum à peccatis, & rerum terrenarum affe-



ctione inordinata habuerimus. *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum ... Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto ejus? Innocens manibus, & mundo corde.* (Apoc. 21. 27.) Nulla opera Deum promerentur, niſi ex mundi cordis radice oriantur. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Vitam æternam non poſſidebunt in ſuperna Jeruſalem, niſi hæredes Dei & cohæredes Chriſti. Nulli hæredes, niſi filii. Nemo filius Dei, niſi pacificus. Illi verò ſunt pacifici, qui omnes animi ſui motus componentes & ſubjicientes rationi, fiunt regnum Dei; qui *cum omnibus hominibus, ſi fieri poteſt, pacem habent* & fovent, (Rom. 12.) nemini dantes ullam offenſionem, qui diſſenſiones, odia, contentiones, lites extinguere ſtudent pro viribus; qui homines peccatores verbis & exemplis urgent ut Deo reconcilientur. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Patientiæ denique in tribulationibus præmium eſt Regnum cœlorum. Ad illud per crucem pervenitur: Ad illud nos perducunt perſecutiones propter juſtitiam nobis illatæ, ſi illas patienti & hilari animo propter Chriſtum toleremus, ad vitam etiam noſtram devovendam parati, ne ab ejus caritate ſeparemur. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum.* (Vide *Lib. 1. Theolog. Dogm. & Moral. Quæſt 2. Art. 13. §. 9. n. 1. & 2.*)

IV. Qui civitatis alicujus municipes eſſe volunt, colere debent ac revereri cives nobiliores, honoratiores, & gratiores Principi; potentiorum benevolentiam ac patrocinium ſibi conciliare; ſapientum proborumque mores imitari. Si igitur Sanctorum cives eſſe velimus, debemus illos colere ac venerari ob excellentiam; invocare ob potentiam & gratiam quâ valent apud Deum; & caritatem quâ erga nos afficiuntur: Imitari denique eorum ſanctimoniam ac virtutes. (De cultu religioſo Sanctorum videſis *Lib. 4. Theolog. Dogmat. &*

*Moral, Cap. 3. Art. 2.)* Sancti caritate, non ſervitute colendi. *(Ibidem.)* Sanctorum memoriam triplici ratione colimus. *(Ibidem.)* Sanctorum invocatio pia atque utilis, *(Art. 4. ejuſdem Capitis)* Sancti cum Chriſto regnantes pro nobis orant, *De ſua* S. Cyprian. lib. de Mortal. *ſorte ſecuri, de noſtra ſalute ſolliciti.* (Ibidem) Sanctorum invocatio Chriſti mediatoris dignitatem & gloriam non imminuit *(Ibid.)* Debemus Sanctos imitari; hic præcipuus eorum cultus, Deoque maximè gratus; ſic præſertim Deum in ſanctis ejus laudamus, Hebr. 13. cùm *intuentes exitum converſationis eorum, imitamur fidem*, caritatem, humilitatem, caſtitatem, patientiam, mortificationem. Sancti noſtris feſtivitatibus non egent, quia in cœlis cum Angelis gaudent: Con- S. Auguſt. Serm. 315. alias 39. ex Sirmondianis. gaudent autem nobis, ſi eos imitemur, nam *Honorare, & non imitari, nihil eſt aliud quàm mendaciter adulari.* Ad hoc iſtæ feſtivitates in Eccleſia conſtitutæ ſunt, ut per eas congregatio membrorum Chriſti admoneatur imitari Sanctos ejus. Hæc eſt omnino feſtivitatis hujus utilitas, alia non eſt. Si enim nobis proponatur imitandus Deus, reſpondet humana fragilitas, Multùm eſſe ad ſe imitari eum, cui non poteſt comparari. Si deinde ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti ad imitationem nobis proponatur exemplum, qui propterea cùm Deus eſſet, mortali carne veſtitus eſt, ut hominibus mortalem carnem gerentibus inſinuaret præceptum & demonſtraret exemplum: de quo etiam ſcriptum eſt, 1. Petri. 2. 21. *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus:* tamen & hic adhuc reſpondet humana fragilitas, Quid ſimile ego & Chriſtus? Ad tollendas igitur omnes excuſationes infidelis infirmitatis, Sanctorum exempla nobis propoſita ſunt. Quis eſt, quem pudeat dicere, Impar ſum Deo? Planè impar. Impar ſum Chriſto? Etiam mortali Chriſto impar. Petrus hoc erat quod tu, Paulus hoc erat quod tu, Apoſtoli & Prophetæ hoc erant



quod tu. Si piget imitari Dominum, imitare conſervum. *Præceſſit agmen ſervorum, ſublata eſt excuſatio pigrorum.* Poſtremò adhuc dicit, Impar ſum Petro, impar ſum Paulo. Impar es ruſticitati? *Coronatur ruſticitas, non excuſatur vanitas.* Poſtremò impar es pueris, impar es puellis?

V. *Vos eſtis cives Sanctorum, & domeſtici Dei.* Inter cives ſocietas, amor, communio eſſe debet. Inter Sanctos in cœlis regnantes, & juſtos in terris militantes ſuaviſſima ſocietas, mutuus amor, ſacrum commercium, & communio bonorum intercedit. De communione Sanctorum lege *Lib. 1. Theolog. Dogmat. & Moral. Quæſt. 2. Art. 10. §. 11.*

---

## IN COMMEMORATIONE FIDELIUM DEFUNCTORUM.

*Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur.* ij. Maccab. 12.

Fidelium omnium Defunctorum commemorationem inſtituit Sancta Mater Eccleſia, 1. Ad fidem noſtram de Purgatorio confirmandam; 2. Ad caritatem noſtram erga Animas Purgatorii pœnis cruciatas accendendam, 3. Ad vigilantiam noſtram excitandam, ut peccata, etiam venialia, ſummo ſtudio vitemus, & divinæ juſtitiæ in hac vitâ ſatisfaciamus, ut à pœnis Purgatorii liberemur, vel ut non ita diu in Purgatorio detineamur.

I. Neceſſaria eſt ſatisfactio pœnitentibus ad Deum placandum, & pœnam temporariam redimendam, cujus debitum poſt remiſſionem culpæ ſæpe manet. *(Lib. 2. Theol. Dogm. & Moral. Tract. de Sacram.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Pœnit. Cap. 6. Art. 2.)* Pœna temporalis peccato veniali debita, vel hîc, vel in Purgatorio luenda. *(Lib. 3. De Peccatis, Cap. 3. n. 5.)* Quæ Purgatorii pœnæ? *(Ibidem.)* Euchariſtiæ ſacrificium pro fidelibus in Domino mortuis, nondum tamen plenè expiatis, ſed in Purgatorio detentis, ritè juxta traditionem Apoſtolicam offertur. *(Libro 2. Tract. De Sacramento Euchariſtiæ Cap. 6. Art. 3. Propoſitione 4.)*

II. Quæ rationes movere nos debent ut pro Animabus Purgatorii oremus? *(Lib. 5. De Oratione, Cap. 1. Art. 7. n. 8.)* Inanes pompæ funebris ſumptus, qui defunctis nihil proſunt, vitandi: Altaris ſacrificio, precibus, eleemoſynis, ſuccurrendum illis eſt. Superfluum exequiarum apparatum negligamus, quem non inſtruit *Miſericordia, ſed inanis gloria. Ceſſemus ab hac inſana diligentia, ſed eam morientium curam habeamus, quæ & nobis & illis conferat ad gloriam Dei. Largas pro eis eleemoſynas faciamus, mittamus eis pulcherrima viatica.... Hæc ſunt funera pulcherrima, hæc & remanentibus, & obeuntibus proficiunt. Si ita ſepeliamur, in reſurrectione clari apparebimus: quod ſi curato corpore animam neglexerimus, multa illic gravia perpetiemur, & multum ridebimur. Non enim parva eſt ignominia nudum & inopem virtutum hinc migrare: neque corpus inſepultum projectum adeo ignominioſum videtur, ut anima tunc carens virtutibus: hanc veſtiamus veſtibus ſemper duraturis.* Hæc S. Hieronymus confirmat ad Pammachium ſcribens de morte Paulinæ uxoris. *Ceteri*, inquit, *mariti ſuper tumulos conjugum ſpargunt violas, roſas, lilia, floreſque purpureos, & dolorem pectoris his officiis conſolantur. Pammachius noſter ſanctam favillam oſſaque veneranda eleemoſynæ balſamis rigat: his pigmentis atque odoribus fovet cineres quieſcentes, ſciens ſcrip-*

*S. Chryſoſt. Hom. 24. in Joan.*

*S. Hieron. Epiſt. 26.*



*tum: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum.* Sanctæ Matris Auguſtini Monicæ fidem & pietatem imitemur, quæ imminente die obitus ſui non juſſit corpus ſuum ſumptuoſè contegi, non condiri aromatibus, non monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulcrum patrium, *Sed tantummodo memoriam ſui ad Altare fieri deſideravit, unde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum quod erat contrarium nobis.* Imitemur Auguſtini pietatem, qui pro illa offerri curavit *Deo ſacrificium pretii noſtri*, & ferventiſſimas ad eum preces fudit ut illi peccata dimitteret poſt regenerationem contracta; & amicorum Sanctorum preces parentibus ſuis defunctis pia ſollicitudine procuravit. *Et inſpira, Domine meus, Deus meus, inſpira ſervis tuis fratribus meis, filiis tuis Dominis meis, quibus & voce & corde, & literis ſervio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad Altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum Patricio quondam ejus conjuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam &c.* Preces pro defunctis parentibus, conſanguineis, benefactoribus, amicis, debita ſunt pietatis, grati animi, Chriſtianæ amicitiæ officia: maximè cùm cauſæ fortè ſimus cur in Purgatorio crucientur, & noſtrâ occaſione peccata contraxerint, propter quæ à Dei fruitione retardantur, & graviſſimas pœnas luunt. Audiamus igitur animi compatientis affectu quaſi voces illorum de Purgatoriis divinæ juſtitiæ carceribus, & luſtralibus flammis ad nos clamantium: *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Eiſque ſacroſancto Altaris ſacrificio orationibus, & eleemoſynis ſuccurramus.

III. Peccata venialia, etſi levia, non tamen negligenda. Nam & acervus frumenti minutiſſimis granis colligitur, & tamen onerantur inde naves: & ſi ampliùs onerentur, demerguntur. Unum fulmen dejicit

*S. Auguſt. lib. 9. Conf. cap. 12. & 13.*

*Job. 19.*

*S. Auguſt. Serm. 177. alias de Diverſis 107. n. 11. & 12.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aliquem, & occidit: ſed & ſi pluvia ſit nimia, minutiſſimis guttis tamen multos interficit. Illud uno ictu perimit, illa ex multitudine extinguit. Magnæ beſtiæ uno morſu occidunt hominem: minutæ autem cùm fuerint multæ congregatæ, plerumque interimunt, & talem perniciem inferunt, ut pœnis hujuſmodi gens ſuperba Pharaonis judicari meruerit. Navis in pelago fluctuans aquam admittit per rimas compaginis ſuæ: paulatim tamen adhibendo tenuem liquorem, facit multam collectionem, ita ut ſi non exhauriatur, navem opprimat. Sic & in iſta vita habemus quaſdam mortalitatis fragilitatiſque noſtræ rimulas, per quas intrat peccatum de fluctibus hujus ſæculi. Arripiamus ſitellam ut ſentinemus, ne demergamur. Sitella qua ſentinam exhaurimus, oratio eſt, jejunium, eleemoſyna, injuriarum condonatio. Sed cautus eſto: Adhuc enim in mari es. Nam cùm hoc ſemel feceris, non ſufficit, niſi perveneris trajecto iſto mari ad illam patriæ ſoliditatem, & firmitatem, ubi nullis fluctibus quatiaris. Totâ vitâ pœnitentiam agamus, qui quotidie peccamus. Hîc peccata noſtra purgemus & puniamus, ne Deus illa in futuro ſæculo puniat. *Peccatum impunitum eſſe non poteſt: ſi peccatum impunitum remaneat, injuſtum eſt: ergo ſine dubitatione puniendum.* Hoc tibi dicit Deus tuus: Puniendum eſt peccatum aut à te, aut à me. *Punitur ergo peccatum, aut ab homine pœnitente, aut à Deo judicante. Punitur ergo aut à te ſine te, aut à Deo tecum. Quid eſt enim pœnitentia, niſi ſua in ſe ipſum iracundia?*

*S. Auguſt. Serm. 19. alias à ex. dins à Sir. mondo.*



# IN FESTO S. CATHARINÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

*Veni de Libano, ſponſa; veni de Libano; veni, coronaberis.* Cantic. iv. 8.

IN terrena militia prudenter ac fortiter pugnate ſufficit ad gloriam promerendam, viciſſe non ſemper neceſſe eſt. Infelix enim eſſe poteſt, qui omnes ſtrenui Ducis partes impleverit, qui prudenter prælium commiſerit, fortiter ſuſtinuerit. In militia verò Chriſtiana vincere neceſſe eſt ad coronam promerendam: Semper enim vincit qui prudenter, fortiter, & perſeveranter ad mortem uſque dimicat. Hinc Deus de electis ſuis: *Electi mei non laborabunt fruſtra.* Hinc S. Joannes Dei Spiritu afflatus ait: *Omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum.* Quot ſtrenui milites, tot victores; quot certamina, tot trophæa. Tres hoſtes in mundo vincendi, errores, terrores, voluptates. *Vivit in mundo,* (inquit S. Auguſtinus) *tot impuris voluptatibus illecebroſo, tot nefandis crudelitatibus furioſo, tot erroribus & terroribus inimico.* Catharinæ mentem erroribus idololatriæ ſeducere conatur mundus, argumentis & falſis ratiociniis Philoſophorum: Catharinæ conſtantiam expugnare conatur mundus atrocitate tormentorum; Catharinæ puritatem inficere nititur mundus illecebris voluptatum. Verùm triplicem victoriam refert ſancta Heroïna, triplicemque coronam promeretur. 1. Fidei & Chriſtianæ Philoſophiæ virtute mundum vincit cum ſuis erroribus. 2. Chriſtiana fortitudine vincit mundum cum ſuis terroribus. 3. Incorrupta virginitate vincit mundum cum ſuis voluptatibus.

*Iſai. 56. 23.*
*1. Joan. 5. 4.*
*S. Auguſt. Lib. de Civitate Dei c. 17*

I. Scientiæ & ſapientiæ magna vis eſt. *Melior eſt* *Sap. 6. 1.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*ſapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis.*
Fides & Philoſophia Chriſtiana Catharinæ, victrix eſt
ſæcularis ſapientiæ, ethnicæque Philoſophiæ. Philo-
ſophos convincit puella; grandævos homines Chriſto
parturit virgo. Numinum falſitatem; totius cultus
ethnici ſtultam ſuperſtitionem, Dei unitatem, Chri-
ſti divinitatem, Chriſtianæ Religionis, myſteriorum
fidei noſtræ credibilitatem evidentem adeo firmis de-
monſtrat argumentis; Philoſophorum ſophiſmata tan-
ta fidei luce, tam ſolidis tamque ſapientibus reſpon-
ſis diſſolvit, ut ſe debellatos fateantur ſuperbi Philoſo-
phi, & ad obſignandam ſanguine ſuo Chriſtianæ Re-
ligionis veritatem paratos. Idolum Dagon coram Arca
fœderis ſtare olim non potuit, ſed ea præſente deje-
S. Hieron. ctum, confractum & contritum eſt. *Sponſa Chriſti,*
*Arca teſtamenti:* Fidei illius virtute, verbi divini
gladio mundus cum ſuis erroribus, idololatria in men-
tibus Philoſophorum velut præſidio firmiſſimo vallata,
1. Joan. 5. 4. expugnatur, dejicitur, frangitur. *Hæc eſt victoria quæ*
*vincit mundum, fides noſtra.* Verè hæc Davidis ver-
ba uſurpare Catharina poteſt: *Super ſenes intellexi.* Phi-
loſophos in novam parturit vitam verbo & doctrina.
*Doctrix eſt* enim *diſciplinæ Dei.* Naſcentem in iis fidem
fovet, donec formetur in illis Chriſtus, illique occur-
rant ut viri perfecti, mortem pro ejus nominis confeſ-
ſione fortiter ſubeuntes. Filios ſuos Chriſto immolat
Catharina ut morte renaſcantur, occiſione fœliciùs ac
Eccli. 4. 12. glorioſiùs vivant. *Sapientia filiis ſuis vitam inſpirat*
(inquit Sapiens.) Tertullianus legit: *Sophia jugula-*
*vit filios ſuos:* Sic Catharina virgo ſapiens debellatis
Philoſophis vitam inſpirat, eos ad Martyrium pro
Tertullian. Chriſto ſuſcipiendum diſponens. *Sapienter utique ju-*
*gulavit, dum in vitam, & rationabiliter dum in glo-*
*riam... O parricidii ingenium! ò ſceleris artificium,*
*quæ idcirco occidit, ne moriatur quem occiderit... So-*
*lum autem jugulat filios ſuos, an & torquet* divina



Sapientia; *Uram eos* (inquit) *ſicut uritur argentum,* Zachar. 13. 9.
*& probabo eos ſicut probatur aurum:* Utique *per*
*tormenta ignium & ſuppliciorum, per martyria fidei*
*examinatoria.* De felicibus illis Philoſophis à Catha-
rina debellatis, & ad Martyrii coronam perductis ac
roboratis dici jure optimo poteſt quod antiquus Pater
de ſanctis aliis Catechumenis dixit, qui proprio ſan-
guine baptizati ſunt: *Nondum baptiſmum conſecuti,* Apud S. Ambroſ. Serm. in laudem S. Nazarii & Sociorum.
*ſed inter Religionis principia conſummati, & nondum*
*manifeſtatis legibus Dei pleni, perventuræ uſque ad*
*cœlos turris priùs elevarunt faſtigium, quàm diſpone-*
*rent fundamentum: Nondum Sacramentorum conſcii,*
*& in ſacrificium jam prælecti.*

II. Catharina Chriſtiana fortitudine vincit mun-
dum cum ſuis terroribus. Carcer, fames, verbera,
rota gladiis acutiſſimis armata, quod ſupplicii genus
exquiſitior Maximini crudelitas invenerat ad dilaceran-
dum innocentis virginis corpus, frangere conſtantiam
ejus non potuerunt. Immò fracta eſt orante virgine fe-
ralis machina, ejuſque fragmenta in Maximini Mini-
ſtros Dei impulſu ruentia, alios vulnerarunt, alios oc-
ciderunt, ut hoc omine ſignificaretur illos rotas eſſe,
quas proſperitas & favor Principis extollit, & Dei juſ-
titia vindex deprimit ac in infernum dejicit, ut in illis
impleatur Prophetica illa imprecatio; *Deus meus, pone* Pſal. 82. 14.
*illos ut rotam.* Vis comparationis in eo eſt poſita, quòd
*Rota ex his quæ retro ſunt extollitur, ex his quæ ante* S. Auguſt.
*ſunt dejjcitur: Sic ſunt omnes inimici populi Dei.* in hunc Pſal.
Cùm homines adverſùs feras pugnaturos Romani in
Amphitheatrum producebant, rota in loco certaminis
poſita erat, de qua ſcribit Caſſiodorus: *Hæc machina*
*ad infimi mundi formata qualitatem, iſtos ſpe effert,*
*illos timore diſcruciat.* Rota Catharinæ cruciandæ pa-
rata timore diſcruciat ſpectatores, invictæ verò virgi-
nis ſpem erigit & confirmat animum ad ictum gladii,
quo Martyrium ejus conſummandum eſt, fortiter

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

patiendum. Sacrum caput offert intrepida lictori, vitámque profundit cum ſanguine, immò cum lacte, quod ex ejus vulnere loco ſanguinis admirabiliter manat, in victoriæ ipſius & fœcunditatis teſtimonium.

Judic. 4. Jahel fortem illam feminam cogitate, quæ Siſaram ducem exercitus Regis Jabin lacte potum & ſoporatum percuſſit & occidit clavo in cerebrum ejus defixo. Lac ex Catharinæ vulnere manans, eloquentiæ illius ſymbolum eſt, cujus vi ſuaviſſima poti Philoſophi Ethnici, qui ad eam convincendam & ſeducendam à Maximino vocati fuerant, & clavo timoris Dei confixi, ceciderunt ad pedes eruditæ & ſanctæ virginis, Chriſtumque publicè confeſſi, mortem glorioſam pro ejus nomine pertulerunt. *Aperuit utrem lactis, & dedit eis bibere.*

Non modò Philoſophos, ſed & alios innumeros martyrii ſui exemplo Chriſto parturivit Catharina, ideo pro ſanguine lac fundit, quo eorum teneram nu- 1. Petr. 2. triat infantiam. *Sicut modò geniti infantes lac concupiſcite.*

Simile prodigium lactis pro ſanguine manantis in S. Pauli martyrio accidiſſe fertur. Cujus quidem prodigii duas affert rationes antiquus Pater. Prima petitur ex baptiſmi gratia in eo perſeverante, cujus indicium eſt lactis candor & puritas. Secunda ex officio Patris & Doctoris Eccleſiæ. *De Pauli cervice, cùm eam perſecutor gladio percuſſiſſet, dicitur fluxiſſe magis lactis unda quàm ſanguinis, & mirum in modum ſanctum Apoſtolum baptiſmi gratiâ in ipſa cæde extitiſſe ſplendidum potiùs quàm cruentum. Quæ quidem res in Sancto Paulo ſtupenda non eſt. Quid enim mirum ſi abundat lacte nutritor Eccleſiæ?* De Catharina virgine idem jure optimo dici poteſt. *Mirum in modum baptiſmi gratiâ in ipſa cæde extitit ſplendida potiùs quàm cruenta… Quid mirum ſi abundat lacte nutrix Eccleſia?*

Inter Serm. S. Auguſt. olim de Sanctis 18. nunc in App. 221.



III. Duæ ſunt januæ peccati, voluptas & dolor: *Voluptas illicit, dolor impellit. Contra voluptates, neceſſaria eſt continentia: contra dolores, patientia. Hoc enim modo ſuggeritur humanæ menti, ut peccet: Aliquando dicitur, Fac, & hoc habebis: Aliquando autem: Fac, ne hoc patiaris. Voluptatem præcedit promiſſio, dolorem comminatio. Ut ergo habeant homines voluptatem, vel non patiantur dolorem, peccant. Ideo Deus contra iſta duo, quorum eſt unum in blanda promiſſione, alterum in terribili comminatione, & promittere dignatus eſt, & terrere, promittere regnum cœlorum, terrere de ſuppliciis inferorum. Dulcis eſt voluptas, ſed dulcior Deus. Malus eſt dolor temporalis, ſed pejor eſt ignis æternus. Habes quod ames pro mundi amoribus, immo pro immundis amoribus. Habes quod timeas, pro mundi terroribus.* Non ſolùm mundi terrores Chriſtiana fortitudine, ſed etiam voluptates & amores incorrupta virginitate Catharina vicit. Ideo Angeli, quorum ad familiam ſeu ordinem virgines pertinere Tertullianus ait: *In terris non nubendo, de familia Angelica deputantur*: funus illius curant, & caſtiſſimum ejus corpus in Sinai montem efferunt ac ſepeliunt, ut de ſacris ejus Reliquiis dicere liceat, quod de juſtorum precibus ait S. Hilarius: *Ambitioſo Angelorum famulatu ac miniſterio pervehuntur.* Cœlum & terra inter ſe diſceptare videntur de S. Catharinæ corpore. Carnem virginitate conſecratam, & (ſi dicere fas eſt) angelificatam (ut loquitur Tertullianus de carne virginum,) *Angelificata caro*: cœlum ſibi vindicat. Carnem in terris natam & nutritam terra pro jure ſuo repetit, ut quæ virtutum ejus academia fuerit, & certaminum theatrum. Deus litem componit, non diviſo terram inter & cœlum corpore, ſed per Angelos elato & depoſito in monte Sina, qui medius eſt inter cœlum terrámque locus. Ibi Deus legem ſuam per Angelos Moyſi dedit: Ibi Catharina *Doctrix diſ-*

S. Auguſt. Serm. 113. aliàs de Diverſis 42.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ciplinæ Dei* ab Angelis ſepulta quieſcit. Septem in monte Sina miracula edita ſunt. Primum eſt viſio Dei à Moyſe in rubo ardente. Secundum, aquarum emanatio ex ſaxo quod Moyſes virga ſua percuſſit. Tertium, victoriæ de Amalecithis impetratio cùm Moyſes ibi manibus in cœlum extenſis Deum oraret, Joſue in planitie pugnante. Quartum, Legis datio. Quintum, jejunium & familiaris collocutio Moyſis cum Deo per dies quadraginta. Sextum, Eliæ Deum in ſpiritu auræ tenuis loquentem audientis felicitas. Septimum, Mauſolæum, immò potiùs trophæum Catharinæ Virgini ac Martyri ſanctiſſimæ ab Angelis erectum.

Cum Catharina pugnandum, ut cum ipſa triumphare poſſimus. Mundum cum ſuis erroribus vincamus, ne seducantur ſenſus noſtri & mentes noſtræ, ſicut ſerpens Evam ſeduxit aſtutiâ ſuâ. Evangelii lumen falſis mundi principiis opponamus, quibus morum diſciplina corrumpitur. Mundum cum ſuis terroribus vincamus Chriſtiana fortitudine, nullius nos adverſitatis, incommodi, damni, aut mali cujuſvis temporalis metus à divinæ legis obſervantia deterreat. Mundum vincamus cum ſuis amoribus & voluptatibus: Concupiſcentias malas Chriſtianâ continentiâ vincamus. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: Sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes, & membra veſtra arma juſtitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub Lege, ſed ſub Gratia.* Id ergo nunc agitur, quamdiu eſt mortalis hæc vita noſtra ſub gratia, ne peccatum, id eſt, concupiſcentia peccati regnet in noſtro mortali corpore. Tunc autem regnare oſtenditur, ſi deſideriis ejus obeditur. Eſt ergo in vobis peccati concupiſcentia, quæ non eſt permittenda regnare: Sunt ejus deſideria, quibus non eſt obediendum, ne obedientibus regnet. Propter quod membra

*Rom. 6. 12.*

noſtra



noſtra non ſibi uſurpet concupiſcentia, ſed ſibi vindicet continentia; ut ſint arma juſtitiæ Deo, ne ſint iniquitatis arma peccato: Sic enim nobis peccatum non dominabitur. Non enim ſumus ſub lege, bonum quidem jubente, non tamen dante: Sed ſumus ſub gratia, quæ id quod lex jubet faciens nos amare, poteſt liberis imperare. *Ergo fratres, debitores ſumus non carni, ut ſecundum carnem vivamus. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Tubâ canit divinus Apoſtolus, bellum in quo verſamur oſtendit, & ut acriter dimicemus, & hoſtes noſtros mortificemus, ne ab eis victi ſpiritaliter moriamur, accendit. Qui ſint verò iſti hoſtes, ſatis evidenter expreſſit. Quos enim à nobis voluit mortificari, ipſi ſunt, ſcilicet opera carnis. *Si autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* *Rom. 8. 12.*

---

## IN FESTO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

*Hodie ſalus domui huic facta eſt.* Luc. xix 9.

SOlemnis Eccleſiæ Dedicatio, ejuſque annua commemoratio nos docet, triplicem eſſe domum Deo conſecratam: Noſtrorumque erga illum officiorum pro triplicis hujus Dominus Dedicatione admonemur. Prima domus eſt Eccleſia Sancta Catholica à Chriſto fundata, & ex omnibus gentibus congregata, in quam vocati ſumus. Conſtructa illa eſt ex lapidibus vivis, qui lapides ſunt omnes Chriſtiani Catholici. *Et ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini, domus ſpiritualis.* Fundamentum ejus idem eſt, qui fundator. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus.* Fundamentum

*Fructus ex Eccleſiæ Dedicatione referendi.*

*1. Deo gratias agendas eſſe admonemur, qui nos in Eccleſiam ſuam vocavit.*

*1. Petri 2. 5.*

*1. Cor. 3.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

iſtud ſurſum eſt in cœlis ad Patris dexteram, cùm terrenarum domorum fundamenta in terra ſint. *Ideo Chriſtus fundamentum noſtrum ibi poſitus eſt, ut ſurſum verſus ædificemur. Sicut enim terrenis molibus conſtruendis, quarum gravia corpora non utique niſi ad ima devergunt, in imo ponitur fundamentum: Sic nobis è contrario ſurſum eſt poſitus lapis ille fundamentalis, ut ſurſum nos rapiat etiam pondere caritatis.* Eccleſiæ Chriſtianæ fundationem indicant ſacræ ceremoniæ in Dedicatione Templi materialis ab Epiſcopo uſurpatæ. Duodecim cruces in parietibus Eccleſiæ intrinſecùs depinguntur per circuitum, & candelæ duodecim cereæ ad caput cujuſlibet crucis accenduntur. Quo ritu ſignificatur idololatriæ deſtructio per Chriſtum *Epiſcopum animarum noſtrarum,* & crucis Chriſti erectio ſuper idololatriæ ruinis in toto orbe, Fideique lumen in cordibus hominum accenſum per duodecim Apoſtolorum prædicationem, quibus Chriſtus ipſe dixit: *Vos eſtis lux mundi.* Templum ter circuit & aſpergit Epiſcopus, foreſque pulſat, impreſſoque ſigno crucis cum Baculo Paſtorali ſuper liminare in oſtio, intrat, & pacem Domui adprecatur. Quo ritu ſignificatur Chriſtum per tres annos Judæam circuiviſſe, ut Synagogam in Eccleſiam mutaret, pulſaſſe ad oſtium prædicatione ſua & miraculis: Ipſam demum aſperſiſſe ſanguine ſuo. Poſtquam verò à mortuis reſurrexit, in Eccleſiam congregatam in cenaculo ſolus ingreſſus eſt, dans pacem Diſcipulis: *Pax vobis.* Miſit deinde Apoſtolos ut mundum univerſum circuirent, prædicando Evangelium & verbum crucis, aſpergendo ſancto Baptiſmate, pulſando frequentibus ſignis, pacem æternam annuntiando filiis pacis. *Gratia vobis & pax.* Poſtea Epiſcopus deſcribit Alphabetum Græcum & Latinum in cinere ſparſo ſuper pavimentum Templi in modum crucis. Quo Ritu ſignificatur Evangelium per univerſum mundum ab Oriente in Oc-

*S. Auguſt. Serm. 337. aliàs 16. inter additos à Pariſienſibus.*



cidentem his præſertim linguis prædicatum. Reliquiæ Sanctorum per Eccleſiæ circuitum ſolemni Proceſſione circumferuntur, & in Altari reconduntur. Quo ritu ſignificatur Eccleſiam ſanguine Martyrum creviſſe, fidem eorum paſſionibus & morte confirmatam: Pace demum Eccleſiæ poſt atrociſſimas perſecutiones redditâ, Altaria ſuper eorum ſepulchra erecta fuiſſe, & Templa in eorum memoriam Deo conſecrata; ut cognoſcant omnes quòd *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.* *Pſal. 115. 15.* Epiſcopus Cruces ſancto chriſmate inungit, tum in Altari, tum in parietibus Templi. Quo ritu ſignificat crucem ſuavem factam eſſe vocatis in Eccleſiam Judæis ac Gentilibus per gratiam Spiritus Sancti in eorum cordibus diffuſam. Hujus Eccleſiæ Dedicatio perficietur in fine ſæculi. In ædificatione labor eſt, in dedicatione lætitia. *Dum cæduntur de montibus lapides, & ligna de ſylvis, dum formantur, dolantur, coaptantur, labor & cura eſt: Cùm autem perfecti ædificii dedicatio celebratur, gaudium & ſecuritas laboribus curiſque ſuccedunt. Sic etiam ædificatio ſpiritualis, cujus habitator Deus, non ad tempus, ſed in æternum erit: dum ex infideli vita homines ſegregantur ad fidem; dum quicquid in eis non bonum atque perverſum eſt, amputatur & cæditur; dum fiunt aptæ, pacificæ, piæque juncturæ; quantæ tentationes timentur, quantæ tribulationes ſuſtinentur? Cùm verò advenerit dies dedicationis domûs æternæ, cùm dicetur nobis. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi: Quæ illa exſultatio, quæ ſecuritas erit? Cantabit claritas, nec compungetur infirmitas. Tunc adimplebitur Propheticum illud oraculum: Convertiſti planctum meum in gaudium mihi: Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia: Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar.* Gratiæ Deo agendæ ſunt in Feſto Dedicationis materialis

*S. Auguſt. Serm. ſupra laudato.*

*Matth. 25. 34.*

*Pſal. 29. 12.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

Templi in quod congregamur ad recipienda Sacramenta, ad verbum Dei audiendum, ad Sacroſanctum Sacrificium, laudeſque divinas, quòd nos ad Eccleſiam Catholicam vocaverit, ejuſque membra per baptiſmum non effecerit. En primum fructum, quem ex Dedicationis Eccleſiæ celebratione referre debemus.

2. Admonet nos Eccleſiæ Dedicatio reverentiæ Templis debitæ.

Secundò, Eccleſiæ Dedicatio, annuaque ejus celebratio nos admonet reverentiæ quam Templis debemus, quæ ſunt *Domus orationis.* Unde in Dedicationis Officio repetitur illud Jacob Patriarchæ: *Verè Dominus eſt in loco iſto . . . Quàm terribilis eſt locus iſte! Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.* (Geneſ. 28. 16.) De Reverentia Templis debita lege *Lib. 5. Theolog. Dogmat. & Moral. Cap. 1. Art. 9. §. 6. 7. & 8.* *Si quis cadaver putridum circumferens per civitatem vagaretur, nonne omnes eum fugerent? Hoc de te cogita, qui animam peccatis obrutam atque mortuam circumducis, quod quidem multò gravius eſt. Quomodo cùm tantis ſordibus refertus malè intus oleas, in Eccleſiam & Templa ſancta venire audes? Nam ſi quis mortuum in Regia obruerit, is ultima ſupplicia luet: Cogita tu quàm acerbâ pœnâ vexaberis, qui atria hæc adire ſancta, & obſcœno fœtore implere non erubeſcis. Imitare mulierem peccatricem, quæ pretioſo Chriſti pedes unxit unguento, & bono totam domum replevit odore: Cujus tu contrarium in hac domo facis. Quid enim refert, ſi tu fœtorem non ſentis? Hoc enim incurabilis maximè morbi ſignum eſſe videtur, & eò difficilioris quo humana corpora corroduntur & fœtent: Illa enim ægritudo ſaltem aliquo ſenſu à laborantibus percipitur, nec culpatur, ſed miſericordiâ digna videtur: Hæc verò ſenſum tuum fugit, & odio atque punitione digna eſt.* (S. Joan. Chryſoſt. Hom. 74. in Matth.) *Audi quod Eccleſia canit: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* (Pſal. 140. 2.)



*Quod ſi non incenſum, ſed grave olens fumus abs te aſcendat, quibus ſuppliciis dignus eris? Quis autem iſte fumus eſt tam gravis, tam moleſtus? Multi ad formas mulierum aſpiciendas in Eccleſiam veniunt: Quomodo non undique fulmina vibrantur, quomodo cuncta funditus non evertuntur? Hæc enim non fulminibus ſolùm, ſed gehennæ ſupplicio digniſſima ſunt. Mulierum ſpeciem curioſiùs in Eccleſia perſcrutaris, nec horreſcis tantâ templum Dei afficiens contumeliâ? Proſtibulum-ne tibi videtur Eccleſia, & foro ignobilior? Nam in foro erubeſcis, etiam times ne quis te videat mulierem ſectari: In Eccleſia verò Dei, cùm ipſe Deus te alloquatur, & ab iſtis deterreat, eo ipſo tempore maximè fornicationi ac adulterio vacas, quò tibi magna voce intonatur ut ab his fugias: Nec horreſcis, nec ſtupes . . . Sanè melius eſſet cæcos aut aliter ægrotos eſſe, quàm ſic oculis abuti.*

Primis Chriſtianiſmi ſæculis privatæ domus erant Eccleſiæ, ob ſanctimoniam & modeſtiam inhabitantium: Nunc autem Eccleſia domus inſtar privatæ & profanæ Chriſtianis eſt: Imò deteriore loco habetur: (S. Joan. Chryſoſt. Hom. 36. in 1. ad Corinth.) Cùm tamen ſit *Locus Angelorum, regnum Dei, ipſum cœlum. Quomodo ergo ſi cœlum hùc demiſſum eſſet, etiamſi patrem videres, etiamſi fratrem, ne auderes quidem alloqui: Ita hic ne aliud quidem loqui oportet præter ſpiritualia.* Chriſtum in Sacramento Euchariſtiæ præſertim fide reſpice, circumſtantes & adorantes Angelorum Choros . . . *An non habetis domos ad comedendum & bibendum* (aiebat S. Paulus) *An Eccleſiam Dei contemnitis?* (1. Cor. 11. 22.) Dixerim ego, An-non habetis domos ad nugandum & confabulandum? An Eccleſiam Dei deſpicitis, & eos etiam corrumpitis, qui volunt eſſe modeſti & quieti?

3. Admonet Eccleſiæ Dedicatio, nos eſſe Templa Dei.

Tertiò, Eccleſiæ Dedicatio, ejuſque annua celebritas nos admonet nos eſſe Templa Dei vivi in baptiſ-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mo Deo conſecrata. Cavendum igitur ne Templum
Dei in nobis mortali peccato polluamus. *Neſcitis*
1. Cor. 3. 16. 17. *quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in*
*vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, diſ-*
*perdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt,*
& Cap. 6. 19. 20. *quod eſtis vos ..... An neſcitis quoniam membra*
*veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt,*
*quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim*
*eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in*
*corpore veſtro.* In nobis ſpiritaliter impleri neceſſe eſt,
S. Bernard. Serm. 1. in Dedicatione. quod in templi materialis parietibus viſibiliter factum
ab Epiſcopo. Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bo-
norum aſpergit nos hyſſopo ut mundemur, & dealbe-
mur. Baptiſmate ablutos lavat iterum in Confeſſione,
lacrymarum imbre, ſudore pœnitentiæ, aqua pretio-
ſiſſima, quæ de fonte pietatis, id eſt, ab ejus latere
emanavit. Aſpergit nos hyſſopo, quæ humilis herba eſt,
& pectoris purgativa: Aqua ſapientiæ ſalutaris, quæ
eſt timor Domini, initium ſapientiæ, & fons vitæ:
Etiam condimentum ſalis admiſcens, ne ſit inſipidus
timor ſine ſpe & devotione. Secundò, Chriſtus legem
ſuam in cordibus noſtris inſcribit Spiritu ſuo Sancto.
Pſal. 93. *Beatus homo quem tu erudieris, Domine, & de lege*
*tua docueris eum.* Tertiò, unctione ſpirituali gratiæ
ſuæ adjuvat infirmitatem noſtram, ut crucem noſtram
ferentes ipſum alacriter ſequamur. Nam ſine unctione
crucis aſperitatem quis ferre poſſet? Hinc eſt quòd
multi abominantur & fugiunt pœnitentiam, *Crucem*
Matth. 5. 16. *quidem videntes, ſed non unctionem.* Quartò per gra-
tiam adjuvantem efficit Chriſtus ut luceat lux noſtra
coram hominibus, & videant opera noſtra bona, &
glorificent Patrem noſtrum qui in cœlis eſt. Benedi-
ctionem verò, quæ ſolemnis Dedicationis complemen-
tum eſt, exſpectamus in fine, quando in Domum tran-
ſibimus non manu factam, ſed æternam in cœlis. Sic
Dedicationis (ut ita loquar) Sacramenta ſeu myſticæ



ceremoniæ implentur: *Aſperſio*, [...], *In-*
*unctio, illuminatio, Benedictio.*

Domum Deo præparemus in no[bis], quia *Non*
*capit eum niſi imago ſua.* Demus operam illum dili-
gendo, & mandata ejus ſervando, ut ad nos veniat,
& manſionem apud nos faciat. Si Deum in nobis per S. Bernard. Serm. 2. in Dedicatione.
fidem & caritatem habitare deſideramus, ſtudeamus
ne animæ noſtræ facultates, velut domus ſpiritualis
partes, à ſe ipſis diſſideant, ratio nempe, voluntas &
memoria. Sit *Ratio ſine errore, Voluntas ſine iniqui-*
*tate, Memoria ſine ſorde.* Sed & aliis ſpiritalis ædi-
ficii lapidibus *caritate* cohæreamus & conglutinemur,
quæ eſt *vinculum perfectionis.*

Denique ut Templum ſimus Deo dignum, ac de Zachæus imitandus.
nobis Chriſtus Dominus dicat, quod de Zachæi do-
mo: *Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt*: Za- Luc. 19. 3.
chæum ipſum imitari debemus. *Zachæus quærebat*
*Jeſum videre quis eſſet, & non poterat præ turba,*
*quia ſtatura puſillus erat.* Chriſtum noſſe deſideremus,
non ſterili cognitione, ſed fide per dilectionem ope-
rante. Æterna bona ab ipſo promiſſa deſideremus, &
per media ab illo propoſita ad ea tendamus. Puſilli qui-
dem ſumus & infirmi, fortè & turbæ prementis tu-
multu, mundique periculoſis negotiis impediti. Sed
vincenda ſunt per Chriſti gratiam impedimenta: A
mundo iniquo, & Chriſti inimico, affectu ſaltem ſe-
cedendum eſt: In crucem Chriſti aſcendendum per
ſycomorum adumbratam. *Et præcurrens aſcendit in*
*arborem ſycomorum, ut videret eum, quia inde erat*
*tranſiturus.* Deſcendamus in nihilum noſtrum per hu-
militatem, ut Chriſtum ſuſcipere mereamur in cordi-
bus noſtris. Moras non injiciamus converſioni noſtræ,
ſed citò ac ferventer obediamus Chriſto interiùs vo-
canti. Non ægrè, ſed alacriter impedimenta ſalutis re-
moveamus, ad Chriſtum properemus. *Et feſtinans* Luc. 19. 6.
*deſcendit, & excepit illum gaudens.* Deo & homi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

[illegible] ut à Christo benedictionem conſequamur & ſalutem. Hominibus per reſtitutionem faciendum ſatis: Quia *Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, cùm reſtitui poteſt.* Deo ſatisfaciendum per eleemoſynam uberem, quæ *Reſiſtit peccatis, ſicut aqua extinguit ignem.* Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.*

S. Auguſt. Epiſt. 151. alias 54.
Eccli. 3. 33.
Luc. 19. 8.

Cæca Mundi judicia, murmurationes, oblocutiones ne timeamus: peccatores cenſeri & dici, atque ut tales contemni, ne impatienter feramus, modò eſſe deſierimus, & Chriſto cœleſti Medico adhæreamus per cognitionem, amorem, obedientiam, ut filii non ſolùm Abrahæ, ſed Dei. Cum his diſpoſitionibus accedentes ad Deum, & Chriſtum ſuſcipientes, audiemus: *Hodie ſalus domui huic facta eſt. Venit enim Filius hominis quærere & ſalvum facere quod perierat.*

FINIS.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC